This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



From the library of

CAPTAIN THOMAS J. J. SEE

Presented to Stanford by his son



1961
50¢

MARE ISLAND, CALIF.

PLATONIS

DIALOGI

GRAECE ET LATINE

EX RECENSIONE

IMMANUELIS BEKKERI

PARTIS TERTIAE VOLUMEN PRIMUM.

BEROLINI
IMPENSIS GE. REIMERI
LONDINI APUD I. BLACK ET FIL.
TH. BOOSEY ET F. H. BOTHE
OXONIAE APUD I. PARKER
1817.

PA4279
A2
1816
V.3:1

STK NO
25

ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΓΛΑΥΚΩΝ, ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ,
ΘΡΑΣΥΜΑΧΟΣ, ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΣ,
ΚΕΦΑΛΟΣ.

SOCRATES, GLAUCO, POLEMARCHUS,
THRASYMACHUS, ADIMANTUS,
CEPHALUS.

A.

327 Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος, προσευξόμενός τε τῇ θεῷ καὶ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι τίνα τρόπον ποιήσουσιν ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες. καλὴ μὲν οὖν μοι καὶ ἡ τῶν ἐπιχωρίων πομπὴ ἔδοξεν εἶναι, οὐ μέντοι ἧττον ἐφαίνετο πρέπειν ἣν οἱ Θρᾷκες ἔπεμπον. προσευξάμενοι δὲ καὶ θεωρήσαντες ἀπῇμεν πρὸς τὸ ἄστυ. κατιδὼν οὖν πόρρωθεν ἡμᾶς οἴκαδε ὡρμημένους Πολέμαρχος

Descenderam heri in Piraeum una cum Glaucone Aristonis filio, ut et deam precarer et celebritatem spectarem, quonam modo acturi essent, quae tunc primum agebant. Pulchra igitur mihi patria pompa visa est: sed nihilominus, ut videbatur, decens fuit ea, quam Thraces mittebant. Cum vero et preces egissemus et spectaculo interfuissemus, in urbem regrediebamur. Aspexerat autem procul nos redeuntes domum Polemarchus

ὁ Κεφάλου ἐκέλευσε δραμόντα τὸν παῖδα περιμεῖναί με κελεῦσαι. καί μου ὄπισθεν ὁ παῖς λαβόμενος τοῦ ἱματίου, Κελεύει ὑμᾶς, ἔφη, Πολέμαρχος περιμεῖναι. Καὶ ἐγὼ μετεστράφην τε καὶ ἠρόμην ὅπου αὐτὸς εἴη. Οὗτος, ἔφη, ὄπισθεν προσέρχεται· ἀλλὰ περιμένετε. Ἀλλὰ περιμενοῦμεν, ἦ δ' ὃς ὁ Γλαύκων. Καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ὅ τε Πολέμαρχος ἦκε καὶ Ἀδείμαντος ὁ τοῦ Γλαύκωνος ἀδελφὸς καὶ Νικήρατος ὁ Νικίου καὶ ἄλλοι τινές, ὡς ἀπὸ τῆς πομπῆς. ὁ οὖν Πολέμαρχος ἔφη Ὦ Σώκρατες, δοκεῖτέ μοι πρὸς ἄστυ ὁρμῆσθαι ὡς ἀπιόντες. Οὐ γὰρ κακῶς δοξάζεις, ἦν δ' ἐγώ. Ὁρᾷς οὖν ἡμᾶς, ἔφη, ὅσοι ἐσμέν; Πῶς γὰρ οὔ; Ἢ τοίνυν τούτων, ἔφη, κρείττους γένεσθε ἢ μένετ' αὐτοῦ. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἔτι ἕν λείπεται, τὸ ἦν πείσωμεν ὑμᾶς ὡς χρὴ ἡμᾶς ἀφεῖναι. Ἢ καὶ δύναισθ' ἄν, ἦ δ' ὅς, πεῖσαι μὴ ἀκούοντας; Οὐδαμῶς, ἔφη ὁ Γλαύκων. Ὡς τοίνυν μὴ ἀκουσομένων, ἔφη, οὕτω διανοεῖσθε. Καὶ ὁ Ἀδείμαντος, Ἆρά γε, ἦ δ' ὅς, οὐδ' ἴσε ὅτι λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν τῇ θεῷ ἀφ' ἵππων; Ἀφ' ἵππων; ἦν δ' ἐγώ· καινόν γε τοῦτο. λαμπάδια ἔχοντες διαδώσουσιν ἀλλήλοις ἁμιλλώμενοι τοῖς ἵπποις; ἢ πῶς λέγεις; Οὕτως, ἔφη ὁ Πο-

Cephali filius, servulumque currentem nos sistere iussit. a tergo igitur veste me apprehendens servus, Iubet vos, inquit, Polemarchus manere. Egoque ad eum conversus, ubinam ipse esset, interrogavi. At te pone sequitur, inquit. verum exspectate. Exspectabimus, respondit Glauco. Ac paulo post Polemarchus venit, unaque Adimantus Glauconis frater, et Niceratus Niciae filius, et alii complures, qui a pompa venire videbantur. Igitur Polemarchus, Videmini, inquit, o Socrates, tanquam recedere velitis, ad urbem accedere. Non male, inquam, coniectas. Videsne, inquit, quot sumus? Quidni? Aut ergo his fortiores esse vos oportet, aut manere. Unum hoc subticetis, inquam, vos videlicet permissuros abire nos, si persuaserimus dimittendos esse. Nunquid possetis, ait, persuadere non audientibus? Nequaquam, respondit Glauco. Perinde itaque tanquam audituri non simus, inquit, deliberate. Tunc Adimantus, Nescitis vesperi facibus cursuque equorum deae fore ludendum? Equorum cursu? inquam. novum hoc certe. facesne gestantes vicissim illas sibi invicem tradent, equisque certabunt? an ita dicis? Ita prorsus. quare aut, addidit, potentiores nitis necesse

λέμαρχος· καὶ πρός γε παννυχίδα ποιήσουσιν, ἣν ἄξιον θεάσασθαι. ἐξαναστησόμεθα γὰρ μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν παννυχίδα θεασόμεθα, καὶ ξυνεσόμεθά τε πολλοῖς τῶν νέων αὐτόθι καὶ διαλεξόμεθα. ἀλλὰ μένετε καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖτε. Καὶ ὁ Γλαύκων, Ἔοικεν, ἔφη, μενετέον εἶναι. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, ἦν δ' ἐγώ, οὕτω χρὴ ποιεῖν.

Ἤιμεν οὖν οἴκαδε εἰς τοῦ Πολεμάρχου, καὶ Λυσίαν τε αὐτόθι κατελάβομεν καὶ Εὐθύδημον τοὺς τοῦ Πολεμάρχου ἀδελφούς, καὶ δὴ καὶ Θρασύμαχον τὸν Χαλκηδόνιον καὶ Χαρμαντίδην τὸν Παιανιέα καὶ Κλειτοφῶντα τὸν Ἀριζωνύμου. ἦν δ' ἔνδον καὶ ὁ πατὴρ ὁ τοῦ Πολεμάρχου Κέφαλος, καὶ μάλα πρεσβύτης μοι ἔδοξεν εἶναι· διὰ χρόνου γὰρ καὶ ἑωράκη αὐτόν. καθῆστο δὲ ἐστεφανωμένος ἐπί τινος προσκεφαλαίου τε καὶ δίφρου· τεθυκὼς γὰρ ἐτύγχανεν ἐν τῇ αὐλῇ. ἐκαθεζόμεθα οὖν παρ' αὐτόν· ἔκειντο γὰρ δίφροι τινὲς αὐτόθι κύκλῳ. εὐθὺς οὖν με ἰδὼν ὁ Κέφαλος ἠσπάζετό τε καὶ εἶπεν Ὦ Σώκρατες, οὐδὲ θαμίζεις ἡμῖν καταβαίνων εἰς τὸν Πειραιᾶ· χρῆν μέντοι. εἰ μὲν γὰρ ἐγὼ ἔτι ἐν δυνάμει ἦ τοῦ ῥᾳδίως πορεύεσθαι πρὸς τὸ ἄστυ, οὐδὲν ἂν σε ἔδει δεῦρο ἰέναι, ἀλλ' ἡμεῖς ἂν παρὰ σὲ

est, aut hic maneatis. His Polemarchus tradidit: Nocturna praeterea sacra peragent digna certe conspectu. surgemus enim post coenam, eaque sacra spectabimus, aderimusque illic inter multos familiares, et confabulabimur. sed manete, neve aliter facite. Atque Glauco, Videtur, inquit, manendum esse. Verum si videtur, inquam, sic facere oportet. Profecti igitur sumus domum Polemarchi, ibique reperimus et Euthydemum et Lysiam Polemarchi fratres, Thrasymachum Chalcedonium, Charmetidem Paeanieum, et Clitophontem Aristonymi filium. erat et intus pater Polemarchi Cephalus, valde quidem senex, ut mihi videbatur: diu namque eum non videram. sedebat autem coronatus in quodam cervicali et sede. in aula enim sacrificaverat. Consedimus igitur iuxta eum, plerisque sedibus in orbem dispositis. quam primum itaque me contemplatus Cephalus salutavit, dixitque: O Socrates, raro admodum ad nos accedis in Piraeum descendens. oporteret autem. nam si ego in robore eo adhuc essem, ut in urbem venire possem, minime opus esset, ut tu huc ad nos, sed nos ad te tenderemus. nunc autem te huc crebra

MARE INLAND. CAL

PLATONIS

DIALOGI

GRAECE ET LATINE

EX RECENSIONE

IMMANUELIS BEKKERI

PARTIS TERTIAE VOLUMEN PRIMUM.

BEROLINI
IMPENSIS GE. REIMERI
LONDINI APUD I. BLACK ET FIL.
TH. BOOSEY ET F. H. BOTHE
OXONIAE APUD I. PARKER
1817.

PA4279
A2
1816
V.3:1

STK NO
25

ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΓΛΑΥΚΩΝ, ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ,
ΘΡΑΣΥΜΑΧΟΣ, ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΣ,
ΚΕΦΑΛΟΣ.

SOCRATES, GLAUCO, POLEMARCHUS,
THRASYMACHUS, ADIMANTUS,
CEPHALUS.

A.

327 Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος, προσευξόμενός τε τῇ θεῷ καὶ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι τίνα τρόπον ποιήσουσιν ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες. καλὴ μὲν οὖν μοι καὶ ἡ τῶν ἐπιχωρίων πομπὴ ἔδοξεν εἶναι, οὐ μέντοι ἧττον ἐφαίνετο πρέπειν ἣν οἱ Θρᾷκες ἔπεμπον. προσευξάμενοι δὲ καὶ θεωρήσαντες ἀπῇμεν πρὸς τὸ ἄστυ. κατιδὼν οὖν πόρρωθεν ἡμᾶς οἴκαδε ὡρμημένους Πολέμαρχος

Descenderam heri in Piraeum una cum Glaucone Aristonis filio, ut et deam precarer et celebritatem spectarem, quonam modo acturi essent, quae tunc primum agebant. Pulchra igitur mihi patria pompa visa est: sed nihilominus, ut videbatur, decens fuit ea, quam Thraces mittebant. Cum vero et preces egissemus et spectaculo interfuissemus, in urbem regrediebamur. Aspexerat autem procul nos redeuntes domum Polemarchus

ὁ Κεφάλου ἐκέλευσε δραμόντα τὸν παῖδα περιμεῖναί με κελεῦσαι. καί μου ὄπισθεν ὁ παῖς λαβόμενος τοῦ ἱματίου, Κελεύει ὑμᾶς, ἔφη, Πολέμαρχος περιμεῖναι. Καὶ ἐγὼ μετεστράφην τε καὶ ἠρόμην ὅπου αὐτὸς εἴη. Οὗτος, ἔφη, ὄπισθεν προσέρχεται· ἀλλὰ περιμένετε. Ἀλλὰ περιμενοῦμεν, ἦ δ' ὅς ὁ Γλαύκων. Καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ὅ τε Πολέμαρχος ἦκε καὶ Ἀδείμαντος ὁ τοῦ Γλαύκωνος ἀδελφὸς καὶ Νικήρατος ὁ Νικίου καὶ ἄλλοι τινές, ὡς ἀπὸ τῆς πομπῆς. ὁ οὖν Πολέμαρχος ἔφη Ὦ Σώκρατες, δοκεῖτέ μοι πρὸς ἄστυ ὥρμῆσθαι ὡς ἀπιόντες. Οὐ γὰρ κακῶς δοξάζεις, ἦν δ' ἐγώ. Ὁρᾷς οὖν ἡμᾶς, ἔφη, ὅσοι ἐσμέν; Πῶς γὰρ οὔ; Ἢ τοίνυν τούτων, ἔφη, κρείττους γένεσθε ἢ μένετ' αὐτοῦ. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἔτι ἓν λείπεται, τὸ ἦν πείσωμεν ὑμᾶς ὡς χρὴ ἡμᾶς ἀφεῖναι. Ἢ καὶ δύναισθ' ἄν, ἦ δ' ὅς, πείσαι μὴ ἀκούοντας; Οὐδαμῶς, ἔφη ὁ Γλαύκων. Ὡς τοίνυν μὴ ἀκουσομένων, ἔφη, οὕτω διανοεῖσθε. Καὶ ὁ Ἀδείμαντος, Ἀρά γε, ἦ δ' ὅς, οὐδ' ἴσε ὅτι λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν τῇ θεῷ ἀφ' ἵππων; Ἀφ' ἵππων; ἦν δ' ἐγώ· καινόν γε τοῦτο. λαμπάδια ἔχοντες διαδώσουσιν ἀλλήλοις ἁμιλλώμενοι τοῖς ἵπποις; ἢ πῶς λέγεις; Οὕτως, ἔφη ὁ Πο-

Cephali filius, servulumque currentem nos sistere iussit. a tergo igitur veste me apprehendens servus, Iubet vos, inquit, Polemarchus manere. Egoque ad eum conversus, ubinam ipse esset, interrogavi. At te pone sequitur, inquit. verum exspectate. Exspectabimus, respondit Glauco. Ac paulo post Polemarchus venit, unaque Adimantus Glauconis frater, et Niceratus Niciae filius, et alii complures, qui a pompa venire videbantur. Igitur Polemarchus, Videmini, inquit, o Socrates, tanquam recedere velitis, ad urbem accedere. Non male, inquam, coniectas. Videsne, inquit, quot sumus? Quidni? Aut ergo his fortiores esse vos oportet, aut manere. Unum hoc subtilicetis, inquam, vos videlicet permissuros abire nos, si persuaserimus dimittendos esse. Nunquid possetis, ait, persuadere non audientibus? Nequaquam, respondit Glauco. Perinde itaque tanquam audituri non simus, inquit, deliberate. Tunc Adimantus, Nescitis vesperi facibus cursuque equorum deae fore ludendum? Equorum cursu? inquam. novum hoc certe. facesne gestantes vicissim illas sibi invicem tradent, equisque certabunt? an ita dicis? Ita prorsus. quare aut, addidit, potentiores aliis necesse

λέμαρχος· καὶ πρός γε πανυχίδα ποιήσουσιν, ἣν ἄξιον θεάσασθαι. ἐξαναστησόμεθα γὰρ μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν πανυχίδα θεασόμεθα, καὶ ξυνεσόμεθά τε πολλοῖς τῶν νέων αὐτόθι καὶ διαλεξόμεθα. ἀλλὰ μένετε καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖτε. Καὶ ὁ Γλαύκων, Ἔοικεν, ἔφη, μενετέον εἶναι. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, ἦν δ' ἐγώ, οὕτω χρὴ ποιεῖν.

Ἤιμεν οὖν οἴκαδε εἰς τοῦ Πολεμάρχου, καὶ Λυσίαν τε αὐτόθι κατελάβομεν καὶ Εὐθύδημον τοὺς τοῦ Πολεμάρχου ἀδελφούς, καὶ δὴ καὶ Θρασύμαχον τὸν Χαλκηδόνιον καὶ Χαρμαντίδην τὸν Παιανιέα καὶ Κλειτοφῶντα τὸν Ἀριστωνύμου. ἦν δ' ἔνδον καὶ ὁ πατὴρ ὁ τοῦ Πολεμάρχου Κέφαλος, καὶ μάλα πρεσβύτης μοι ἔδοξεν εἶναι· διὰ χρόνου γὰρ καὶ ἐωράκη αὐτόν. καθῆστο δὲ ἐστεφανωμένος ἐπί τινος προσκεφαλαίου τε καὶ δίφρου· τεθυκὼς γὰρ ἐτύγχανεν ἐν τῇ αὐλῇ. ἐκαθεζόμεθα οὖν παρ' αὐτόν· ἔκειντο γὰρ δίφροι τινὲς αὐτόθι κύκλῳ. εὐθὺς οὖν με ἰδὼν ὁ Κέφαλος ἠσπάζετό τε καὶ εἶπεν Ὦ Σώκρατες, οὐδὲ θαμίζεις ἡμῖν καταβαίνων εἰς τὸν Πειραιᾶ· χρῆν μέντοι. εἰ μὲν γὰρ ἐγὼ ἔτι ἐν δυνάμει ἦ τοῦ ῥᾳδίως πορεύεσθαι πρὸς τὸ ἄστυ, οὐδὲν ἂν σε ἔδει δεῦρο ἰέναι, ἀλλ' ἡμεῖς ἂν παρὰ σὲ

est, aut hic maneatis. His Polemarchus tradidit: Nocturna praeterea sacra peragent digna certe conspectu. surgemus enim post coenam, eaque sacra spectabimus, aderimusque illic inter multos familiares, et confabulabimur. sed manete, neve aliter facite. Atque Glauco, Videtur, inquit, manendum esse. Verum si videtur, inquam, sic facere oportet. Profecti igitur sumus domum Polemarchi, ibique reperimus et Euthydemum et Lysiam Polemarchi fratres, Thrasymachum Chalcedonium, Charmetidem Paeanieum, et Clitophontem Aristonymi filium. erat et intus pater Polemarchi Cephalus, valde quidem senex, ut mihi videbatur: diu namque eum non videram. sedebat autem coronatus in quodam cervicali et sede. in aula enim sacrificaverat. Consedimus igitur iuxta eum, plerisque sedibus in orbem dispositis. quam primum itaque me contemplatus Cephalus salutavit, dixitque: O Socrates, raro admodum ad nos accedis in Piraeum descendens. oporteret autem. nam si ego in robore eo adhuc essem, ut in urbem venire possem, minime opus esset, ut tu huc ad nos, sed nos ad te tenderemus. nunc autem te huc crebra

ἦμεν· νῦν δέ σε χρὴ πυκνότερον δεῦρο ἴέναι. ὡς εὖ ἴσθι ὅτι ἐμοιγε ὅσον αἱ ἄλλαι αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται, τοσοῦτον αὔξονται αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι τε καὶ ἡδοναί. μὴ οὖν ἄλλως ποίει, ἀλλὰ τοῖσδέ τε τοῖς νεανίσκοις ξύνισθι καὶ δεῦρο παρ' ἡμᾶς φοίτα ὡς παρὰ φίλους τε καὶ πάνυ οἰκείους. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Κέφαλε, χαίρω γε διαλεγόμενος τοῖς σφόδρα πρεσβύταις. δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι παρ' αὐτῶν πυνθάνεσθαι, ὥς πέρ τινα ὁδὸν προεληλυθότων ἣν καὶ ἡμᾶς ἴσως δεήσει πορεύεσθαι, ποία τίς ἐστι, τραχεῖα καὶ χαλεπὴ ἢ ῥᾳδία καὶ εὔπορος. καὶ δὴ καὶ σοῦ ἡδέως ἂν πυθοίμην ὅ τί σοι φαίνεται τοῦτο, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἤδη εἶ τῆς ἡλικίας, ὃ δὴ ἐπὶ γήραος οὐδῷ φασὶν εἶναι οἱ ποιηταί· πότερον
329 χαλεπὸν τοῦ βίου, ἢ πῶς σὺ αὐτὸ ἐξαγγέλλεις; Ἔγωὐ σοι, ἔφη, νὴ τὸν Δία ἐρῶ, ὦ Σώκρατες, οἷόν γ' ἐμοὶ φαίνεται. πολλάκις γὰρ συνερχόμεθά τινες εἰς ταὐτὸ παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διασώζοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν. οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες καὶ ἀναμιμνησκόμενοι περί τε ἀφροδίσια καὶ περὶ πότους καὶ εὐωχίας καὶ ἄλλ' ἄττα ἃ τῶν τοιούτων ἔχεται, καὶ ἀγανακτοῦσιν ὡς μεγάλων τινῶν ἀπεζερημένοι καὶ τότε

adventare decet. profecto, quanto magis me corporis voluptates deficiunt, tanto cupiditas confabulandi et voluptas, quam ex ea re capio, augetur. hoc igitur age, et una cum istis iuvenibus huc ad nos veni, tanquam ad amicos apprime familiares. atqui, inquam ego, o Cephale, valde quidem delector senilibus sermonibus. videtur enim mihi audire ab his oportere, qui viam aliquam iam perfecerint, quae et nobis fortasse peragenda erit, quam aspera et difficilis vel quam facilis sit et pervia. atque ex te libenter audirem, quidnam de hac re sentias, cum huc aetatis perveneris, quod in limine senectutis esse poëtae aiunt, utrum difficultatem vitae, vel quomodo ipsum enunties. Ego tibi per Iovem, inquit, dicam, o Socrates, quod mihi videtur. saepe convenimus plerique ferme aequales, antiquum illud servantes proverbium. plurimi ergo nostrum in eo coetu lamentantur, voluptatum, quibus in iuventute frui licuit, desiderio affecti, et rem veneream et convivia ceteraque generis eiusdem recordati, graviterque ferunt, tanquam maximis privati rebus: et tunc

μὲν εὖ ζῶντες, νῦν δὲ οὐδὲ ζῶντες. ἔνιοι δὲ καὶ τὰς τῶν οἰκείων προπηλακίσεις τοῦ γήρως ὀδύρονται, καὶ ἐπὶ τούτῳ δὴ τὸ γῆρας ὑμνοῦσιν, ὅσων κακῶν σφίσιν αἴτιον. ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν, ὦ Σώκρατες, οὗτοι οὐ τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι. εἰ γὰρ ἦν τοῦτο αἴτιον, κἂν ἐγὼ τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐπεπόνθη ἕνεκά γε γήρως, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὅσοι ἐνταῦθα ἦλθον ἡλικίας. νῦν δ' ἔγωγε ἤδη ἐντετύχηκα οὐχ οὕτως ἔχουσι καὶ ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ Σοφοκλεῖ ποτὲ τῷ ποιητῇ παρεγενόμην ἐρωτωμένῳ
10 ὑπό τινος Πῶς, ἔφη, ὦ Σοφόκλεις, ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι; Καὶ ὅς, Εὐφήμει, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥς περ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. Εὖ οὖν μοι καὶ τότε ἔδοξεν ἐκεῖνος εἰπεῖν, καὶ νῦν οὐχ ἧττον. παντάπασι γὰρ τῶν γε τοιούτων ἐν τῷ γήρᾳ πολλὴ εἰρήνη γίγνεται καὶ ἐλευθερία. ἐπειδὰν γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι παύσωνται κατατείνουσαι καὶ χαλάσωσι, παντάπασι τὸ τοῦ Σοφοκλέους γίγνεται· δεσποτῶν πάνυ πολλῶν ἔξι καὶ μαινομένων ἀπηλλάχθαι.
20 ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι καὶ τῶν γε πρὸς τοὺς οἰκείους μία τις αἰτία ἐστίν, οὐ τὸ γῆρας, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὁ τρό-

quidem se bene vixisse affirmant, nunc autem ne vivere quidem. nonnulli etiam domesticorum convicia contumeliasque deplorant, et in hoc senectutem maxime accusant, tanquam maximorum sibi causam malorum. mihi vere huiusmodi homines haud iure senectutem ut horum causam culpare videntur. nam si haec causa esset, et ego eadem essem passus et reliqui omnes, qui ad id aetatis devenerunt. verum ego etiam multos non ita affectos inveni. et cum Sophocle nonnunquam fui poëta: qui cum a quodam, quonam pacto in venereis se haberet, interrogaretur, et an posset mulieribus admisceri, cui ille recte respondit: Bona verba quaeso o amice. libentissime haec, tanquam furiosum agrestemque dominum, aufugi. Perbelle igitur et tunc ille respondisse mihi visus est, et nunc non minus. omnino enim ab huiusmodi rebus in senectute multa pax inest et libertas. quando enim deferbuerunt iam cessaverunt que libidines, omnino hoc Sophocleum accidit. nam a multis dominis, et his insanientibus, liberamur. Sed et horum, o Socrates, et eorum quae adversus familiares dicuntur, una quaedam causa est, non senectus sed

πος τῶν ἀνθρώπων. ἂν μὲν γὰρ κόσμιοι καὶ εὔκολοι ὦσι, καὶ τὸ γῆρας μετρίως ἐξίν ἐπίπονον· εἰ δὲ μή, καὶ γῆρας, ὦ Σώκρατες, καὶ νεότης χαλεπὴ τῷ τοιούτῳ ξυμβαίνει.

Καὶ ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα, βουλόμενος ἔτι λέγειν αὐτὸν ἐκίνουν καὶ εἶπον Ὦ Κέφαλε, οἶμαί σου τοὺς πολλούς, ὅταν ταῦτα λέγῃς, οὐκ ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' ἡγεῖσθαί σε ῥᾳδίως τὸ γῆρας φέρειν οὐ διὰ τὸν τρόπον ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι· τοῖς γὰρ πλουσίοις πολλὰ παραμύθιά φασιν εἶναι. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις· οὐ γὰρ ἀποδέχονται. καὶ λέγουσι μέν τι, οὐ μέντοι γε ὅσον οἴονται, ἀλλὰ τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους εὖ ἔχει, ὃς τῷ Σεριφίῳ λοιδορουμένῳ καὶ λέγοντι ὅτι οὐ δι' αὑτὸν ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν εὐδοκιμοῖ, ἀπεκρίνατο ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς Σερίφιος ὢν ὀνομαστὸς ἐγένετο, οὔτ' ἐκεῖνος Ἀθηναῖος. καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις, χαλεπῶς δὲ τὸ γῆρας φέρουσιν εὖ ἔχει ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι οὔτ' ἂν ὁ ἐπιεικὴς πάνυ τι ῥᾳδίως γῆρας μετὰ πενίας ἐνέγκοι, οὔθ' ὁ μὴ ἐπιεικὴς πλουτήσας εὐκόλως ποτ' ἂν ἑαυτῷ γένοιτο. Πότερον δέ, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Κέφαλε, ὧν κέκτησαι τὰ πλείω παρέλαβες ἢ ἐπεκτήσω; Ποῖ' ἐπεκτησάμην, ἔφη, ὦ Σώκρα-

mores hominum. nam si modesti et faciles sint, haud nimis senectus his laboriosa contingit: sin contra, et senectus et iuventus, o Socrates, his difficilis. Tunc ego mirifice his, quae dicebat, delectatus, pluraque audire cupiens, ita eum ad reliqua provocavi: O Cephale, existimo profecto multos, cum ita dicas, minime haec admittere, verum putare facile senectutem ferre te propter divitias potius quam propter mores. divitibus enim multa solatia adesse dicunt. Vera, inquit, dicis. non enim admittunt, et dicunt quidem aliquid, non tamen quantum dici posset. verum illud Themistoclis pulchre se habet, qui Seriphio cuidam sibi per contumeliam obiicienti, quod non propter se ipsum sed eius patriam tantam esset gloriam consecutus, ita respondit: Equidem si ipse Seriphius essem, in eadem gloria viverem: tu vero si Atheniensis, minime. Idem quoque adversus eos, qui cum non sint divites, graviter senectutem ferunt, dici potest, quod neque vir ipse modestus iniique senectutem ferret cum paupertate, neque immoderatus cum divitiis facile. Utrum autem, inquam ego, ex his, quae habes, plura tibi a maioribus relicta sint quam acquisivisti, an contra? Nonnihil acqui-

τες; μέσος τις γέγονα χρηματιστὴς τοῦ τε πάππου καὶ τοῦ πατρός. ὁ μὲν γὰρ πάππος τε καὶ ὁμώνυμος ἐμοὶ σχεδόν τι ὅσην ἐγὼ νῦν οὐσίαν κέκτημαι παραλαβὼν πολλάκις τοσαύτην ἐποίησε, Λυσανίας δὲ ὁ πατὴρ ἔτι ἐλάττω αὐτὴν ἐποίησε τῆς νῦν οὔσης· ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ ἐὰν μὴ ἐλάττω καταλίπω τουτοισί, ἀλλὰ βραχεῖ γέ τινι πλείω ἢ παρέλαβον. Οὔ τοι ἕνεκα ἠρόμην, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι μοι ἔδοξας οὐ σφόδρα ἀγαπᾷν τὰ χρήματα. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν ὡς τὸ πολὺ οἱ ἂν μὴ αὐτοὶ κτήσωνται· οἱ δὲ κτησάμενοι διπλῇ ἢ οἱ ἄλλοι ἀσπάζονται αὐτά. ὥς περ γὰρ οἱ ποιηταὶ τὰ αὑτῶν ποιήματα καὶ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας ἀγαπῶσι, ταύτῃ τε δὴ καὶ οἱ χρηματισάμενοι περὶ τὰ χρήματα σπουδάζουσιν ὡς ἔργον ἑαυτῶν, καὶ κατὰ τὴν χρείαν, ᾗ περ οἱ ἄλλοι. χαλεποὶ οὖν καὶ ξυγγενέσθαι εἰσίν, οὐδὲν ἐθέλοντες ἐπαινεῖν ἀλλ' ἢ τὸν πλοῦτον. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Πάνυ μὲν οὖν, ἦν δ' ἐγώ. ἀλλά μοι ἔτι τοσόνδε εἰπέ· τί μέγιστον οἴει ἀγαθὸν ἀπολελαυκέναι τοῦ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι; Ὅ, ἢ δ' ὅς, ἴσως οὐκ ἂν πολλοὺς πείσαιμι λέγων. εὖ γὰρ ἴσθι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἐπειδάν τις ἐγγὺς ἡγῆται τοῦ οἴεσθαι τελευτήσειν,

sivi, inquit, o Socrates. medius enim in pecunia exstiti inter patrem et avum. avus nempe meus Cephalus tantundem fere, quantum nunc mihi est, accipiens supra id multum accumulavit: Lysanias autem pater minores etiam eas opes, quam nunc sunt, effecit, ego autem sat habeo, si non minores istis relinquo, sed aliquantulo maiores quam accepi. Haec ego ideo interrogavi, inquam, quoniam mihi videbaris non multum divitias admirari. quod quidem plurimum ii faciunt, qui eas non peperere: qui autem illas paraverunt, duplo magis quam alii amant. quemadmodum enim et poëtae poëmata sua et filios patres diligunt, eodem modo qui acquisivere pecunias, illis student tanquam operi suo, non ad usum necessitatemque, ut alii. ex quo difficilis eorum est familiaritas, cum nihil aliud praeter divitias laudare velint. Vera, inquit, narras. Et valde quidem, inquam ego. sed hoc etiam mihi declara: quid boni maxime ex divitiarum possessione te existimas consecutum? Quod, inquit, non multis forte persuaderem, si dixerim. certo scias, o Socrates, quod postquam eo devenit aliquis, ut brevi iam moriturum se opinetur, in-

εἰσέρχεται αὐτῷ δέος καὶ φροντὶς περὶ ὧν ἔμπροσθεν οὐκ εἰςῄει. οἵ τε γὰρ λεγόμενοι μῦθοι περὶ τῶν ἐν Ἅιδου, ὡς τὸν ἐνθάδε ἀδικήσαντα δεῖ ἐκεῖ διδόναι δίκην, καταγελώμενοι τέως τότε δὴ ςρέφουσιν αὐτοῦ τὴν ψυχήν, μὴ ἀληθεῖς ὦσι· καὶ αὐτός, ἤτοι ὑπὸ τῆς τοῦ γήρως ἀσθενείας ἢ καὶ ὡς περ ἤδη ἐγγυτέρω ὢν τῶν ἐκεῖ, μᾶλλόν τι καθορᾷ αὐτά. ὑποψίας δ' οὖν καὶ δείματος μεςὸς γίγνεται, καὶ ἀναλογίζεται ἤδη καὶ σκοπεῖ εἴ τινά τι ἠδίκηκεν. ὁ μὲν οὖν εὑρίσκων ἑαυτοῦ ἐν τῷ βίῳ πολλὰ ἀδικήματα καὶ ἐκ τῶν ὕπνων, ὥς περ οἱ παῖδες, φαμὰ ἐγειρόμενος δειμαίνει καὶ ζῇ μετὰ κακῆς ἐλπίδος· τῷ δὲ μηδὲν ἑαυτῷ ἄδικον ξυνειδότι ἡδεῖα ἐλπὶς ἀεὶ πάρεςι καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος, ὡς καὶ Πίνδαρος λέγει. χαριέντως γάρ τοι, ὦ Σώκρατες, τοῦτ' ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι ὃς ἂν δικαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διαγάγῃ,

γλυκεῖά οἱ καρδίαν ἀτάλλοισα γηροτρόφος συναορεῖ
ἐλπίς, ἃ μάλιςα θνατῶν
πολύτροφον γνώμαν κυβερνᾷ.

εὖ οὖν λέγει, θαυμαςῶς ὡς σφόδρα. πρὸς δὴ τοῦτ' ἔγωγε τίθημι τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν πλείςου ἀξίαν

cidit in eum timor et cura quaedam eorum, quae in superiori vita neglexit. etenim fabulae, quae de inferis dicuntur, quemadmodum eos, qui iniuste egerunt, poenas illic dare oporteat, irrisae hactenus, movent tunc animum, ne forte verae sint suspicantem. atque ipse, sive propter senectutis debilitatem, seu quod alteri vitae propinquior illa acutius inspicit, sollicitudinis et timoris plenus redditur, atque reputat examinatque, si quem iniuria aliqua affecerit. qui ergo invenerit multas eius in vita iniquitates, ex ipso somno, tanquam pueri, frequenter excitus extimescit, et pessima in spe vivit. qui autem nullius iniuriae sibi conscius est, huic iucunda spes semper adest, optima senectutis nutrix, quemadmodum Pindarus ait. scite namque ille, o Socrates, istud cecinit: *Quicunque videlicet iuste sancteque vitam exigit, dulcis eum spes comitatur cor nutriens senectutemque fovens, quae maxime hominum volubilem gubernat animum.* Bene igitur et apprime mirandum dicit. ad haec ego existimo pecuniae possessionem plurimi faciendam esse, non cuivis ho-

εἶναι, οὗ τοι παντὶ ἀνδρὶ ἀλλὰ τῷ ἐπιεικεῖ. τὸ γὰρ μηδὲ ἄκοντά τινα ἐξαπατῆσαι ἢ ψεύσασθαι, μηδ' αὖ ὀφείλοντα ἢ θεῷ θυσίας τινὰς ἢ ἀνθρώπῳ χρήματα ἔπειτα ἐκεῖσε ἀπιέναι δεδιότα, μέγα μέρος εἰς τοῦτο ἡ τῶν χρημάτων κτῆσις συμβάλλεται. ἔχει δὲ καὶ ἄλλας χρείας πολλάς· ἀλλά γε ἓν ἀνθ' ἑνὸς οὐκ ἐλάχιστον ἔγωγε θείην ἂν εἰς τοῦτο ἀνδρὶ νοῦν ἔχοντι, ὦ Σώκρατες, πλοῦτον χρησιμώτατον εἶναι. Παγκάλως, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις, ὦ Κέφαλε. τοῦτο δ' αὐτό, τὴν δικαιοσύ-
10 νην, πότερα τὴν ἀλήθειαν αὐτὸ φήσομεν εἶναι ἁπλῶς οὕτω, καὶ τὸ ἀποδιδόναι ἄν τίς τι παρά του λάβῃ, ἢ καὶ αὐτὰ ταῦτα ἔξιν ἐνίοτε μὲν δικαίως, ἐνίοτε δὲ ἀδίκως ποιεῖν; οἷον τοιόνδε λέγω· πᾶς ἄν που εἴποι, εἴ τις λάβοι παρὰ φίλου ἀνδρὸς σωφρονοῦντος ὅπλα, εἰ μανεὶς ἀπαιτοῖ, ὅτι οὔτε χρὴ τὰ τοιαῦτα ἀποδιδόναι οὔτε δίκαιος ἂν εἴη ὁ ἀποδιδούς, οὐδ' αὖ πρὸς τὸν οὕτως ἔχοντα πάντα ἐθέλων τἀληθῆ λέγειν. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Οὐκ ἄρα οὗτος ὅρος ἐστὶ δικαιοσύνης, ἀληθῆ τε λέγειν καὶ ἃ ἂν λάβῃ τις ἀποδιδόναι.
20 Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὑπολαβὼν ὁ Πολέμαρχος, εἴ πέρ γέ τι χρὴ Σιμωνίδῃ πείθεσθαι. Καὶ μέντοι,

mini, sed modesto et aequo. plurimum ad id confert pecuniarum possessio, ut quis illuc intrepidus proficiscatur, cum neque invitum quempiam circumvenerit, neque mentitus fuerit, neque debeat vel votas deo victimas vel pecunias homini. habet praeterea et utilitates alias, ac sane permultas. sed si unum uni conferatur, o Socrates, non minimum ego ponerem ad hoc homini mentem habenti, immo plurimum conferre pecunias. Egregie loqueris, inquam, o Cephale. hoc autem ipsum, iustitiam scilicet, utrum ita simpliciter veritatem dicimus esse, et reddere quod quis acceperit? vel haec eadem facere alias iustum, alias iniustum est? quod hinc apparet. unusquisque enim diceret, si quis ab amico sanae mentis arma acceperit, idemve insanus repetat, non oportere ea reddi, neque iustum esse eum, qui reddat, vel rursus homini sic affecto vera omnia dicat. Recte, inquit, loqueris. Non ergo haec est iustitiae definitio, vera dicere et deposita reddere. Recte nimium dicis, o Socrates, sermonem subiiciens Polemarchus inquit, si quid credere decet Simonidi. Hic Cephalus, Sermonem vobis

ἔφη ὁ Κέφαλος, καὶ παραδίδωμι ὑμῖν τὸν λόγον· δεῖ γάρ με ἤδη τῶν ἱερῶν ἐπιμεληθῆναι. Οὐκοῦν, ἔφην ἐγώ, ὁ Πολέμαρχος τῶν γε σῶν κληρονόμος; Πάνυ γε, ἦ δ' ὃς γελάσας, καὶ ἅμα ἦει πρὸς τὰ ἱερά.

Λέγε δή, εἶπον ἐγώ, σὺ ὁ τοῦ λόγου κληρονόμος, τί φῂς τὸν Σιμωνίδην λέγοντα ὀρθῶς λέγειν περὶ δικαιοσύνης; Ὅτι, ἦ δ' ὅς, τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι δίκαιόν ἐστι· τοῦτο λέγων δοκεῖ ἔμοιγε καλῶς λέγειν. Ἀλλὰ μέντοι, ἦν δ' ἐγώ, Σιμωνίδῃ γε οὐ ῥᾴδιον ἀπιστεῖν· σοφὸς γὰρ καὶ θεῖος ἀνήρ· τοῦτο μέντοι ὃ τί ποτε λέγει, σὺ μέν, ὦ Πολέμαρχε, ἴσως γιγνώσκεις, ἐγὼ δὲ ἀγνοῶ. δῆλον γὰρ ὅτι οὐ τοῦτο λέγει ὃ περ ἄρτι ἐλέγομεν, τό τινος παρακαταθεμένου τι ὁτῳοῦν μὴ σωφρόνως ἀπαιτοῦντι ἀποδιδόναι· καί τοί γε ὀφειλόμενόν πού ἐστι τοῦτο ὃ παρακατέθετο. ἦ γάρ; Ναί. 332 Ἀποδοτέον δέ γε οὐδ' ὁπωστιοῦν τότε ὁπότε τις μὴ σωφρόνως ἀπαιτοῖ; Ἀληθῆ, ἦ δ' ὅς. Ἄλλο δή τι ἢ τὸ τοιοῦτον, ὡς ἔοικε, λέγει Σιμωνίδης τὸ τὰ ὀφειλόμενα δίκαιον εἶναι ἀποδιδόναι. Ἄλλο μέντοι νὴ Δία, ἔφη· τοῖς γὰρ φίλοις οἴεται ὀφείλειν τοὺς φίλους ἀγαθὸν μέν τι δρᾶν, κακὸν δὲ μηδέν. Μανθάνω, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι οὐ τὰ ὀφειλόμενα ἀποδίδωσιν ὃς ἄν τῳ

trado, inquit. nam sacra me curare oportet. Nunquid Polemarchus, inquam, tibi heres est? Et ille quidem arridens, Est profecto, inquit: et simul ad sacrificandum discessit. Dic, inquam, igitur, sermonis heres, quid recte dici de iustitia a Simonide asseris? Quod, ait, iustum est debitum unicuique reddi. atque haec dicens recte loqui videtur. Atqui non facile, inquam, est fidem Simonidi abnegare, sapiens enim et divinus vir. verum quod dicit, tu fortasse intelligis, o Polemarche, ego autem ignoro. manifestum enim est non hoc eum dicere, quod paulo ante dicebamus, scilicet depositum alicui non sano reposcenti reddere. atqui debitum quodammodo est hoc, quod depositum est. nonne? *Po.* Certe. *So.* Reddendum autem: neque tamen tunc, quando aliquis non sanus repetat. *Po.* Vera dicis. *So.* Aliud igitur quam hoc dicit Simonides, quando iustum esse asserit debitum reddere. *Po.* Aliud per Iovem. amicis enim putat amicos bene facere debere, non autem male. *So.* Intelligo equidem, quod minime debita redderet ille, qui ei,

χρυσίον ἀποδῷ παρακαταθεμένῳ, ἐάν περ ἡ ἀπόδοσις καὶ ἡ λῆψις βλαβερὰ γίγνηται, φίλοι δὲ ὦσιν ὅ τε ἀπολαμβάνων καὶ ὁ ἀποδιδούς. οὐχ οὕτω λέγειν φῂς τὸν Σιμωνίδην; Πάνυ μὲν οὖν. Τί δέ; τοῖς ἐχθροῖς ἀποδοτέον ὅ τι ἂν τύχῃ ὀφειλόμενον; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη, ὅ γε ὀφείλεται αὐτοῖς. ὀφείλεται δέ, οἶμαι, παρά γε τοῦ ἐχθροῦ τῷ ἐχθρῷ ὅ περ καὶ προσήκει, κακόν τι. Ἠινίξατο ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὡς ἔοικεν, ὁ Σιμωνίδης ποιητικῶς τὸ δίκαιον ὃ εἴη. διενοεῖτο μὲν γάρ, ὡς φαίνεται, ὅτι τοῦτ' εἴη δίκαιον, τὸ προσῆκον ἑκάστῳ ἀποδιδόναι· τοῦτο δὲ ὠνόμασεν ὀφειλόμενον. Ἀλλὰ τί οἴει; ἔφη. Πρὸς Διός, ἦν δ' ἐγώ, εἰ οὖν τις αὐτὸν ἤρετο Ὦ Σιμωνίδη, ἡ τίσιν οὖν τί ἀποδιδοῦσα ὀφειλόμενον καὶ προσῆκον τέχνη ἰατρικὴ καλεῖται; τί ἂν οἴει ἡμῖν αὐτὸν ἀποκρίνασθαι; Δῆλον ὅτι, ἔφη, ἡ σώμασι φάρμακά τε καὶ σιτία καὶ ποτά. Ἡ δὲ τίσι τί ἀποδιδοῦσα ὀφειλόμενον καὶ προσῆκον τέχνη μαγειρικὴ καλεῖται; Ἡ τοῖς ὄψοις τὰ ὀψώδύσματα. Εἶεν· ἡ οὖν δὴ τίσι τί ἀποδιδοῦσα τέχνη δικαιοσύνη ἂν καλοῖτο; Εἰ μέν τι, ἔφη, δεῖ ἀκολουθεῖν, ὦ Σώκρατες, τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις, ἡ τοῖς φίλοις τε καὶ ἐχ-

a quo depositum accepisset aurum, redderet, si quidem retributio et receptio noxia foret, amici autem essent, qui recipit et qui reddit, nonne sic dicere affirmas Simonidem? *Po.* Sic prorsus. *So.* Quid autem? inimicis reddendum est quod debitum? *Po.* Omnino quod illis debetur. debetur autem inimico, ut arbitror, ab inimico quod convenit, malum videlicet aliquid. *So.* Ergo poëticis velaminibus significavit Simonides quid iustum sit. iudicabat enim, ut apparet, iustum esse tribuere quod cuique convenit. hoc autem debitum appellavit. verum quid putas ipsum dicturum, si quis eum roget, O Simonides, quaenam facultas, et quibus, et quid tribuens debitum et conveniens, medicina vocatur? quid nobis responsurum existimas? *Po.* Nempe quae corporibus medicamenta, cibos, potiones. *So.* Atque eodem pacto si idem percontetur, Quae ars, et quibus, et quid praestans debitum et conveniens, coquinaria nominatur, quid illi potissimum respondebit? *Po.* Quae suavia obsoniis condimenta. *So.* Age itaque, quae ars, et quibus, et quid tribuens iustitia nuncupabitur? *Po.* Si ante dicta sequi oportet, ea est iustitia,

θροῖς ὠφελείας τε καὶ βλάβας ἀποδιδοῦσα. Τὸ τοὺς φίλους ἄρα εὖ ποιεῖν καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς δικαιοσύνην λέγει; Δοκεῖ μοι. Τίς οὖν δυνατώτατος κάμνοντας φίλους εὖ ποιεῖν καὶ ἐχθροὺς κακῶς πρὸς νόσον καὶ ὑγίειαν; Ἰατρός. Τίς δὲ πλέοντας πρὸς τὸν τῆς θαλάττης κίνδυνον; Κυβερνήτης. Τί δέ; ὁ δίκαιος ἐν τίνι πράξει καὶ πρὸς τί ἔργον δυνατώτατος φίλους ὠφελεῖν καὶ ἐχθροὺς βλάπτειν; Ἐν τῷ προσπολεμεῖν καὶ ἐν τῷ ξυμμαχεῖν, ἔμοιγε δοκεῖ. Εἶεν· μὴ κάμνουσί γε μήν, ὦ φίλε Πολέμαρχε, ἰατρὸς ἄχρηστος. Ἀληθῆ. Καὶ μὴ πλέουσι δὴ κυβερνήτης. Ναί. Ἆρα καὶ τοῖς μὴ πολεμοῦσιν ὁ δίκαιος ἄχρηστος; Οὐ πάνυ μοι δοκεῖ τοῦτο. Χρήσιμον ἄρα καὶ ἐν εἰρήνῃ δικαιοσύνη; Χρήσιμον. Καὶ γὰρ γεωργία· ἢ οὔ; Ναί. Πρός γε καρποῦ κτῆσιν; Ναί. Καὶ μὴν καὶ σκυτοτομική; Ναί. Πρός γε ὑποδημάτων ἄν, οἶμαι, φαίης κτῆσιν. Πάνυ γε. Τί δὲ δή; τὴν δικαιοσύνην πρὸς τίνος χρείαν ἢ κτῆσιν ἐν εἰρήνῃ φαίης ἂν χρήσιμον εἶναι; Πρὸς τὰ ξυμβόλαια, ὦ Σώκρατες. Ξυμβόλαια δὲ λέγεις κοινωνήματα ἢ τι ἄλλο; Κοινωνήματα δῆτα. Ἆρ' οὖν ὁ δίκαιος ἀγαθὸς καὶ χρή-

quae amicis utilitates, inimicis detrimenta reddit. *So.* Ergo bene amicos, male inimicos afficere iustitiam dicit. *Po.* Ita mihi videtur. *So.* Quis maxime potest morbo laborantes amicos bene afficere, inimicos autem contra, et ad bonam valetudinem et ad malam? *Po.* Medicus. *So.* Quis autem navigantes, ad maris periculum? *Po.* Gubernator. *So.* Iustus vero in qua actione et ad quod opus maxime potest amicis prodesse, inimicis nocere? *Po.* Impugnando et propugnando, ut mihi quidem videtur. *So.* Non aegrotantibus, o amice Polemarche, medicus est inutilis. *Po.* Verum dicis. *So.* Non navigantibus gubernator. *Po.* Certe. *So.* Num igitur non pugnantibus iustus inutilis erit? *Po.* Haud hoc admitto equidem. *So.* Utilis igitur et in pace iustitia. *Po.* Utilis. *So.* Agricultura quoque in pace utilis. nonne? *Po.* Et haec. *So.* Ad fructuum perceptionem. *Po.* Sane. *So.* Et coriaria. *Po.* Utique. *So.* Ad structuram videlicet calceorum. *Po.* Plane. *So.* Quid autem de iustitia? ad quem usum aut quaestum eam in pace utilem dices? *Po.* Ad commercia, Socrates. *So.* Commercia vero dicis communicationes? vel aliud quid? *Po.* Istud ipsum. *So.* Num igitur

σιμος κοινωνὸς εἰς πεττῶν θέσιν, ἢ ὁ πεττευτικός;
Ὁ πεττευτικός. Ἀλλ' εἰς πλίνθων καὶ λίθων θέσιν
ὁ δίκαιος χρησιμώτερός τε καὶ ἀμείνων κοινωνὸς τοῦ
οἰκοδομικοῦ; Οὐδαμῶς. Ἀλλ' εἰς τίνα δὴ κοινωνίαν
ὁ δίκαιος ἀμείνων κοινωνὸς τοῦ κιθαριστικοῦ, ὥς περ
ὁ κιθαριστικὸς τοῦ δικαίου εἰς κρουμάτων; Εἰς ἀργυ-
ρίου, ἔμοιγε δοκεῖ. Πλήν γ' ἴσως, ὦ Πολέμαρχε,
πρὸς τὸ χρῆσθαι ἀργυρίῳ, ὅταν δέῃ ἀργυρίου κοινῇ
πρίασθαι ἢ ἀποδόσθαι ἵππον· τότε δ', ὡς ἐγῷμαι,
ὁ ἱππικός. ἢ γάρ; Φαίνεται. Καὶ μὴν ὅταν γε
πλοῖον, ὁ ναυπηγὸς ἢ ὁ κυβερνήτης. Ἔοικεν. Ὅταν
οὖν τί δέῃ ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ κοινῇ χρῆσθαι, ὁ δί-
καιος χρησιμώτερος τῶν ἄλλων; Ὅταν παρακατα-
θέσθαι καὶ σῶν εἶναι, ὦ Σώκρατες. Οὐκοῦν λέγεις
ὅταν μηδὲν δέῃ αὐτῷ χρῆσθαι ἀλλὰ κεῖσθαι; Πάνυ
γε. Ὅταν ἄρα ἄχρηστον ᾖ ἀργύριον, τότε χρήσιμος
ἐπ' αὐτῷ ἡ δικαιοσύνη; Κινδυνεύει. Καὶ ὅταν δὴ
δρέπανον δέῃ φυλάττειν, ἡ δικαιοσύνη χρήσιμος καὶ
κοινῇ καὶ ἰδίᾳ· ὅταν δὲ χρῆσθαι, ἡ ἀμπελουργική;
Φαίνεται. Φήσεις δὲ καὶ ἀσπίδα καὶ λύραν ὅταν
δέῃ φυλάττειν καὶ μηδὲν χρῆσθαι, χρήσιμον εἶναι

iustus bonus et utilis erit in digerendis talis communicator? an ille, qui talo ludit? *Po.* Ille profecto. *So.* Atqui in laterum lapidumve structura melior et utilior socius ipso architecto iustus erit? *Po.* Minime. *So.* Sed in qua communione iustus melior erit, quam citharista, communicator: quemadmodum citharista iusto in pulsandis chordis utilior? *Po.* In argento, ut mihi videtur. *So.* Non tamen, o Polemarche, ad utendum argento, quando oporteret equos vendi argento vel emi. tunc sane magno utilior esset. an non? *Po.* Apparet. *So.* Et quando navigium, faber navis sive nauta? *Po.* Videtur. *So.* Ad quem igitur communem usum auri vel argenti iustus aliis est utilior? *Po.* Quando id deponere volumus et salvum esse, o Socrates, cupimus. *So.* Nunquid dicis, quando nihil oportet ipso uti, sed condere? *Po.* Prorsus. *So.* Quando igitur inutile est argentum, tunc utilis in ipso iustitia? *Po.* Apparet. *So.* Et quando falcem oportet custodiri, iustitia utilis est et privatim et publice: quando autem uti, vinearum cultura? *Po.* Patet. *So.* Dices praeterea, cum clypeum et lyram opus est custodire, non autem in usum promere, utilem esse iustitiam? quando autem uti his

τὴν δικαιοσύνην, ὅταν δὲ χρῆσθαι, τὴν ὁπλιτικὴν καὶ τὴν μουσικήν; Ἀνάγκη. Καὶ περὶ τἆλλα δὴ πάντα ἡ δικαιοσύνη ἑκάστου ἐν μὲν χρήσει ἄχρηστος, ἐν δὲ ἀχρησίᾳ χρήσιμος; Κινδυνεύει. Οὐκ ἂν οὖν, ὦ φίλε, πάνυ γέ τι σπουδαῖον εἴη ἡ δικαιοσύνη, εἰ πρὸς τὰ ἄχρηστα χρήσιμον ὂν τυγχάνει. τόδε δὲ σκεψώμεθα. ἆρ' οὐχ ὁ πατάξαι δεινότατος ἐν μάχῃ εἴτε πυκτικῇ εἴ τέ τινι καὶ ἄλλῃ, οὗτος καὶ φυλάξασθαι; Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν καὶ νόσον ὅς τις δεινὸς φυλάξασθαι καὶ μὴ παθεῖν, οὗτος δεινότατος καὶ μηχανῆσαι; Ἔμοιγε δοκεῖ. Ἀλλὰ μὴν στρατοπέδου γε ὁ αὐτὸς φύλαξ ἀγαθὸς ὅς περ καὶ τὰ τῶν πολεμίων κλέψαι καὶ βουλεύματα καὶ τὰς ἄλλας πράξεις. Πάνυ γε. Ὅτου τις ἄρα δεινὸς φύλαξ, τούτου καὶ φὼρ δεινός. Ἔοικεν. Εἰ ἄρα ὁ δίκαιος ἀργύριον δεινὸς φυλάττειν, καὶ κλέπτειν δεινός. Ὡς γοῦν ὁ λόγος, ἔφη, σημαίνει. Κλέπτης ἄρα τις ὁ δίκαιος, ὡς ἔοικεν, ἀναπέφανται. καὶ κινδυνεύεις παρ' Ὁμήρου μεμαθηκέναι αὐτό· καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὸν τοῦ Ὀδυσσέως πρὸς μητρὸς πάππον Αὐτόλυκον ἀγαπᾷ τε καὶ φησιν αὐτὸν πάντας ἀνθρώπους κεκάσθαι κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε. ἔοικεν οὖν ἡ δικαιο-

volumus, tunc disciplinam armorum et musicam esse utilem? *Po.* Necesse est. *So.* Atque de aliis omnibus similiter est dicendum: iustitiam scilicet in usu rerum inutilem esse; quando vero non utimur, esse utilem? *Po.* Apparet. *So.* Non multo igitur studio, o amice, digna est iustitia, si tantum sit ad inutilia utilis. verum hoc consideremus. Nonne qui aptissimus ad percutiendum est in pugna sive pugili seu quavis alia, idem quoque et ad cavendum? *Po.* Prorsus quidem. *So.* Num igitur et morbum quicunque vitare et occultare poterit, idem et inferre valebit? *Po.* Mihi quidem videtur. *So.* Atqui exercitus ipsius idem optimus est custos, qui hostium et consilia et alias actiones furatur. *Po.* Sic est profecto. *So.* Cuiuscunque ergo quis aptus est custos, eiusdem et fur est aptus. *Po.* Apparet. *So.* Ergo si maxime servare argentum poterit iustus, poterit et furari. *Po.* Ita ratio indicat. *So.* Fur itaque aliquis esse iustus apparuit: viderisque ab Homero didicisse. ille enim Autolycum maternum Ulixis avum admiratur, eumque affirmat prae ceteris et furto et iureiurando valere. Videtur igitur iustitia et secun-

σύνη καὶ κατα σὲ καὶ καθ' Ὅμηρον καὶ κατὰ Σιμωνίδην κλεπτική τις εἶναι, ἐπ' ὠφελείᾳ μέντοι τῶν φίλων καὶ ἐπὶ βλάβῃ τῶν ἐχθρῶν. οὐχ οὕτως ἔλεγες; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, ἀλλ' οὐκέτ' οἶδα ἐγωγε ὅ τι ἔλεγον. τοῦτο μέντοι ἐμοιγε δοκεῖ ἔτι, ὠφελεῖν μὲν τοὺς φίλους ἡ δικαιοσύνη, βλάπτειν δὲ τοὺς ἐχθρούς. Φίλους δὲ λέγεις εἶναι πότερον τοὺς δοκοῦντας ἑκάστῳ χρηστοὺς εἶναι ἢ τοὺς ὄντας, κἂν μὴ δοκῶσι; καὶ ἐχθροὺς ὡσαύτως; Εἰκὸς μέν, ἔφη, οὓς ἄν τις ἡγῆται χρηστούς, φιλεῖν, οὓς δ' ἂν πονηρούς, μισεῖν. Ἆρ' οὖν οὐχ ἁμαρτάνουσιν οἱ ἄνθρωποι περὶ τοῦτο, ὥστε δοκεῖν αὐτοῖς πολλοὺς μὲν χρηστοὺς εἶναι μὴ ὄντας, πολλοὺς δὲ τοὐναντίον; Ἁμαρτάνουσιν. Τούτοις ἄρα οἱ μὲν ἀγαθοὶ ἐχθροί, οἱ δὲ κακοὶ φίλοι. Πάνυ γε. Ἀλλ' ὅμως δίκαιον τότε τούτοις τοὺς μὲν πονηροὺς ὠφελεῖν, τοὺς δ' ἀγαθοὺς βλάπτειν. Φαίνεται. Ἀλλὰ μὴν οἵ γε ἀγαθοὶ δίκαιοί τε καὶ οἷοι μὴ ἀδικεῖν. Ἀληθῆ. Κατὰ δὴ τὸν σὸν λόγον τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας δίκαιον κακῶς ποιεῖν. Μηδαμῶς, ἔφη, ὦ Σώκρατες· πονηρὸς γὰρ ἔοικεν εἶναι ὁ λόγος. Τοὺς ἀδίκους ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, δίκαιον βλάπτειν, τοὺς δὲ

dum Homerum atque Simonidem furatoriâ quâedam facultas esse ad emolumentum quidem amicorum, detrimentum inimicorum. nonne ita dicebas? *Po.* Minime per Iovem. sed nondum novi, quid dixerim. Hoc enim mihi adhuc videtur, prodesse amicis iustitiam, inimicis obesse. *So.* Amicos autem dicis tu esse, utrum eos qui unicuique boni utilesque videntur? vel qui sunt, etsi non videantur? et inimicos eodem modo. *Po.* Decens est amare quidem, quos bonos et utiles quis putet; odisse autem, quos malos et inutiles arbitretur. *So.* Nonne in hoc aberrant homines, ut videantur multi sibi boni et utiles esse, cum mali sunt et inutiles, multi autem contra? *Po.* Aberrant certe. *So.* Istis igitur boni quidem inimici, mali autem amici. *Po.* Valde quidem. *So.* Attamen iustum tunc istis malos quidem iuvare, bonos autem laedere. *Po.* Apparet. *So.* Atqui boni quidem iusti sunt, talesque ut nihil perpetrent iniuste. *Po.* Vera loqueris *So.* Secundum vero sermonem tuum eos, qui nulla iniuria afficiant, iustum est laedere. *Po.* Minime, o Socrates. prava enim haec oratio. *So.* Iustum ergo eos qui iniuriantur laedere,

δικαίους ὠφελεῖν. Οὗτος ἐκείνου καλλίων φαίνεται. Πολλοῖς ἄρα, ὦ Πολέμαρχε, ξυμβήσεται, ὅσοι διημαρτήκασι τῶν ἀνθρώπων, δίκαιον εἶναι τοὺς μὲν φίλους βλάπτειν· πονηροὶ γὰρ αὐτοῖς εἰσί· τοὺς δ' ἐχθροὺς ὠφελεῖν· ἀγαθοὶ γάρ. καὶ οὕτως ἐροῦμεν αὐτὸ τοὐναντίον ἢ τὸν Σιμωνίδην ἐφαμεν λέγειν. Καὶ μάλα, ἔφη, οὕτω ξυμβαίνει. ἀλλὰ μεταθώμεθα· κινδυνεύομεν γὰρ οὐκ ὀρθῶς τὸν φίλον καὶ ἐχθρὸν θέσθαι. Πῶς θέμενοι, ὦ Πολέμαρχε; Τὸν δοκοῦντα χρηστόν, τοῦτον φίλον εἶναι. Νῦν δὲ πῶς, ἦν δ' ἐγώ, μεταθώμεθα; Τὸν δοκοῦντά τε, ἦ δ' ὅς, καὶ τὸν ὄντα χρηστὸν φίλον· τὸν δε δοκοῦντα μέν, ὄντα δὲ μὴ δοκεῖν ἀλλὰ μὴ εἶναι φίλον. καὶ περὶ τοῦ ἐχθροῦ δὲ ἡ αὐτὴ θέσις. Φίλος μὲν δή, ὡς ἔοικε, τούτῳ τῷ λόγῳ ὁ ἀγαθὸς ἔσται, ἐχθρὸς δὲ ὁ πονηρός. Ναί. Κελεύεις δὴ ἡμᾶς προσθεῖναι τῷ δικαίῳ, ἢ ὡς τὸ πρῶτον ἐλέγομεν, λέγοντες δίκαιον εἶναι τὸν μὲν φίλον εὖ ποιεῖν, τὸν δὲ ἐχθρὸν κακῶς; νῦν πρὸς τούτῳ ὧδε λέγειν, ὅτι ἔξι δίκαιον τὸν μὲν φίλον ἀγαθὸν ὄντα εὖ ποιεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν κακὸν ὄντα βλάπτειν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, οὕτως ἄν μοι δοκεῖ

iustos vero iuvare. *Po.* Probabilior haec oratio quam superior. *So.* Continget ergo multis eorum, qui in iudicandis amicis errarunt, iustum esse ut amicos laedant (mali enim quandoque amici adsunt), atque item ut inimicis prosint, cum quandoque sint boni. atque ita contraria dicemus eorum, quae proferrri a Simonide dicebamus. *Po.* Ita prorsus accidet. sed retractemus: videmur enim non recte amicum inimicumque posuisse. *So.* Quid hac positione damnas, Polemarche? *Po.* Quod diximus amicum esse eum, qui bonus et utilis. *So.* Quomodo id in praesentia corrigemus? *Po.* Amicum dicemus eum, qui bonus utilisque et videatur et sit: eum vero, qui videatur quidem, sed non sit, videri quoque amicum, non tamen amicum esse. Atque eadem ratio de inimico erit. *So.* Amicus igitur, ut videtur, hac ratione bonus erit, inimicus autem malus. *Po.* Prorsus. *So.* Iubes nos addere iusto aliquid ad ea, quae dicebamus? dicebamus porro iustum esse amico prodesse, inimico nocere. nunc autem vis dicamus iustum esse, ut amicum qui bonus est, iuvemus, inimicum qui malus est, contra laedamus? *Po.* Perpulchre mihi quidem hoc pacto dici videtur. *So.* Est igitur

καλῶς λέγεσθαι. Ἔξιν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, δικαίου ἀνδρὸς βλάπτειν καὶ ὀντινοῦν ἀνθρώπων; Καὶ πάνυ γε, ἔφη, τούς γε πονηρούς τε καὶ ἐχθρούς δεῖ βλάπτειν. Βλαπτόμενοι δ' ἵπποι βελτίους ἢ χείρους γίγνονται; Χείρους. Ἆρα εἰς τὴν τῶν κυνῶν ἀρετὴν ἢ εἰς τὴν τῶν ἵππων; Εἰς τὴν τῶν ἵππων. Ἆρ' οὖν καὶ κύνες βλαπτόμενοι χείρους γίγνονται εἰς τὴν τῶν κυνῶν ἀλλ' οὐκ εἰς τὴν τῶν ἵππων ἀρετήν; Ἀνάγκη. Ἀνθρώπους δέ, ὦ ἑταῖρε, μὴ οὕτω φῶμεν βλαπτομένους εἰς τὴν ἀνθρωπείαν ἀρετὴν χείρους γίγνεσθαι; Πάνυ μὲν οὖν. Ἀλλ' ἡ δικαιοσύνη οὐκ ἀνθρωπεία ἀρετή; Καὶ τοῦτ' ἀνάγκη. Καὶ τοὺς βλαπτομένους ἄρα, ὦ φίλε, τῶν ἀνθρώπων ἀνάγκη ἀδικωτέρους γίγνεσθαι. Ἔοικεν. Ἆρ' οὖν τῇ μουσικῇ οἱ μουσικοὶ ἀμούσους δύνανται ποιεῖν; Ἀδύνατον. Ἀλλὰ τῇ ἱππικῇ οἱ ἱππικοὶ ἀφίππους; Οὐκ ἔξιν. Ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ δὴ οἱ δίκαιοι ἀδίκους; ἢ καὶ ξυλλήβδην ἀρετῇ οἱ ἀγαθοὶ κακούς; Ἀλλὰ ἀδύνατον. Οὐ γὰρ θερμότητος, οἶμαι, ἔργον ψύχειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου. Ναί. Οὐδὲ ξηρότητος ὑγραίνειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου. Πάνυ γε. Οὐδὲ δὴ τοῦ ἀγαθοῦ βλάπτειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου.

viri iusti aliquem hominum laedere? *Po.* Decet sane pravos et inimicos laedere. *So.* Detrimento affecti equi melioresne an deteriores fiunt? *Po.* Deteriores. *So.* Num ad canum virtutem, an ad equorum potius? *Po.* Ad equorum *So.* Nonne et canes laesi deteriores ad canum, non ad equorum virtutem, efficiuntur? *Po.* Necessario quidem. *So.* Homines itaque, o amice, detrimento affectos nonne peiores ad virtutem hominum iudicabimus? *Po.* Omnino. *So.* Atqui iustitia nonne humana virtus est? *Po.* Est plane. *So.* Necesse itaque erit laesos homines iniustiores fieri. *Po.* Videtur. *So.* Possuntne musici ipsa musica aliquos musicos reddere? *Po.* Nequaquam. *So.* Nunquid et equites equestri, ab equestri peritia alienos? *Po.* Non licet. *So.* An iusti viri iustitia ipsa iniustos? et ad summam, virtute ipsa boni malos facere possunt? non certe. non enim caloris existimo opus esse frigidum aliquod reddere, sed contrarii. *Po.* Sic est. *So.* Neque siccitatis humidum, sed contrarii. *Po.* Valde quidem. *So.* Neque igitur boni laedere est, sed eius contrarii. *Po.* Videtur. *So.* Iustus

Φαίνεται. Ὁ δὲ γε δίκαιος ἀγαθός; Πάνυ γε. Οὐκ ἄρα τοῦ δικαίου βλάπτειν ἔργον, ὦ Πολέμαρχε, οὔτε φίλον οὔτ' ἄλλον οὐδένα, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου, τοῦ ἀδίκου. Παντάπασί μοι δοκεῖς ἀληθῆ λέγειν, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Εἰ ἄρα τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι φησί τις δίκαιον εἶναι, τοῦτο δὲ δὴ νοεῖ αὐτῷ τοῖς μὲν ἐχθροῖς βλάβην ὀφείλεσθαι παρὰ τοῦ δικαίου ἀνδρός, τοῖς δὲ φίλοις ὠφέλειαν, οὐκ ἦν σοφὸς ὃ ταῦτα εἰπών. οὐ γὰρ ἀληθῆ ἔλεγεν· οὐδαμοῦ γὰρ δίκαιον οὐδένα ἡμῖν ἐφάνη ὃν βλάπτειν. Συγχωρῶ, 1
ἦ δ' ὅς. Μαχούμεθα ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, κοινῇ ἐγώ τε καὶ σύ, ἐάν τις φύτο φῇ ἢ Σιμωνίδην ἢ Βίαντα ἢ Πιττακὸν εἰρηκέναι ἤ τιν' ἄλλον τῶν σοφῶν τε καὶ μακαρίων ἀνδρῶν. Ἐγὼ γοῦν, ἔφη, ἕτοιμός εἰμι
336 *κοινωνεῖν τῆς μάχης. Ἀλλ' οἶσθα, ἦν δ' ἐγώ, οὗ μοι δοκεῖ εἶναι τὸ ῥῆμα, τὸ φάναι δίκαιον εἶναι τοὺς μὲν φίλους ὠφελεῖν, τοὺς δ' ἐχθροὺς βλάπτειν; Τίνος; ἔφη. Οἶμαι αὐτὸ Περιάνδρου εἶναι ἢ Περδίκκου ἢ Ξέρξου ἢ Ἰσμηνίου τοῦ Θηβαίου ἤ τινος ἄλλου μέγα οἰομένου δύνασθαι, πλουσίου ἀνδρός. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. ἐπειδὴ δὲ 2*

autem bonus? *Po.* Omnino. *So.* Non igitur iusti opus est, o Polemarche, nocere vel amico vel alteri cuiquam: sed contrarii eius, iniusti. *Po.* Verissima loqui videris, o Socrates. *So.* Si quis ergo iustum esse dixerit debita cuique tribui, deberi autem intellexerit inimicis ab iusto damna, amicis utilitatem, haudquaquam sapiens iudicandus. neque enim vera haec. constitit namque nullo modo iustum esse quenquam laedere. *Po.* Fateor equidem. *So.* Pugnabimus itaque una ego ac tu, si quis hoc asserat vel Simonidem vel Biantem dixisse vel Pittacum vel aliquem alium sapientum beatorumque virorum. *Po.* Equidem pugnare tecum una adversus eum paratus sum. *So.* Sed nosti, cuius mihi esse haec sententia videatur, qua iustum asseritur prodesse amicis, inimicis obesse? *Po.* Cuiusnam? *So.* Periandri esse existimo vel Perdiccae vel Xerxis vel Ismenii Thebani, aut alterius cuiusdam opulenti viri, maxima se posse putantis. *Po.* Vera nimium loqueris. *So.* Postquam hoc minime apparet aut iustitia esse aut iustum,

οὐδὲ τοῦτο ἐφάνη ἡ δικαιοσύνη ὂν οὐδὲ τὸ δίκαιον, τί ἂν ἄλλο τις αὐτὸ φαίη εἶναι;

Καὶ ὁ Θρασύμαχος πολλάκις μὲν καὶ διαλεγομένων ἡμῶν μεταξὺ ὥρμα ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ λόγου, ἔπειτα ὑπὸ τῶν παρακαθημένων διεκωλύετο βουλομένων διακοῦσαι τὸν λόγον· ὡς δὲ διεπαυσάμεθα καὶ ἐγὼ ταῦτ' εἶπον, οὐκέτι ἡσυχίαν ἦγεν, ἀλλὰ συγρέψας ἑαυτὸν ὥς περ θηρίον ἦκεν ἐφ' ἡμᾶς ὡς διαρπασόμενος. καὶ ἐγώ τε καὶ ὁ Πολέμαρχος δείσαντες διεπτοήθημεν. ὁ δ' εἰς τὸ μέσον φθεγξάμενος Τίς, ἔφη, ὑμᾶς πάλαι φλυαρία ἔχει, ὦ Σώκρατες; καὶ τί εὐηθίζεσθε πρὸς ἀλλήλους ὑποκατακλινόμενοι ὑμῖν αὐτοῖς; ἀλλ' εἴ περ ὡς ἀληθῶς βούλει εἰδέναι τὸ δίκαιον ὅ τι ἔστι, μὴ μόνον ἐρώτα μηδὲ φιλοτιμοῦ ἐλέγχων, ἐπειδάν τίς τι ἀποκρίνηται, ἐγνωκὼς τοῦτο, ὅτι ῥᾷον ἐρωτᾶν ἢ ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀπόκριναι καὶ εἰπὲ τί φῂς εἶναι τὸ δίκαιον. καὶ ὅπως μοι μὴ ἐρεῖς ὅτι τὸ δέον ἐστὶ μηδ' ὅτι τὸ ὠφέλιμον μηδ' ὅτι τὸ λυσιτελοῦν μηδ' ὅτι τὸ κερδαλέον μηδ' ὅτι τὸ ξυμφέρον· ἀλλὰ σαφῶς μοι καὶ ἀκριβῶς λέγε ὅ τι ἂν λέγῃς, ὡς ἐγὼ οὐκ ἀποδέξομαι ἐὰν ὕφλους τοιούτους λέγῃς. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας ἐξεπλάγην

quid aliud hoc esse quis dixerit? Thrasymachus autem saepius disputantibus nobis contradicere concupiverat, sed a praesentibus, qui nos audire desiderabant, prohibitus acquieverat. postquam vero finem dicendi fecimus atque ego haec dixi, non ulterius se continuit: verum se ipsum colligens, tanquam fera quaedam in nos impetum fecit, quasi nos protinus discerpturus. Itaque ambo, ego atque Polemarchus, exterriti sumus. ille vero exclamavit, Quae vos nugae hactenus, o Socrates, occuparunt? quidve invicem insanitis, vobis ipsis succumbentes? quod si revera nosse cupis iustum quid sit, ne interroga solum, neve vincere concupisce reprehendendo, postquam tibi responsum fuerit, animadvertens facilius esse interrogare quam respondere: sed tu ipse responde, quid esse, iustum existimes. neque mihi dicas, quod decens sit, neque quod utile, neque proficuum, neque conducibile, neque conferens: verum plane et perspicue mihi edissere, quidnam dicas. neque enim admittam, si huiusmodi nugas induxeris. Haec ego audiens exterritus sum, et ipsum aspectans perhorrui: at-

καὶ προσβλέπων αὐτὸν ἐφοβούμην, καί μοι δοκῶ, εἰ μὴ πρότερος ἑωράκη αὐτὸν ἢ ἐκεῖνός ἐμέ, ἄφωνος ἂν γενέσθαι. νῦν δὲ ἡνίκα ὑπὸ τοῦ λόγου ἤρχετο ἐξαγριαίνεσθαι, προσέβλεψα αὐτὸν πρότερος, ὥστε αὐτῷ οἷός τ' ἐγενόμην ἀποκρίνασθαι καὶ εἶπον ὑποτρέμων Ὦ Θρασύμαχε, μὴ χαλεπὸς ἡμῖν ἴσθι· εἰ γὰρ ἐξαμαρτάνομεν ἐν τῇ τῶν λόγων σκέψει ἐγώ τε καὶ ὅδε, εὖ ἴσθι ὅτι ἄκοντες ἁμαρτάνομεν. μὴ γὰρ δὴ οἷου, εἰ μὲν χρυσίον ἐζητοῦμεν, οὐκ ἄν ποτε ἡμᾶς ἑκόντας εἶναι ὑποκατακλίνεσθαι ἀλλήλοις ἐν τῇ ζη- 1
τήσει καὶ διαφθείρειν τὴν εὕρεσιν αὐτοῦ, δικαιοσύνην δὲ ζητοῦντας, πρᾶγμα πολλῶν χρυσίων τιμιώτερον, ἐπειθ' οὕτως ἀνοήτως ὑπείκειν ἀλλήλοις καὶ οὐ σπουδάζειν ὅτι μάλιστα φανῆναι αὐτό. οἷον γε σύ, ὦ
337 φίλε. ἀλλ' οἶμαι, οὐ δυνάμεθα. ἐλεεῖσθαι οὖν ἡμᾶς πολὺ μᾶλλον εἰκός ἐστι που ὑπὸ ὑμῶν τῶν δεινῶν ἢ χαλεπαίνεσθαι. Καὶ ὃς ἀκούσας ἀνεκάγχασέ τε μάλα σαρδάνιον, καὶ εἶπεν Ὦ Ἡράκλεις, ἔφη, αὕτη ἐκείνη ἡ εἰωθυῖα εἰρωνεία Σωκράτους, καὶ ταῦτ' ἐγὼ ἤδη τε καὶ τούτοις προὔλεγον, ὅτι σὺ ἀποκρίνασθαι μὲν οὐκ 2
ἐθελήσοις, εἰρωνεύσοιο δὲ καὶ πάντα μᾶλλον ποιήσοις ἢ ἀποκρινοῖο, εἴ τίς τί σε ἐρωτᾷ. Σοφὸς γὰρ εἶ, ἦν

que, ut arbitror, nisi prior eum aspexissem quam ipse me, mutus penitus evasissem. nunc quando oratione ipsa exasperari coepit, respexi ad eum prior: quocirca respondere illi potui, subtremiscensque dixi, O Thrasymache, ne nobis saevias. si enim in sermonis investigatione lapsi sumus egoque et hic, pro certo habeto invitos errasse nos. profecto si aurum rimaremur, nunquam sponte ita succumberemus invicem inquirendo, ut inventionem impediremus. quare ne existimes, cum in praesentia iustitiam perscrutemur, rem auro multo pretiosiorem, usque adeo invicem nos ignave concedere, ut non omni studio annitamur, quo ipsam plane comperiamus. sed, ut puto, eam assequi non valemus. quapropter nostri multo magis vos sapientes misereri decet quam urgere. Tunc ille haec audiens, valde sardonice profuseque risit, et, O Hercules, inquit, haec illa solita est Socratis ironia. verum haec ego cognovi, atque praedixi, quod tu respondere quidem nolles, sed ironia potius uteretis, et denique omnia faceres potius quam interroganti

δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε. εὖ οὖν ἤδησθα ὅτι εἴ τινα ἔροιο ὁπόσα ἐστὶ τὰ δώδεκα, καὶ ἐρόμενος προείποις αὐτῷ Ὅπως μοι, ὦ ἄνθρωπε, μὴ ἔρεῖς ὅτι ἔξι τὰ δώδεκα δὶς ἓξ μηδ' ὅτι τρὶς τέτταρα μηδ' ὅτι ἑξάκις δύο μηδ' ὅτι τετράκις τρία, ὡς οὐκ ἀποδέξομαί σου, ἐὰν τοιαῦτα φλυαρῇς, δῆλον οἶμαί σοι ἦν ὅτι οὐδεὶς ἀποκρινοῖτο τῷ οὕτω πυνθανομένῳ. ἀλλ' εἴ σοι εἶπεν Ὦ Θρασύμαχε, πῶς λέγεις; μὴ ἀποκρίνωμαι ὧν προεῖπες μηδέν; πότερον, ὦ θαυμάσιε, μηδ' εἰ τού-
10 των τι τυγχάνει ὄν, ἀλλ' ἕτερον εἶπω τι τοῦ ἀληθοῦς; ἢ πῶς λέγεις; τί ἂν αὐτῷ εἶπες πρὸς ταῦτα; Εἶεν, ἔφη· ὡς δὴ ὅμοιον τοῦτο ἐκείνῳ. Οὐδέν γε κωλύει, ἦν δ' ἐγώ. εἰ δ' οὖν καὶ μὴ ἔξιν ὅμοιον, φαίνεται δὲ τῷ ἐρωτηθέντι τοιοῦτον, ἧττόν τι αὐτὸν οἴει ἀποκρινεῖσθαι τὸ φαινόμενον ἑαυτῷ, ἐάν τε ἡμεῖς ἀπαγορεύωμεν ἐάν τε μή; Ἄλλο τι οὖν, ἔφη, καὶ σὺ οὕτω ποιήσεις; ὧν ἐγὼ ἀπεῖπον, τούτων τι ἀποκρινεῖ; Οὐκ ἄν θαυμάσαιμι, ἦν δ' ἐγώ, εἴ μοι σκεψαμένῳ οὕτω δόξειεν. Τί οὖν, ἔφη, ἂν ἐγὼ δείξω
20 ἑτέραν ἀπόκρισιν παρὰ πάσας ταύτας περὶ δικαιοσύ-

quiquam responderes. Sapiens, inquam, es, o Thrasymache: recteque nosti, quod si quem interrogares, quot duodecim sunt, interrogansque praediceres, Ne mihi dicas, amice, duodecim esse bis sex, neque ter quatuor, neque sexies duo, neque quater tria: alioquin minime huiusmodi nugas admittam: nemo tibi sic interroganti responderet. At si tibi dixerit, Quomodo, o Thrasymache, dicis, ne respondeam eorum, quae praedixisti, quicquam? utrum, o mirabilis vir, neque etiamsi horum aliquid est duodecim, illud respondeam, sed alienum quiddam a vero? vel quo pacto id ais? quid tu illi ad haec? *Thra.* Quam hoc illi simile? *So.* Nihil prohibet. quamvis enim simile non sit, si tamen interrogato illi simile videatur, putasne illum minus ex hoc, quod sibi videbitur, responsurum, sive nos interdicamus sive non? *Thra.* Sic et tu facies? et aliquid eorum, quae interdixeram, respondebis? *So.* Haudquaquam admirarer, si inquirenti mihi sic videretur. *Thra.* At si ego aliam responsionem de iustitia demonstravero praeter omnes istas, istisque meliorem, quà te

φης, βελτίω τούτων; τί ἀξιοῖς παθεῖν; Τί ἄλλο, ἦν δ' ἐγώ, ἢ ὅ περ προσήκει πάσχειν τῷ μὴ εἰδότι; προσήκει δέ που μαθεῖν παρὰ τοῦ εἰδότος. καὶ ἐγὼ οὖν τοῦτο ἀξιῶ παθεῖν. Ἡδὺς γὰρ εἶ, ἔφη. ἀλλὰ πρὸς τῷ μαθεῖν καὶ ἀπότισον ἀργύριον. Οὐκοῦν ἕτοιμόν μοι γέγηται, εἶπον. Ἀλλ' ἔστιν, ἔφη ὁ Γλαύκων. ἀλλ' ἕνεκα ἀργυρίου, ὦ Θρασύμαχε, λέγε· πάντες γὰρ ἡμεῖς Σωκράτει εἰσοίσομεν. Πάνυ γε, οἶμαι, ἦ δ' ὅς, ἵνα Σωκράτης τὸ εἰωθὸς διαπράξηται, αὐτὸς μὲν μὴ ἀποκρίνηται, ἄλλου δ' ἀποκρινομένου λαμβάνῃ λόγον καὶ ἐλέγχῃ. Πῶς γὰρ ἄν, ἔφην ἐγώ, ὦ βέλτιστέ τις ἀποκρίναιτο πρῶτον μὲν μὴ εἰδὼς μηδὲ φάσκων εἰδέναι, ἔπειτα, εἴ τι καὶ οἴεται περὶ τούτων, ἀπειρημένον αὐτῷ εἴη ὅπως μηδὲν ἐρεῖ ὧν ἡγεῖται ὑπ' ἀνδρὸς οὐ φαύλου; ἀλλὰ σὲ δὴ μᾶλλον εἰκὸς λέγειν· σὺ γὰρ δὴ φῂς εἰδέναι καὶ ἔχειν εἰπεῖν. μὴ οὖν ἄλλως ποίει, ἀλλ' ἐμοί τε χαρίζου ἀποκρινόμενος καὶ μὴ φθονήσῃς καὶ Γλαύκωνα τόνδε διδάξαι καὶ τοὺς ἄλλους.

Εἰπόντος δ' ἐμοῦ ταῦτα ὅ τε Γλαύκων καὶ οἱ ἄλλοι ἐδέοντο αὐτοῦ μὴ ἄλλως ποιεῖν, καὶ ὁ Θρασύμαχος φανερὸς μὲν ἦν ἐπιθυμῶν εἰπεῖν, ἵν' εὐδοκι-

dignum poena putabis? *So.* Quanam alia quam ea, quae convenit ignoranti? convenit autem, ut a docto discat. et ego igitur hoc pati me dignum existimo. *Thra.* Quam facetus. verum praeter hoc, quod disces, pecuniam etiam tribues. *So.* Cum videlicet aderit, *Glau.* Immo vero adest pecunia. dic iam, Thrasymache: neque enim deerit argentum, quin etiam nos omnes pro Socrate isto spondemus. *Thra.* Ita prorsus existimo, ut suam Socrates servet consuetudinem, nihil respondeat, sed respondentis orationem accipiens reprehendat. *So.* Quonam pacto, vir optime, respondere quis posset, primo quidem qui neque sciat neque scire se praedicet: deinde si quid de his existimet, tamen a viro non mediocris auctoritatis prohibitus sit, quae existimat, dicere? Sed te magis aequum est dicere. profiteris enim scire, licetque tibi disserere. gere igitur mihi morem, neque invideas Glauconem istum aliosque docere. Haec ego cum dicerem, Glauco ceteriique hoc idem ipsum orabant, eratque manifestum, Thrasymachum maxima cupiditate dicendi affici, ut se ostentaret: arbitrabatur enim habere optima

μήσειεν, ἡγούμενος ἔχειν ἀπόκρισιν παγκάλην· προσεποιεῖτο δὲ φιλονεικεῖν πρὸς τὸ ἐμὲ εἶναι τὸν ἀποκρινόμενον, τελευτῶν δὲ ξυνεχώρησε, κἄπειτα Αὕτη δή, ἔφη, ἡ Σωκράτους σοφία, αὐτὸν μὲν μὴ ἐθέλειν διδάσκειν, παρὰ δὲ τῶν ἄλλων περιόντα μανθάνειν καὶ τούτων μηδὲ χάριν ἀποδιδόναι. Ὅτι μέν, ἦν δ' ἐγώ, μανθάνω παρὰ τῶν ἄλλων, ἀληθῆ εἶπες, ὦ Θρασύμαχε· ὅτι δὲ οὔ με φῂς χάριν ἐκτίνειν, ψεύδει. ἐκτίνω γὰρ ὅσην δύναμαι. δύναμαι δὲ ἐπαινεῖν μόνον· χρήματα γὰρ οὐκ ἔχω. ὡς δὲ προθύμως τοῦτο δρῶ, ἐάν τίς μοι δοκῇ εὖ λέγειν, εὖ εἴσει αὐτίκα δὴ μάλα, ἐπειδὰν ἀποκρίνῃ· οἶμαι γάρ σε εὖ ἐρεῖν. Ἄκουε δή, ἦ δ' ὅς. φημὶ γὰρ ἔγωγε εἶναι τὸ δίκαιον οὐκ ἄλλο τι ἢ τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον. ἀλλὰ τί οὐκ ἐπαινεῖς; ἀλλ' οὐκ ἐθελήσεις. Ἐὰν μάθω γε πρῶτον, ἔφην, τί λέγεις· νῦν γὰρ οὔπω οἶδα. τὸ τοῦ κρείττονος φῂς ξυμφέρον δίκαιον εἶναι. καὶ τοῦτο, ὦ Θρασύμαχε, τί ποτε λέγεις; οὐ γάρ που τό γε τοιόνδε φῂς· εἰ Πολυδάμας ἡμῶν κρείττων ὁ παγκρατιαστὴς καὶ αὐτῷ ξυμφέρει τὰ βόεια κρέα πρὸς τὸ σῶμα, τοῦτο τὸ σιτίον εἶναι καὶ ἡμῖν τοῖς ἥττοσιν ἐκείνου ξυμφέρον ἅμα καὶ δίκαιον. Βδελυρὸς γὰρ εἶ, ἔφη, ὦ Σώκρα-

quae responderet. verum simulabat instare, ut ego responderem. tandem vero concessit: Haecque, inquit, Socratis est sapientia, ipsum quidem nolle docere, sed ab aliis discere nullamque gratiam inde referre. Quod ego ab aliis discam, vera, inquam, dicis: quod autem gratiam non referam, procul est a vero. persolvo enim, quam possum. possum autem laudare tantum; argentum vero non habeo, quanta vero indulgentia istud efficiam, si quis mihi bene dicere videatur, intelliges mox, cum responderis. existimo enim te bene dicturum. Audi igitur, inquit ille. affirmo equidem iustum nihil aliud esse quam quod potentiori utile. Cur non laudas? scio, noles. *So.* Si quidem didicero prius quid dicas, nunc autem nondum novi, cum dicis iustum esse, quod potentiori est utile, quid velis inferre, Thrasymache. Neque enim tale quid dicis: Si Polydamas nobis fortior athleta sit, et illi quidem conferat bovilla ad corpus, hunc cibum esse et nobis illo debilioribus utilem simul et iustum. *Thra.* Molestus nimium es, o Socrates, atque hac accipis dicta, qua de-

τες, καὶ ταύτῃ ὑπολαμβάνεις ἢ ἂν κακουργήσαις μᾶλιστα τὸν λόγον. Οὐδαμῶς, ὦ ἄριστε, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλὰ σαφέστερον εἰπὲ τί λέγεις. Εἴτ' οὐκ οἶσθα, ἔφη, ὅτι τῶν πόλεων αἱ μὲν τυραννοῦνται, αἱ δὲ δημοκρατοῦνται, αἱ δὲ ἀριστοκρατοῦνται; Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν τοῦτο κρατεῖ ἐν ἑκάστῃ πόλει, τὸ ἄρχον; Πάνυ γε. Τίθεται δέ γε τοὺς νόμους ἑκάστη ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ αὑτῇ ξυμφέρον, δημοκρατία μὲν δημοκρατικούς, τυραννὶς δὲ τυραννικούς, καὶ αἱ ἄλλαι οὕτω. Θέμεναι δὲ ἀπέφηναν τοῦτο δίκαιον τοῖς ἀρχομένοις εἶναι, τὸ σφίσι ξυμφέρον, καὶ τὸν τούτου ἐκβαίνοντα κολάζουσιν ὡς παρανομοῦντά τε καὶ ἀδικοῦντα. τοῦτ' οὖν ἐστίν, ὦ βέλτιστε, ὃ λέγω ἐν ἁπάσαις ταῖς πόλεσι ταὐτὸν εἶναι δίκαιον, τὸ τῆς καθεστηκυίας ἀρχῆς ξυμφέρον. αὕτη δέ που κρατεῖ, ὥστε ξυμβαίνει τῷ ὀρθῶς λογιζομένῳ πανταχοῦ εἶναι τὸ αὐτὸ δίκαιον, τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον. Νῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἔμαθον ὃ λέγεις. εἰ δὲ ἀληθὲς ἢ μή, πειράσομαι μαθεῖν. τὸ ξυμφέρον μὲν οὖν, ὦ Θρασύμαχε, καὶ σὺ ἀπεκρίνω δίκαιον εἶναι· καί τοι ἔφοιγε ἀπηγόρευες ὅπως μὴ τοῦτο ἀποκρινοίμην·

pravare maxime sermonem possis. *So.* Haud est ita, vir optime. sed tu planius hoc enarra. *Thra.* An ignoras civitatum has quidem a tyrannis, illas vero a populo, nonnullas ab optimatibus gubernari? *So.* Novi equidem. *Thra.* Nonne in quavis civitate id plus potest, quod imperat? *So.* Quidni? *Thra.* Fert autem leges principatus quisque ad suam semper utilitatem: popularis quidem gubernatio populares, tyrannica vero tyrannicas: in ceterisque similiter accidit. ponentes autem leges, ostendunt id iustum esse his qui subiecti sunt, quod sibi sit utile: atque hoc transgredientem puniunt tanquam iniustum et contra leges agentem. Hoc igitur est, vir optime, quod ego dico, in cunctis civitatibus idem esse iustum, quod illi principatui conferat. principatus autem ubique, utpote potentior, dominatur. Quare constat recte colligenti, ubique idem hoc esse iustum, quod potentiori conducat. *So.* Nunc demum, quid dicas, intelligo. verum an em idne sit, tentabo perdiscere. Utile quidem et tu respondisti iustum esse, Thrasymache, quanquam mihi, ne id responderem, inter-

προσθεσι δὲ δὴ αὐτόθι τὸ τοῦ κρείττονος. Σμικρά γε ἴσως, ἔφη, προσθήκη. Οὔπω δῆλον οὐδ' εἰ μεγάλη. ἀλλ' ὅτι μὲν τοῦτο σκεπτέον εἰ ἀληθῆ λέγεις, δῆλον. ἐπειδὴ γὰρ ξυμφέρον γέ τι εἶναι καὶ ἐγὼ ὁμολογῶ τὸ δίκαιον, σὺ δὲ προστίθης καὶ αὐτὸ φῂς εἶναι τὸ τοῦ κρείττονος, ἐγὼ δὲ ἀγνοῶ, σκεπτέον δή. Σκόπει, ἔφη. Ταῦτ' ἔσαι, ἦν δ' ἐγώ. καί μοι εἰπέ· οὐ καὶ πείθεσθαι μέντοι τοῖς ἄρχουσι δίκαιον φῂς εἶναι; Ἔγωγε. Πότερον δὲ ἀναμάρτητοί εἰσιν οἱ ἄρχοντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάστοις ἢ οἷοί τι καὶ ἁμαρτεῖν; Πάντως που, ἔφη, οἷοί τι καὶ ἁμαρτεῖν. Οὐκοῦν ἐπιχειροῦντες νόμους τιθέναι τοὺς μὲν ὀρθῶς τιθέασι, τοὺς δέ τινας οὐχ ὀρθῶς; Οἶμαι ἔγωγε. Τὸ δὲ ὀρθῶς ἆρα τὸ τὰ ξυμφέροντά ἑσι τίθεσθαι ἑαυτοῖς, τὸ δὲ μὴ ὀρθῶς ἀξύμφορα; ἢ πῶς λέγεις; Οὕτως. Ἃ δ' ἂν θῶνται, ποιητέον τοῖς ἀρχομένοις, καὶ τοῦτό ἑσι τὸ δίκαιον; Πῶς γὰρ οὔ; Οὐ μόνον ἄρα δικαιῶν ἑσι κατὰ τὸν σὸν λόγον τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον τὸ μὴ ξυμφέρον. Τί λέγεις σύ; ἔφη. Ἃ οὐ λέγεις, ἔμοιγε δοκῶ. σκοπῶμεν δὲ βέλτιον. οὐχ ὡμολόγηται τοὺς ἄρ-

dixeras. accedit autem illud ultra utile quod dictum est potentiori. *Thra.* Exigua forsitan haec additio. *So.* Nondum manifestum, magnane sit an parva: sed quod hoc investigandum sit, an vera dicas, perspicuum est. postquam iustum esse conferens quiddam ego confiteor, et tu addis potentiori conferens, ego autem ignoro, considerandum erit. *Thra.* Considera. *So.* Faciam iam. ac mihi dicas, parere dominantibus iustum esse asseris? *Thra.* Equidem. *So.* Utrum qui imperant in civitatibus quibuscunque, sine errore sunt semper, an errant quandoque? *Thra.* Errare interdum possunt. *So* Nonne igitur cum leges ferre aggrediuntur, partim recte ferunt, partim vero non recte? *Thra.* Sic existimo. *So.* Recte autem ferunt, cum sibi utilia statuunt: non recte, cum contra? itane, an aliter dicis? *Thra.* Ita prorsus. *So.* Quae vero tulerint, observanda sunt ab his qui subiacent: atque id est iustum. *Thra.* Quidni? *So.* Non solum itaque secundum sermonem tuum iustum est id agere, quod conducat potentiori: sed contra quoque, quod obsit. *Thra.* Quid ais? *So.* Quod et tu, mihi quidem videor. verum diligentius inquira-

χοντας τοῖς ἀρχομένοις προστάττοντας ποιεῖν ἄττα ἐνίοτε διαμαρτάνειν τοῦ ἑαυτοῖς βελτίσου, ἃ δ' ἂν προστάττωσιν οἱ ἄρχοντες, δίκαιον εἶναι τοῖς ἀρχομένοις ποιεῖν; ταῦτ' οὐχ ὡμολόγηται; Οἶμαι ἔγωγε, ἔφη. Οἶου τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ ἀξύμφορα ποιεῖν τοῖς ἄρχουσί τε καὶ κρείττοσι δίκαιον εἶναι ὡμολογῆσθαί σοι, ὅταν οἱ μὲν ἄρχοντες ἄκοντες κακὰ αὑτοῖς προστάττωσι, τοῖς δὲ δίκαιον εἶναι φῇς ταῦτα ποιεῖν ἃ ἐκεῖνοι προσέταξαν. ἆρα τότε, ὦ σοφώτατε Θρασύμαχε, οὐκ ἀναγκαῖον ξυμβαίνειν αὐτὸ οὕτωσί, δίκαιον εἶναι ποιεῖν τοὐναντίον ἢ ὃ σὺ λέγεις; τὸ γὰρ τοῦ κρείττονος ἀξύμφορον δή που προστάττεται τοῖς ἥττοσι ποιεῖν. Ναὶ μὰ Δί', ἔφη, ὦ Σώκρατες, 340 ὁ Πολέμαρχος, σαφέστατά γε. Ἐὰν σύ γ', ἔφη, αὐτῷ μαρτυρήσῃς, ὁ Κλειτοφῶν ὑπολαβών. Καὶ τί, ἔφη, δεῖται μάρτυρος; αὐτὸς γὰρ Θρασύμαχος ὁμολογεῖ τοὺς μὲν ἄρχοντας ἐνίοτε ἑαυτοῖς κακὰ προστάττειν, τοῖς δὲ ἀρχομένοις δίκαιον εἶναι ταῦτα ποιεῖν. Τὸ γὰρ τὰ κελευόμενα ποιεῖν, ὦ Πολέμαρχε, ὑπὸ τῶν ἀρχόντων δίκαιον εἶναι ἐθετο Θρασύμαχος. Καὶ γὰρ τὸ τοῦ κρείττονος, ὦ Κλειτοφῶν, ξυμφέρον δίκαιον

mus. Nonne iam conveuit inter nos principes nonnunquam ea imperare, quae ab eorum utilitate aberrent? atque etiam quaecunque ipsi imperent, iustum esse, ut qui subiecti sunt observent? nonne haec inter nos convenere? *Thra.* Ita, ut opinor. *So.* Putato igitur inutile imperantibus et potentioribus facere, iustum esse, abs te esse concessum: quando quidem imperantes ea, quae sibi mala sunt, ex inscitia imperant, tu autem iustum esse affirmas haec facere quae ab illis imperantur. Nonne tunc, o sapientissime Thrasymache, contingit iustum esse contrarium facere eius, quod tu dicebas? quod enim potentioribus inutile est, subiectis quodammodo imperatur. Hic Polemarchus, Per Iovem, inquit, manifestissima haec sunt, o Socrates. Tunc Clitophon, Ita prorsus, si tu testis accesseris. *Po.* Sed non opus est testibus. ipse enim Thrasymachus confitetur principes nonnunquam, quae sibi non conducant, imperare: quae quidem perfici ab inferioribus iustum sit. *Cli.* Nam facere, quae a principibus imperantur, iustum esse posuit, o Polemarche, Thrasymachus. *Po.* Etenim potentiori utile, o Clitophon, iu-

εἶναι ἔθετο. ταῦτα δὲ ἀμφότερα θέμενος ὡμολόγησεν αὖ ἐνίοτε τοὺς κρείττους τὰ αὑτοῖς ἀξύμφορα κελεύειν τοὺς ἥττους τε καὶ ἀρχομένους ποιεῖν. ἐκ δὲ τούτων τῶν ὁμολογιῶν οὐδὲν μᾶλλον τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον δίκαιον ἂν εἴη ἢ τὸ μὴ ξυμφέρον. Ἀλλ', ἔφη ὁ Κλειτοφῶν, τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον ἔλεγεν ὃ ἡγοῖτο ὁ κρείττων αὑτῷ ξυμφέρειν· τοῦτο ποιητέον εἶναι τῷ ἥττονι, καὶ τὸ δίκαιον τοῦτο ἐτίθετο. Ἀλλ' οὐχ οὕτως, ἦ δ' ὃς ὁ Πολέμαρχος, ἐλέγετο. Οὐδέν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Πολέμαρχε, διαφέρει, ἀλλ' εἰ νῦν οὕτω λέγει Θρασύμαχος, οὕτως αὐτοῦ ἀποδεχώμεθα.

Καί μοι εἰπέ, ὦ Θρασύμαχε· τοῦτο ἦν ὃ ἐβούλου λέγειν τὸ δίκαιον, τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον δοκοῦν εἶναι τῷ κρείττονι, ἐάν τε ξυμφέρῃ ἐάν τε μή; οὕτω σε φῶμεν λέγειν; Ἥκιστά γ', ἔφη· ἀλλὰ κρείττω με οἴει καλεῖν τὸν ἐξαμαρτάνοντα, ὅταν ἐξαμαρτάνῃ; Ἔγωγε, εἶπον, ὤμην σε τοῦτο λέγειν, ὅτε τοὺς ἄρχοντας ὡμολόγεις οὐκ ἀναμαρτήτους εἶναι ἀλλά τι καὶ ἐξαμαρτάνειν. Συκοφάντης γὰρ εἶ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐν τοῖς λόγοις, ἐπεὶ αὐτίκα ἰατρὸν καλεῖς σὺ τὸν ἐξα-

stum esse posuit. haec autem utraque ponens, confessus est rursus quandoque potentiores, quae sibi utilia non sunt, inferioribus imperare. ex his autem concessionibus sequitur, ut non magis quod potentiori utile,, quam quod inutile, iustum sit. Ad haec ait Clitophon, At potentiori utile vocabat Thrasymachus, quod sibi conferre potentior existimarit: idque agendum esse subiectis atque esse iustum. Sed Polemarchus, Non sic, ait, est a Thrasymacho dictum. Nihil, inquam, refert, o Polemarche. quod si nunc ita dicit Thrasymachus, sic et nos accipiamus: et tu mihi dic, o Thrasymache, hocne est quod iustum dicere volebas, potentiori utile: scilicet quod ipsi utile videatur, sive conferat sive non conferat? itane? *Thra.* Minime. Sed tu putasne me illum, qui aberret, potentiorem vocare cum peccat? *So.* Existimabam te sic dicere, quando principes non esse omnino extra errorem, sed peccare quandoque confiteris. *Thra.* Sycophanta profecto es in sermonibus, Socrates, siquidem circa aegrotantes aberrantem statim medicum appel-

μαρτάνοντα περὶ τοὺς κάμνοντας, κατ' αὐτὸ τοῦτο ὃ ἐξαμαρτάνει, ἢ λογιστικόν, ὃς ἂν ἐν λογισμῷ ἁμαρτάνῃ, τότε ὅταν ἁμαρτάνῃ, κατὰ ταύτην τὴν ἁμαρτίαν; ἀλλ' οἶμαι, λέγομεν τῷ ῥήματι οὕτως, ὅτι ὁ ἰατρὸς ἐξήμαρτε καὶ ὁ λογιστὴς ἐξήμαρτε καὶ ὁ γραμματιστής· τὸ δ' οἶμαι ἕκαστος τούτων, καθ' ὅσον τοῦτ' ἔστιν ὃ προσαγορεύομεν αὐτόν, οὐδέποτε ἁμαρτάνει. ὥστε κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον, ἐπειδὴ καὶ σὺ ἀκριβολογεῖ, οὐδεὶς τῶν δημιουργῶν ἁμαρτάνει. ἐπιλιπούσης γὰρ ἐπιστήμης ὃ ἁμαρτάνων ἁμαρτάνει, ἐν ᾧ οὐκ 1
ἔστι δημιουργός· ὥστε δημιουργὸς ἢ σοφὸς ἢ ἄρχων οὐδεὶς ἁμαρτάνει τότε ὅταν ἄρχων ᾖ. ἀλλὰ πᾶς γ' ἂν εἴποι ὅτι ὁ ἰατρὸς ἥμαρτε καὶ ὁ ἄρχων ἥμαρτε. τοιοῦτον οὖν δή σοι καὶ ἐμὲ ὑπόλαβε νῦν γε ἀποκρίνεσθαι. τὸ δὲ ἀκριβέστατον ἐκεῖνο τυγχάνει ὄν, τὸν ἄρχοντα, καθ' ὅσον ἄρχων ἐστί, μὴ ἁμαρτάνειν, μὴ ἁμαρτάνοντα δὲ τὸ αὐτῷ βέλτιστον τίθεσθαι, τοῦτο
541 δὲ τῷ ἀρχομένῳ ποιητέον. ὥστε, ὅ περ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον, δίκαιον λέγω τὸ τοῦ κρείττονος ποιεῖν ξυμφέρον. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε· δοκῶ σοι συκοφαν- 2
τεῖν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Οἴει γάρ μ' ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τοῖς λόγοις κακουργοῦντά σε ἐρέσθαι ὡς ἠρό-

las, quatenus errat: vel computatorem, cum in ratione ponenda peccat, secundum hunc errorem. sed, ut existimo, ita loqui consuevimus, quod medicus et rationis supputator et grammaticus errat. arbitror tamen nullum istorum, quatenus est id, quod appellamus unumquemque, peccare. Quare secundum exactam rationem, quando et tu ad vivum resecas, nullus artifex peccat. quisquis enim peccat, deficiente scientia peccat, in quo sane non est artifex. quapropter artifex vel sapiens vel princeps nullus peccat, tunc cum princeps est: sed quivis diceret et medicum peccasse et principem peccasse. huiusmodi igitur aliquid respondisse me tibi existimato. Illud vero exacta ratione dicendum, principem, quatenus princeps est, non peccare: non peccantem autem, quae optima sibi sunt, imperare. hoc vero his, qui sub imperio eius sunt, faciendum est. Quamobrem, ut a principio dicebam, iustum esse aio, quod potentiori conducit, facere. *So.* Num tibi videor, o Thrasymache, sycophantae instar calumniari? *Thra.* Et maxime quidem. *So.* Putas me ex composito rationem ut de pravo, te ita interrogare ut modo interrogabam?

μην; Εὖ μὲν οὖν οἶδα, ἔφη. καὶ οὐδέν γέ σοι πλέον ἔσαι· οὔτε γὰρ ἄν με λάθοις κακουργῶν, οὔτε μὴ λαθὼν βιάσασθαι τῷ λόγῳ δύναιο. Οὐδέ γ' ἂν ἐπιχειρήσαιμι, ἦν δ' ἐγώ, ὦ μακάριε. ἀλλ' ἵνα μὴ αὖθις ἡμῖν τοιοῦτον ἐγγένηται, διόρισαι ποτέρως λέγεις τὸν ἄρχοντά τε καὶ τὸν κρείττονα, τὸν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἢ τὸν ἀκριβεῖ λόγῳ, ὃ νῦν δὴ ἔλεγες, οὗ τὸ ξυμφέρον κρείττονος ὄντος δίκαιον ἔσαι τῷ ἥττονι ποιεῖν. Τὸν τῷ ἀκριβεξάτῳ, ἔφη, λόγῳ ἄρχοντα ὄντα. πρὸς ταῦτα κακούργει καὶ συκοφάντει, εἴ τι δύνασαι· οὐδέν σου παρίεμαι. ἀλλ' οὐ μὴ οἷός τ' ἦς. Οἴει γὰρ ἄν με, εἶπον, οὕτω μανῆναι, ὥστε ξυρεῖν ἐπιχειρεῖν λέοντα καὶ συκοφαντεῖν Θρασύμαχον; Νῦν γοῦν, ἔφη, ἐπεχείρησας, οὐδὲν ὢν καὶ ταῦτα. Ἅδην, ἦν δ' ἐγώ, τῶν τοιούτων. ἀλλ' εἰπέ μοι· ὁ τῷ ἀκριβεῖ λόγῳ ἰατρός, ὃν ἄρτι ἔλεγες, πότερον χρηματιστής ἐστιν ἢ τῶν καμνόντων θεραπευτής; καὶ λέγε τὸν τῷ ὄντι ἰατρὸν ὄντα. Τῶν καμνόντων, ἔφη, θεραπευτής. Τί δὲ κυβερνήτης; ὁ ὀρθῶς κυβερνήτης ναυτῶν ἄρχων ἐστὶν ἢ ναύτης; Ναυτῶν ἄρχων. Οὐδέν, οἶμαι, τοῦτο ὑπολογιστέον, ὅτι πλεῖ ἐν τῇ νηΐ, οὐδ' ἐστὶ κλητέος ναύ-

Thra. Atqui penitus hoc novi. sed nihil proficies. neque enim me tuae latent insidiae: neque cum lateant, vim verbis inferre valebis. *So.* Minime hoc aggrederer, o beate. Sed ne quid tale rursus nobis accidat, distingue, utrum principem et potentioremdicas secundum vulgus an secundum exactam rationem, quod et tu paulo ante dixisti: cuius utile, cum potentior sit, iustum est ut a subiectis efficiatur. *Thra.* Exactissima equidem ratione imperantem dico. Perverte haec tuis istis, si potes, cavillationibus, Socrates. equidem nulla in re abs te superor: neque enim poteris. *So.* Putasne me adeo furere, ut leonem tondere audeam et adversus Thrasymachum insidias tendere? *Thra.* Nunc iam aggressus es, cum tamen nihil assequi possis. *So.* De his satis dictum fuerit: sed mihi dicito, Qui recta ratione est medicus, quemadmodum paulo supra ipse dicebas, utrum pecuniarum conquisitor an aegrotantium est curator? atque de eo dicas, qui revera sit medicus. *Thra.* Morborum certe curator. *So.* Gubernator autem, qui revera sit gubernator, nautarum princeps est an nauta? *Thra.* Nautarum princeps. *So.* Nihili existimo hoc esse faciendum, quod in navi naviget, neque nautam esse vocandum. non

της· οὐ γὰρ κατὰ τὸ πλεῖν κυβερνήτης καλεῖται ἀλλὰ κατὰ τὴν τέχνην καὶ τὴν τῶν ναυτῶν ἀρχήν. Ἀληθῆ, ἔφη. Οὐκοῦν ἑκάστῳ τούτων ἔστι τι ξυμφέρον; Πάνυ γε. Οὐ καὶ ἡ τέχνη, ἣν δ' ἐγώ, ἐπὶ τούτῳ πέφυκεν, ἐπὶ τῷ τὸ ξυμφέρον ἑκάστῳ ζητεῖν τε καὶ ἐκπορίζειν; Ἐπὶ τούτῳ, ἔφη. Ἆρ' οὖν καὶ ἑκάστῃ τῶν τεχνῶν ἔστι τι ξυμφέρον ἄλλο οὗ προσδεῖται, ἢ ἐξαρκεῖ ἑκάστη αὐτῇ ἑαυτῇ ὥστε ὅτι μάλιστα τελέαν εἶναι; Πῶς τοῦτο ἐρωτᾷς; Ὡς περ, ἔφην ἐγώ, εἴ με ἔροιο εἰ ἐξαρκεῖ σώματι εἶναι σώματι ἢ προσδεῖταί τινος, εἴποιμ' ἂν ὅτι Παντάπασι μὲν οὖν προσδεῖται. διὰ ταῦτα καὶ ἡ τέχνη ἐστὶν ἡ ἰατρικὴ νῦν εὑρημένη, ὅτι σῶμά ἐστι πονηρὸν καὶ οὐκ ἐξαρκεῖ αὐτῷ τοιούτῳ εἶναι. τούτῳ οὖν ὅπως ἐκπορίζῃ τὰ ξυμφέροντα, ἐπὶ τούτῳ παρεσκευάσθη ἡ τέχνη. ἢ ὀρθῶς σοι δοκῶ, ἔφην, ἂν εἰπεῖν 342 οὕτω λέγων, ἢ οὔ; Ὀρθῶς, ἔφη. Τί δὲ δή; αὐτὴ ἡ ἰατρικὴ ἐστι πονηρά, ἢ ἄλλη τις τέχνη ἔσθ' ὅ τι προσδεῖταί τινος ἀρετῆς, ὥς περ ὀφθαλμοὶ ὄψεως καὶ ὦτα ἀκοῆς, καὶ διὰ ταῦτα ἐπ' αὐτοῖς δεῖ τινὸς τέχνης τῆς τὸ ξυμφέρον εἰς ταῦτα σκεψομένης τε καὶ ἐκποριούσης; ἆρα καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τέχνῃ ἔνι τις πονηρία, καὶ δεῖ ἑκάστῃ τέχνῃ ἄλλης τέχνης ἥ τις αὐτῇ τὸ ξυμφέρον

enim propter navigationem gubernator appellatur, sed propter artem ipsam nautarumque principatum. *Thra.* Vera loqueris. *So.* Nonne istorum cuique aliquid utile est? *Thra.* Est prorsus. *So.* An non ad hoc tendit ars, ut quod utile sit cuique, investiget atque praebeat? *Thra.* Ad hoc ipsum. *So.* Nunquid unicuique arti est aliquid aliud utile, quam ut sit quam maxime absoluta? *Thra.* Quomodo istud interrogas? *So.* Quemadmodum si me rogares, an corpori satis sit esse corpus, an cuiuspiam alterius rei indigeat, responderem omnino indigere. et propter hoc ars quidem medicinae nunc inventa est, quoniam corpus debile et infirmum est, neque sibi sufficit. ut ergo huic utilitatem afferat, ipsa ars est inventa. sed num tibi videor vera dicere? *Thra.* Vera prorsus. *So.* Quid autem? ars ipsa medicinae vel alia ars per se quidem ita debilis sit, ut aliqua virtute indigeat, quemadmodum oculi visu auresve auditu: propter quod in ipsis opus sit aliqua arte, quae investiget praebeatque quae ad haec eadem conferant? Utrum et in ipsa arte inest defectus aliquis, et indiget unaquaeque ars alia arte, quae ipsi quod utile sit, consideret: et illa item

σκέψεται, καὶ τῇ σκοπουμένῃ ἑτέρας αὖ τοιαύτης, καὶ τοῦτ' ἔξιν ἀπέραντον; ἢ αὐτὴ αὑτῇ τὸ ξυμφέρον σκέψεται; ἢ οὔτε αὐτῆς οὔτε ἄλλης προσδεῖται ἐπὶ τὴν αὐτῆς πονηρίαν τὸ ξυμφέρον σκοπεῖν; οὔτε γὰρ πονηρία οὔτε ἁμαρτία οὐδεμία οὐδεμιᾷ τέχνῃ πάρεστιν, οὐδὲ προσήκει τέχνῃ ἄλλῳ τὸ ξυμφέρον ζητεῖν ἢ ἐκείνῳ οὗ τέχνη ἐστίν, αὐτὴ δὲ ἀβλαβὴς καὶ ἀκέραιος ἔστιν ὀρθὴ οὖσα, ἕως περ ἂν ᾖ ἑκάστη ἀκριβὴς οὖσα ἣ περ ἔστι. καὶ σκόπει ἐκείνῳ τῷ ἀκριβεῖ λόγῳ, οὕτως ἢ ἄλλως ἔχει; Οὕτως, ἔφη, φαίνεται. Οὐκ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἰατρικὴ ἰατρικῇ τὸ ξυμφέρον σκοπεῖ ἀλλὰ σώματι. Ναί, ἔφη. Οὐδὲ ἱππικὴ ἱππικῇ ἀλλ' ἵπποις· οὐδὲ ἄλλη τέχνη οὐδεμία ἑαυτῇ, οὐδὲ γὰρ προσδεῖται, ἀλλ' ἐκείνῳ οὗ τέχνη ἐστίν. Φαίνεται, ἔφη, οὕτως. Ἀλλὰ μήν, ὦ Θρασύμαχε, ἄρχουσί γε αἱ τέχναι καὶ κρατοῦσιν ἐκείνου οὗ πέρ εἰσι τέχναι. Συνεχώρησεν ἐνταῦθα καὶ μάλα μόγις. Οὐκ ἄρα ἐπιστήμη γε οὐδεμία τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἥττονός τε καὶ ἀρχομένου ὑπὸ ἑαυτῆς. Ξυνωμολόγησε μὲν καὶ ταῦτα τελευτῶν, ἐπεχείρει δὲ περὶ αὐτὰ μάχεσθαι. ἐπειδὴ δὲ ὡμολόγησεν, Ἄλλο τι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδὲ ἰατρὸς οὐ-

alia indiget alia, ita ut in infinitum procedatur? vel quaeque sibi ipsa quod conducat prospicit? vel neque se ipsa neque alia indiget ad investigandum, quod adversus defectum eius conferat? neque enim defectus neque error ullus ulli arti inest: neque decet artem utilitatem quaerere, nisi illi rei, cuius est ars. ipsa autem integra et inviolata semper est, quatenus quaeque tota et immaculata, qualis est, perseverat ipsa. Tu igitur illi rationi sincera et exacta considera, sicne an aliter se res habeat. *Thra.* Sic certe. *So.* Ergo nec medicina medicinae prospicit, sed corpori. *Thra.* Ita est. *So.* Neque equestris equestri, sed equis; neque alia ulla ars sibi ipsi: non enim indiga est: sed illi cuius ars est. *Thra.* Sic apparet. *So.* Atqui, o Thrasymache, praesunt artes et dominantur illi, cuius sunt artes. Hoc ille, quamvis aegre, tamen concessit. Nulla ergo scientia, inquam, utilitatem potentioris inquirit aut praecipit, sed imbecillioris et eius cui imperatur ab ea. Neque hoc ille negabat, sed parabat ad haec pugnare. Tunc ego alia his addens, Nullus medicus, inquam, eo quod

δείς, καθ' ὅσον ἰατρός, τὸ τῷ ἰατρῷ ξυμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλλὰ τὸ τῷ κάμνοντι; ὡμολόγηται γὰρ ὁ ἀκριβὴς ἰατρὸς σωμάτων εἶναι ἄρχων ἀλλ' οὐ χρηματιστής. ἢ οὐχ ὡμολόγηται; Ξυνέφη. Οὐκοῦν καὶ ὁ κυβερνήτης ὁ ἀκριβὴς ναυτῶν εἶναι ἄρχων ἀλλ' οὐ ναύτης; Ὡμολόγηται. Οὐκ ἄρα ὅ γε τοιοῦτος κυβερνήτης τε καὶ ἄρχων τὸ τῷ κυβερνήτῃ ξυμφέρον σκέψεταί τε καὶ προστάξει, ἀλλὰ τὸ τῷ ναύτῃ τε καὶ ἀρχομένῳ. Ξυνέφησε μόγις. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς ἐν οὐδεμιᾷ ἀρχῇ, καθ' ὅσον ἄρχων ἐστί, τὸ αὑτῷ ξυμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ καὶ ᾧ ἂν αὐτὸς δημιουργῇ· καὶ πρὸς ἐκεῖνο βλέπων καὶ τὸ ἐκείνῳ ξυμφέρον καὶ πρέπον καὶ λέγει καὶ ποιεῖ ἃ ποιεῖ ἅπαντα. 1

343 Ἐπειδὴ οὖν ἐνταῦθα ἦμεν τοῦ λόγου καὶ πᾶσι καταφανὲς ἦν ὅτι ὁ τοῦ δικαίου λόγος εἰς τοὐναντίον περιειστήκει, ὁ Θρασύμαχος ἀντὶ τοῦ ἀποκρίνεσθαι, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τίτθη σοι ἔστιν; Τί δέ; ἦν δ' ἐγώ· οὐκ ἀποκρίνεσθαι χρῆν μᾶλλον ἢ τοιαῦτα ἐρωτᾶν; Ὅτι τοί σε, ἔφη, κορυζῶντα περιορᾷ καὶ οὐκ ἀπο- 2
μύττει δεόμενον· ὅς γε αὐτῇ οὐδὲ πρόβατα οὐδὲ ποι-

medicus est, medico conferre studet aut in eo aliquid praecipit, sed aegrotanti. est enim concessum, qui vere quidem medicus est, eum esse dominum corporum, non pecuniarum cumulatorem. nonne id est concessum? Consensit. Nonne et exactum gubernatorem navis nautarum principem esse, non nautam? Et hoc. Haud igitur gubernator talis ac princeps id inquirit et praecipit, quod ipsi gubernatori conferat, sed quod nautis, qui ab eo reguntur. Haec quoque ille aegre confessus est. Atque hic ego: Neque alius ullus, inquam, Thrasymache, in aliquo principatu et facultate imperans, quatenus princeps est, quod sibi conferat, cogitat aut praecipit, sed quod subiecto conducat: et quae dicit quaeque facit, cuncta ad illius utilitatem decoremque dicit et facit. Cum huc deventum esset, omnibusque pateret definitionem iusti in contrarium decidisse, Thrasymachus non respondit quidem, ut debuit, sed, Dicito, inquit, o Socrates, est tibi nutrix? Quidnam? respondere, inquam, decebat magis quam talia quaerere. Quoniam, inquit, te negligit, et oppelas tibi nares non emungit, cum tamen indigeas, qui neque pe-

μένα γιγνώσκεις. Ὅτι δὴ τί μάλιστα; ἦν δ' ἐγώ. Ὅτι οἴει τοὺς ποιμένας ἢ τοὺς βουκόλους τὸ τῶν προβάτων ἢ τὸ τῶν βοῶν ἀγαθὸν σκοπεῖν, καὶ παχύνειν αὐτοὺς καὶ θεραπεύειν πρὸς ἄλλο τι βλέποντας ἢ τὸ τῶν δεσποτῶν ἀγαθὸν καὶ τὸ αὑτῶν, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας, οἳ ὡς ἀληθῶς ἄρχουσιν, ἄλλως πως ἡγεῖ διανοεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀρχομένους ἢ ὥς περ ἄν τις πρὸς πρόβατα διατεθείη, καὶ ἄλλο τι σκοπεῖν αὐτοὺς διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἢ τοῦτο ὅθεν αὐτοὶ ὠφελήσονται. καὶ οὕτω πόρρω εἶ περί τε τοῦ δικαίου καὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδίκου τε καὶ ἀδικίας, ὥστε ἀγνοεῖς ὅτι ἡ μὲν δικαιοσύνη τε καὶ τὸ δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι, τοῦ κρείττονός τε καὶ ἄρχοντος ξυμφέρον, οἰκεία δὲ τοῦ πειθομένου τε καὶ ὑπηρετοῦντος βλάβη· ἡ δὲ ἀδικία τοὐναντίον καὶ ἄρχει τῶν ὡς ἀληθῶς εὐηθικῶν τε καὶ δικαίων, οἱ δ' ἀρχόμενοι ποιοῦσι τὸ ἐκείνου ξυμφέρον κρείττονος ὄντος, καὶ εὐδαίμονα ἐκεῖνον ποιοῦσιν ὑπηρετοῦντες αὐτῷ, ἑαυτοὺς δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν. σκοπεῖσθαι δέ, ὦ εὐηθέστατε Σώκρατες, οὕτωσὶ χρὴ ὅτι δίκαιος ἀνὴρ ἀδίκου παντταχοῦ ἔλαττον ἔχει. πρῶτον μὲν ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους ξυμβολαίοις, ὅπου ἂν ὁ τοιοῦτος τῷ τοιούτῳ κοινω-

cudum neque pastoris cognoscis officium. Cur istud, inquam? Quia putas, inquit, opiliones vel bubulcos pecudum boumve bonum considerare, pascereque et colere ad aliud respicientes quam ad dominorum et ipsorum utilitatem. et illos, qui in urbibus ut decet, praesunt, aliter ad eos, qui sub illis sunt, existimas respicere, quam tanquam pastor ad oves: et aliud cogitare noctes atque dies, quam unde utilitas ad ipsos proveniat. Atque adeo procul abes ab iusto iustitiaque, et iniusto item et iniustitia, ut ignores iustitiam instumque alienum esse bonum, ac revera praesidentis et potentioris emolumentum, detrimentum vero proprium obedientis et subditi: iniustitiam vero contra ignavis iustisque hominibus dominari: qui autem parent, facere quae imperanti potentiorique conducunt, illumque obsequio beatum reddere, sibi autem ipsis non consulere. Considerare profecto sic decet, o ignavissime Socrates, iustum virum omnino minus iniusto habere. primum quidem in mutuis commerciis, cum aliquid conferunt iustus una atque iniustus, in finienda societate semper minus re-

νήσῃ, οὐδαμοῦ ἂν εὕροις ἐν τῇ διαλύσει τῆς κοινωνίας πλέον ἔχοντα τὸν δίκαιον τοῦ ἀδίκου ἀλλ' ἔλαττον· ἔπειτα ἐν τοῖς πρὸς τὴν πόλιν, ὅταν τέ τινες εἰσφοραὶ ὦσιν, ὁ μὲν δίκαιος ἀπὸ τῶν ἴσων πλέον εἰσφέρει, ὁ δ' ἔλαττον, ὅταν τε λήψεις, ὁ μὲν οὐδέν, ὁ δὲ πολλὰ κερδαίνει. καὶ γὰρ ὅταν ἀρχήν τινα ἄρχῃ ἑκάτερος, τῷ μὲν δικαίῳ ὑπάρχει καὶ εἰ μηδεμία ἄλλη ζημία, τά γε οἰκεῖα δι' ἀμέλειαν μοχθηροτέρως ἔχειν, ἐκ δὲ τοῦ δημοσίου μηδὲν ὠφελεῖσθαι διὰ τὸ δίκαιον εἶναι, πρὸς δὲ τούτοις ἀπέχθεσθαι τοῖς τε οἰκείοις καὶ 1
τοῖς γνωρίμοις, ὅταν μηδὲν ἐθέλῃ αὐτοῖς ὑπηρετεῖν παρὰ τὸ δίκαιον· τῷ δὲ ἀδίκῳ πάντα τούτων τἀναντία ὑπάρχει. λέγω γὰρ ὃν περ νῦν δὴ ἔλεγον, τὸν μεγάλα
344 δυνάμενον πλεονεκτεῖν. τοῦτον οὖν σκόπει, εἴ περ βούλει κρίνειν ὅσῳ μᾶλλον ξυμφέρει ἰδίᾳ αὐτῷ ἄδικον εἶναι ἢ τὸ δίκαιον. πάντων δὲ ῥᾷστα μαθήσει, ἐὰν ἐπὶ τὴν τελεωτάτην ἀδικίαν ἔλθῃς, ἣ τὸν μὲν ἀδικήσαντα εὐδαιμονέστατον ποιεῖ, τοὺς δὲ ἀδικηθέντας καὶ ἀδικῆσαι οὐκ ἂν ἐθέλοντας ἀθλιωτάτους. ἔστι δὲ τοῦτο τυραννίς, ἣ οὐ κατὰ σμικρὸν τἀλλότρια καὶ λάθρᾳ καὶ 2
βίᾳ ἀφαιρεῖται, καὶ ἱερὰ καὶ ὅσια καὶ ἴδια καὶ δημόσια, ἀλλὰ ξυλλήβδην. ὧν ἐφ' ἑκάστῳ μέρει ὅταν τις ἀδι-

portare iustus quam iniustus reperietur. cum vero in rebus publicis aliqua tributa conferenda sunt, iustus plus confert quam sui aequales, iniustus autem minus. quando autem aliquid inde accipiendum est, iustus nihil, iniustus multa reportat. praeterea si quando magistratu quodam uterque fungitur, si nulla alia iusto iactura contingit, haec saltem illi non deest, ut res domesticae deterius per negligentiam disponantur, ex publico autem nihil, propterea quod iustus sit, lucretur. accedit ad haec, quod domesticos et familiares sibi infensos reddit, cum illis obsequi nulla in re ultra iustum velit. Iniusto vero omnia contra eveniunt; dico autem, quod et supra, ut prae ceteris ubique lucretur. Hunc ergo considera, si vis iudicare, quanto magis conferat privatim sibi iniustum esse quam iustum. Facillime autem disces, si ad extremam perveneris iniustitiam, quae iniuste agentem felicissimum efficit, eos contra, qui afficiuntur iniuria ac neminem iniuste laedere volunt, infelicissimos. Est autem haec tyrannis, quae non paulatim, sed simul omnia aliena usurpat, et clam et vi, et sacra et sancta, et privata et publica. si quis vero in aliqua istorum parte

πήσας μὴ λάθῃ, ζημιοῦταί τε καὶ ὀνείδη ἔχει τὰ μέγιστα· καὶ γὰρ ἱερόσυλοι καὶ ἀνδραποδισαὶ καὶ τοιχωρύχοι καὶ ἀποξερηταὶ καὶ κλέπται οἱ κατὰ μέρη ἀδικοῦντες τῶν τοιούτων κακουργημάτων καλοῦνται. ἐπειδὰν δέ τις πρὸς τοῖς τῶν πολιτῶν χρήμασι καὶ αὐτοὺς ἀνδραποδισάμενος δουλώσηται, ἀντὶ τούτων τῶν αἰσχρῶν ὀνομάτων εὐδαίμονες καὶ μακάριοι κέκληνται, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων, ὅσοι ἂν πύθωνται αὐτὸν τὴν ὅλην ἀδικίαν ἠδικηκότα· οὐ γὰρ τὸ ποιεῖν τὰ ἄδικα ἀλλὰ τὸ πάσχειν φοβούμενοι ὀνειδίζουσιν οἱ ὀνειδίζοντες τὴν ἀδικίαν. οὕτως, ὦ Σώκρατες, ἰσχυρότερον καὶ ἐλευθεριώτερον καὶ δεσποτικώτερον ἀδικία δικαιοσύνης ἐξὶν ἱκανῶς γιγνομένη, καὶ ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον, τὸ μὲν τοῦ κρείττονος ξυμφέρον τὸ δίκαιον τυγχάνει ὄν, τὸ δ' ἄδικον ἑαυτῷ λυσπελοῦν τε καὶ ξυμφέρον.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ Θρασύμαχος ἐν νῷ εἶχεν ἀπιέναι, ὡς περ βαλανεὺς ἡμῶν καταντλήσας κατὰ τῶν ὤτων ἀθρόον καὶ πολὺν τὸν λόγον. οὐ μὴν εἴασάν γε αὐτὸν οἱ παρόντες, ἀλλ' ἠνάγκασαν ὑπομεῖναί τε καὶ παρασχεῖν τῶν εἰρημένων λόγον. καὶ δὴ ἔγωγε καὶ αὐτὰς

deliquerit deprehensusque fuerit, mulctatur et opprobrio subiacet maximo. Etenim sacrilegi, fures, latrones, surreptores et omnino per singulas quasdam partes peccantes ab huiusmodi criminibus nominantur. Sed postquam aliquis ultra huiusmodi rapinas pecuniarum etiam cives ipsos in servitutem suam redegit, non iam tam probrosis notatur vocabulis, sed et beatus et felix vocatur, non a civibus suis tantum, verum etiam ab omnibus, qui eum audiunt nequitiam omnem adimplevisse. non enim ideo vituperant iniustitiam quicunque eam vituperant, quod eam facere, sed quod perpeti metuant. Hoc igitur pacto, o Socrates, iniustitia omnibus suis partibus absoluta robustius quiddam est, liberalius et regalius quam iustitia: utque ab initio dicebam, id quod potentiori confert, iustum est: iniustum vero sibi ipsi utile est et conferens. Haec eum dixisset Thrasymachus, abire iam mente conceperat, postquam, quemadmodum balnei custos, sermonem plurimum maximo cum impetu auribus nostris infuderat. non tamen hoc permiserunt qui aderant, verum coëgerunt et permanere et afferre eorum, quae dixerat, rationem. egoque in primis vehemen-

πάνυ ἐδεόμην τε καὶ εἶπον Ὦ δαιμόνιε Θρασύμαχε, οἷον ἐμβαλὼν λόγον ἐν νῷ ἔχεις ἀπιέναι, πρὶν διδάξαι ἱκανῶς ἢ μαθεῖν εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει. ἢ σμικρὸν οἴει ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα διορίζεσθαι, ἀλλ' οὐ βίου διαγωγήν, ἣ ἄν διαγόμενος ἕκαστος ἡμῶν λυσιτελεστάτην ζωὴν ζῴη; Ἐγὼ γὰρ οἶμαι, ἔφη ὁ Θρασύμαχος, τοῦτό ἄλλως ἔχειν. Ἔοικας, ἦν δ' ἐγώ, ἤτοι ἡμῶν γε οὐδὲν κήδεσθαι, οὐδέ τι φροντίζειν εἴτε χεῖρον εἴτε βέλτιον βιωσόμεθα ἀγνοοῦντες ὃ σὺ φῂς εἰδέναι. ἀλλ' ὦ γαθέ, προθυμοῦ καὶ ἡμῖν ἐνδείξασθαι· οὐ τοι κακῶς σοι κείσεται ὅ τι ἂν ἡμᾶς τοσούσδε ὄντας εὐεργετήσῃς. ἐγὼ γὰρ δή σοι λέγω τό γε ἐμόν, ὅτι οὐ πείθομαι οὐδ' οἶμαι ἀδικίαν δικαιοσύνης κερδαλεώτερον εἶναι, οὐδ' ἐὰν ἐᾷ τις αὐτὴν καὶ μὴ διακωλύῃ πράττειν ἃ βούλεται. ἀλλ' ὦ 'γαθέ, ἔσω μὲν ἄδικος, δυνάσθω δὲ ἀδικεῖν ἢ τῷ λανθάνειν ἢ τῷ διαμάχεσθαι· ὅμως ἐμέ γε οὐ πείθει ὡς ἐστι τῆς δικαιοσύνης κερδαλεώτερον. ταῦτ' οὖν καὶ ἕτερος ἴσως τις ἡμῶν πέπονθεν, οὐ μόνος ἐγώ. πεῖσον οὖν, ὦ μακάριε, ἱκανῶς ἡμᾶς ὅτι οὐκ ὀρθῶς βουλευόμεθα δικαιοσύνην ἀδικίας περὶ πλείονος ποιούμενοι. Καὶ πῶς, ἔφη, σὲ πείσω; εἰ γὰρ οἷς νῦν δὴ ἔλεγον μὴ πέ-

ter rogabam: O beate Thrasymache, quali sermone iacto abire festinas, prius quam abunde vel doceas vel discas, sitne hoc ut dicis, an secus. An forte putas parvam quandam rem te aggressum esse definire, non autem rationem vitae, quam si quis nostrum acceperit, quam optime vivat? *Thra.* An ego putem istud aliter se habere? *So.* Videris nempe nullam de nobis curam suscipere: neque cogitare, utrum peius vivamus an melius id nescientes quod tu te scire affirmas. Sed, o bone vir, libenter hoc nobis ostende. neque enim male locaveris beneficium, quod nobis, qui tot simus, contuleris. Dicam equidem, quod sentio: nequaquam mihi persuades iniustitiam maius quam iustitiam lucrum afferre, etiamsi omnis sibi licentia praebeatur, ut quaecunque cupit, efficiat. esto iniustus aliquis, possitque iniuriam facere vel furtim vel vi, non tamen mihi suades maius esse in ipsa iniustitia quam iustitia lucrum, qua quidem in sententia non ego tantum fortasse, sed alius aliquis nostrum est. persuade itaque nobis, beate vir, non recte iustitiam pluris quam iniustitiam fecisse. *Thra.* Quomodo amplius persuadebo, si his, quae modo dicebam, non es permotus?

πεισαι, τί σοι ἔτι ποιήσω; ἢ εἰς τὴν ψυχὴν φέρων ἐνθῶ τὸν λόγον; Μὰ Δί', ἦν δ' ἐγώ, μὴ σύ γε· ἀλλὰ πρῶτον μέν, ἃ ἂν εἴπῃς, ἔμμενε τούτοις, ἢ ἐὰν μεταπιθῇ, φανερῶς μετατίθεσο καὶ ἡμᾶς μὴ ἐξαπάτα. νῦν δὲ ὁρᾷς, ὦ Θρασύμαχε, ἔτι γὰρ τὰ ἔμπροσθεν ἐπισκεψώμεθα, ὅτι τὸν ὡς ἀληθῶς ἰατρὸν τὸ πρῶτον ὁριζόμενος τὸν ὡς ἀληθῶς ποιμένα, οὐκέτι ὤου δεῖν ὕστερον ἀκριβῶς φυλάξαι, ἀλλὰ ποιμαίνειν οἷει αὐτὸν τὰ πρόβατα, καθ' ὅσον ποιμήν ἐστιν, οὐ πρὸς τὸ τῶν προβάτων βέλτιστον βλέποντα, ἀλλ' ὥς περ δαιτυμόνα τινὰ καὶ μέλλοντα ἑστιάσεσθαι πρὸς τὴν εὐωχίαν, ἢ αὖ πρὸς τὸ ἀποδόσθαι, ὡς περ χρηματιστὴν ἀλλ' οὐ ποιμένα. τῇ δὲ ποιμενικῇ οὐ δή που ἄλλου του μέλει ἢ ἐφ' ᾧ τέτακται, ὅπως τούτῳ τὸ βέλτιστον ἐκποριεῖ, ἐπεὶ τά γε αὑτῆς ὥστε εἶναι βελτίστη, ἱκανῶς δή που ἐκπεπόρισαι, ἕως γ' ἂν μηδὲν ἐνδέῃ τοῦ ποιμενικὴ εἶναι. οὕτω δὲ ᾠμην ἔγωγε νῦν δὴ ἀναγκαῖον εἶναι ἡμῖν ὁμολογεῖν πᾶσαν ἀρχήν, καθ' ὅσον ἄρχει, μηδενὶ ἄλλῳ τὸ βέλτιστον σκοπεῖσθαι ἢ ἐκείνῳ τῷ ἀρχομένῳ τε καὶ θεραπευομένῳ, ἔν τε πολιτικῇ καὶ ἰδιωτικῇ ἀρχῇ. σὺ δὲ τοὺς ἄρχοντας ἐν ταῖς πόλεσι, τοὺς ἀληθῶς ἄρχοντας, ἑκόντας οἷει ἄρχειν; Μὰ Δί' οὔκ, ἔφη, ἀλ-

quidnam ulterius faciam? an in animum tibi sermonem impingam? *So.* Minime per Jovem. sed hoc primum velim, ut dictis maneas: vel si quid immutare vis, hoc palam facias, neve nos decipias. Nunc autem vides, Thrasymache, ut superiora iterum resumamus, quod cum primo verum medicum definisses aegrotantium curatorem, deinde non ita sincere pastorem definiendum putasti, ut, quatenus pastor est, dumtaxat custodiat: immo pascere ipsum oves, quantum est pastor, arbitratus es non ad ovium utilitatem, sed ad voraginem potius, non tanquam pastorem, sed convivam, qui vesci debeat; vel pecuniae studiosum, qui sit venditurus. Profecto pastorali arti nihil aliud curae est, quam ut id, quod custodit, se optime habeat. nam ipsi, quatenus vera pastoralis facultas est, nihil deest, quo minus sufficiens sit et optima. Sic ego putabam necesse esse nos confiteri, unumquemque principatum, in eo quod principatus sit, nullius alterius bonum prospicere, nisi eius, quod sub illo sit et ab eo curetur, sive privatus sit sive publicus. tu autem principes in civitatibus, qui vere principes sint, volentesne magistratibus fungi putas? *Thra.* Nequa-

λ' εὖ οἶδα. Τί δὲ; ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, τὰς ἄλλας ἀρχὰς οὐκ ἐννοεῖς ὅτι οὐδεὶς ἐθέλει ἄρχειν ἑκών, ἀλλὰ μισθὸν αἰτοῦσιν, ὡς οὐχὶ αὐτοῖσιν ὠφέλειαν ἐσομένην ἐκ τοῦ ἄρχειν ἀλλὰ τοῖς ἀρχομένοις; ἐπεὶ τοσόν-
348 δε εἰπέ· οὐχὶ ἑκάστην μέντοι φαμὲν ἑκάστοτε τῶν τεγνῶν τούτῳ ἑτέραν εἶναι, τῷ ἑτέραν τὴν δύναμιν ἔχειν; καὶ ὦ μακάριε, μὴ παρὰ δόξαν ἀποκρίνου, ἵνα τι καὶ περαίνωμεν. Ἀλλὰ τούτῳ, ἔφη, ἑτέρα. Οὐκοῦν καὶ ὠφέλειαν ἑκάστη ἰδίαν τινὰ ἡμῖν παρέχεται, ἀλλ' οὐ κοινήν, οἷον ἰατρικὴ μὲν ὑγίειαν, κυβερνητικὴ δὲ σωτη- 1
ρίαν ἐν τῷ πλεῖν, καὶ αἱ ἄλλαι οὕτως; Πάνυ γε. Οὐκοῦν καὶ μισθωτικὴ μισθόν; αὕτη γὰρ αὐτῆς ἡ δύναμις. ἢ τὴν ἰατρικὴν σὺ καὶ τὴν κυβερνητικὴν τὴν αὐτὴν καλεῖς; ἢ ἐάν περ βούλῃ ἀκριβῶς διορίζειν, ὥς περ ὑπέθου, οὐδέν τι μᾶλλον, ἐάν τις κυβερνῶν ὑγιὴς γίγνηται διὰ τὸ ξυμφέρειν αὐτῷ πλεῖν ἐν τῇ θαλάττῃ, ἕνεκα τούτου καλεῖς μᾶλλον αὐτὴν ἰατρικήν; Οὐ δῆτα, ἔφη. Οὐδέ γ' οἶμαι τὴν μισθωτικήν, ἐὰν ὑγιαίνῃ τις μισθαρνῶν. Οὐ δῆτα. Τί δέ; τὴν ἰατρικὴν μισθαρνητικήν, ἐὰν ἰώμενός τις μισθαρνῇ; Οὐκ ἔφη. Οὐ- 2

quam puto, sed certe scio. *So.* Quid vero? alios principatus nonne nosti neminem volentem accipere, sed praemium ex his requirere, quasi nulla sibi ex imperio tali, sed subiectis potius sit utilitas proventura? Dic age, nonne quaslibet inter se artes diversas ex eo dicimus, quod diversam inter se habent potentiam? neque mihi, vir felix, praeter opinionem respondeas, ut aliquid perficiamus. *Thra.* Hoc ipso videlicet alteram. *So.* An non utilitatem unaquaeque propriam nobis aliquam praebet, et non communem cum alia? quemadmodum medicina quidem sanitatem, gubernatoria in navigando salutem, aliaeque similiter. *Thra.* Prorsus quidem. *So.* Nonne et pretium mercenaria? haec enim illius potentia, an medicinam tu et gubernatoriam eandem vocas? vel si quidem velis absolutius definire atque distinguere, quemadmodum statuisti, etiamsi quis navem gubernans sanus efficiatur, eo quod sibi navigatio conferat, nihilo magis tamen ob hoc gubernatoriam ipsam medicinam vocabis? *Thra.* Non certe. *So.* Neque etiam, ut arbitror, mercenariam, si quis mercenarius ipso ministerio sanus efficiatur. *Thra.* Neque hanc. *So.* Quid autem? medicinam mercenariam, si quis medicans quaestum faciat? *Thra.* Minime.

κοῦν τὴν γε ὠφέλειαν ἑκάσης τῆς τέχνης ἰδίαν ὁμολογήσαμεν εἶναι; Ἔστω, ἔφη. Ἦν τινα ἄρα ὠφέλειαν κοινῇ ὠφελοῦνται πάντες οἱ δημιουργοί, δῆλον ὅτι κοινῇ τινὶ τῷ αὐτῷ προσχρώμενοι ἀπ' ἐκείνου ὠφελοῦνται. Ἔοικεν, ἔφη. Φαμὲν δέ γε τὸ μισθὸν ἀργυρίου ὠφελεῖσθαι τοὺς δημιουργοὺς ἀπὸ τοῦ προσχρῆσθαι τῇ μισθωτικῇ τέχνῃ γίγνεσθαι αὐτοῖς. Ξυνέφη μόγις. Οὐκ ἄρα ἀπὸ τῆς αὑτοῦ τέχνης ἑκάστῳ αὕτη ἡ ὠφελιά ἐστιν, ἡ τοῦ μισθοῦ λῆψις, ἀλλ' εἰ δεῖ ἀκριβῶς σκοπεῖσθαι, ἡ μὲν ἰατρικὴ ὑγίειαν ποιεῖ, ἡ δὲ μισθαρνητικὴ μισθόν, καὶ ἡ μὲν οἰκοδομικὴ οἰκίαν, ἡ δὲ μισθαρνητικὴ αὐτῇ ἑπομένη μισθόν, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι οὕτω τὸ αὑτῆς ἑκάστη ἔργον ἐργάζεται καὶ ὠφελεῖ ἐκεῖνο ἐφ' ᾧ τέτακται, ἐὰν δὲ μὴ μισθὸς αὐτῇ προσγίγνηται, ἆρ' ὅ τι ὠφελεῖται ὁ δημιουργὸς ἀπὸ τῆς τέχνης; Οὐ φαίνεται, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐδ' ὠφελεῖ τότε ὅταν προῖκα ἐργάζηται; Οἶμαι ἔγωγε. Οὐκοῦν, ὦ Θρασύμαχε, τοῦτο ἤδη δῆλον, ὅτι οὐδεμία τέχνη οὐδ' ἀρχὴ τὸ αὑτῇ ὠφέλιμον παρασκευάζει, ἀλλ' ὃ περ πάλαι ἐλέγομεν, τὸ τῷ ἀρχομένῳ καὶ παρασκευάζει καὶ ἐπιτάττει, τὸ ἐκείνου ξυμφέρον ἥττονος ὄντος σκοποῦσα, ἀλλ' οὐ τὸ τοῦ

So. Nonne et utilitatem cuiuslibet artis propriam quandam esse concessimus? *Thra.* Esto. *So.* Si quam igitur utilitatem communiter nanciscuntur omnes artifices, patet quod communi quodam uno eodemque utentes, ex eo utilitatem huiusmodi nanciscuntur. *Thra.* Videtur. *So.* Dicimus autem artifices mercedem accipientes, utilitatem consequi ex eo quod mercenaria arte utuntur? *Thra.* Quid tum? *So.* Non igitur a sua arte cuique utilitas haec, scilicet praemii acceptio, provenit: sed si volumus diligenter inquirere, medicina quidem sanitatem parit, mercenaria quaestum; et architectura aedificium, quaestuaria vero hanc secuta mercedem; et reliquae omnes similiter. suum porro quaeque opus perficit, et confert illi ad quod est inventa. Si autem praemium ipsi nullum detur, num artifex utilitatem ab arte aliquam accipit? *Thra.* Nullam. *So.* An igitur neque etiam prodest tunc, cum gratis operatur? *Thra.* Ego quidem existimo. *So.* Nonne igitur, o Thrasymache, sicut iam manifestum est, nulla ars nullusque magistratus sibi quidem utilitatem parit, sed, quemadmodum in superioribus dicebamus, quod subiecto confert, parat et imperat, inferioris illius commodum semper, non superioris, inspiciens. Ob

κρείττονος. διὰ δὴ ταῦτα ἔγωγε, ὦ φίλε Θρασύμαχε, καὶ ἄρτι ἔλεγον μηδένα ἐθέλειν ἑκόντα ἄρχειν καὶ τὰ ἀλλότρια κακὰ μεταχειρίζεσθαι ἀνορθοῦντα, ἀλλὰ μισθὸν αἰτεῖν, ὅτι ὁ μέλλων καλῶς τῇ τέχνῃ πράξειν οὐ-
347 δέποτε αὐτῷ τὸ βέλτιστον πράττει οὐδ' ἐπιτάττει κατὰ τὴν τέχνην ἐπιτάττων, ἀλλὰ τῷ ἀρχομένῳ· οὗ δὴ ἕνεκα, ὡς ἔοικε, μισθὸν δεῖν ὑπάρχειν τοῖς μέλλουσιν ἐθελήσειν ἄρχειν, ἢ ἀργύριον ἢ τιμήν, ἢ ζημίαν, ἐὰν μὴ ἄρχῃ. Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες; ἔφη ὁ Γλαύκων. τοὺς μὲν γὰρ δύο μισθοὺς γιγνώσκω· τὴν δὲ ζημίαν 1
ἣν τινα λέγεις, καὶ ὡς ἐν μισθοῦ μέρει εἴρηκας, οὐ ξυνῆκά πω. Τὸν τῶν βελτίστων ἄρα μισθόν, ἔφην, οὐ ξυνίης, δι' ὃν ἄρχουσιν οἱ ἐπιεικέστατοι, ὅταν ἐθέλωσιν ἄρχειν. ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι τὸ φιλότιμόν τε καὶ φιλάργυρον εἶναι ὄνειδος λέγεταί τε καὶ ἔστιν; Ἔγωγε, ἔφη. Διὰ ταῦτα τοίνυν, ἣν δ' ἐγώ, οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἐθέλουσιν ἄρχειν οἱ ἀγαθοὶ οὔτε τιμῆς· οὔτε γὰρ φανερῶς πραττόμενοι τῆς ἀρχῆς ἕνεκα μισθὸν μισθωτοὶ βούλονται κεκλῆσθαι, οὔτε λάθρᾳ αὐτοὶ ἐκ τῆς ἀρχῆς λαμβάνοντες κλέπται. οὐδ' αὖ τιμῆς ἕνεκα· οὐ γάρ 2
εἰσι φιλότιμοι. δεῖ δὴ αὐτοῖς ἀνάγκην προσεῖναι καὶ

haec itaque ego nuper, o care Thrasymache, dicebam neminem volentem imperium suscipere, et alienorum malorum ultro emendationem aggredi, sed praemium quaerere: quoniam qui ex arte recte acturus sit, nunquam in suum agit commodum, secundum ipsius artis imperium, sed ad inferioris utilitatem. Quamobrem, ut videtur, praemium ponendum est his, qui libenter gubernaturi sint, seu argentum sive honor, sive poena, nisi imperium capiant. *Glau.* Quomodo istud ais, o Socrates? Equidem duo praemia novi: mulctam vero quam dicas, et quomodo in mercedis parte ponas, non novi. *So.* Ergo optimorum praemium ignoras, cuius gratia imperant optimi viri, quotiens admittunt imperium. an te latet, et ambitiosum esse et avarum probro haberi atque esse? *So.* Novi equidem. *So.* Hac ergo de causa neque pecunia neque honore ducti boni homines imperare volunt. neque enim aperte pecuniam magistratus praemium accipientes mercenarii vocari volunt, neque clanculum, fures. neque rursus honoris causa: non enim ambitiosi sunt. Oportet igitur necessitatem illis imponi et

ζημίαν, εἰ μέλλουσιν ἐθέλειν ἄρχειν. ὅθεν κινδυνεύει τὸ ἐκόντα ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἰέναι, ἀλλὰ μὴ ἀνάγκην περιμένειν αἰσχρὸν νενομίσθαι. τῆς δὲ ζημίας μεγίστη τὸ ὑπὸ πονηροτέρου ἄρχεσθαι, ἐὰν μὴ αὐτὸς ἐθέλῃ ἄρχειν· ἣν δείσαντές μοι φαίνονται ἄρχειν, ὅταν ἄρχωσιν, οἱ ἐπιεικεῖς. καὶ τότε ἔρχονται ἐπὶ τὸ ἄρχειν οὐχ ὡς ἐπ' ἀγαθόν τι ἰόντες οὐδ' ὡς εὐπαθήσοντες ἐν αὐτῷ, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον καὶ οὐκ ἔχοντες ἑαυτῶν βελτίοσιν ἐπιτρέψαι οὐδὲ ὁμοίοις. ἐπεὶ κινδυνεύει, πόλις ἀνδρῶν ἀγαθῶν εἰ γένοιτο, περιμάχητον ἂν εἶναι τὸ μὴ ἄρχειν ὥς περ νυνὶ τὸ ἄρχειν, καὶ ἐνταῦθα ἂν καταφανὲς γενέσθαι ὅτι τῷ ὄντι ἀληθινὸς ἄρχων οὐ πέφυκε τὸ αὑτῷ ξυμφέρον σκοπεῖσθαι ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ, ὥστε πᾶς ἂν ὁ γιγνώσκων τὸ ὠφελεῖσθαι μᾶλλον ἕλοιτο ὑπ' ἄλλου ἢ ἄλλον ὠφελῶν πράγματα ἔχειν. τοῦτο μὲν οὖν ἐγωγε οὐδαμῇ συγχωρῶ Θρασυμάχῳ, ὡς τὸ δίκαιόν ἐστι τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν δὴ καὶ εἰς αὖθις σκεψόμεθα· πολὺ δέ μοι δοκεῖ μεῖζον εἶναι ὃ νῦν λέγει Θρασύμαχος, τὸν τοῦ ἀδίκου βίον φάσκων εἶναι κρείττω ἢ τὸν τοῦ δικαίου. σὺ οὖν ποτέρως, ἦν

mulctam, si impellendi sunt ut velint magistratum accipere. Quamobrem videtur turpe haberi, ut quis sponte ad imperandum accedat neque exspectet necessitatem, maxima vero mulctarum est administrationi malorum subiici, nisi ipse acceperit rei publicae gubernaculum. hanc utique poenam timentes, magistratus capere probi homines mihi videntur, si quando capiunt: et tunc ad eos accedunt non tanquam ad bonum aliquod, neque tanquam ex his voluptatem aliquam capientes, sed tanquam ad rem necessariam, cum neque melioribus neque similibus se committere valeant. Quippe si bonorum virorum exstaret civitas, in ea, ut arbitror, haud aliter non imperandi gratia pugnaretur, quam nunc certetur imperandi cupiditate: ibique pateret, revera legitimum principem non sui ipsius, sed eius qui sub ipso est, commoditatem respicere. Quare unusquisque, qui non amens sit, potius eliget alium sibi prodesse, quam, dum aliis ipse consulit, sese negotiis implicare. Hoc igitur ego Thrasymacho nullo pacto concedo, iustum quidem esse potentioris utilitatem. verum hoc deinceps considerandum, multo autem mihi maius videtur esse, quod nunc Thrasymachus dicit, cum iniusti vitam meliorem vita iusti esse affirmet. Tu itaque, o Glauco, utrum istorum tanquam verius

δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, αἱρεῖ; καὶ πότερον ὡς ἀληθεστέρως δοκεῖ σοι λέγεσθαι; Τὸν τοῦ δικαίου ἔγωγε, ἔφη, λυσιτελέστερον βίον εἶναι. Ἤκουσας, ἦν δ' ἐγώ, ὅσα ἄρτι Θρασύμαχος ἀγαθὰ διῆλθε τῷ τοῦ ἀδίκου; Ἤκουσα, ἔφη, ἀλλ' οὐ πείθομαι. Βούλει οὖν αὐτὸν πείθωμεν, ἂν δυνώμεθά πη ἐξευρεῖν, ὡς οὐκ ἀληθῆ λέγει; Πῶς γὰρ οὐ βούλομαι; ἦ δ' ὅς. Ἂν μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἀντικατατείναντες λέγωμεν αὐτῷ λόγον παρὰ λόγον, ὅσα αὖ ἀγαθὰ ἔχει τὸ δίκαιον εἶναι, καὶ αὖθις οὗτος, καὶ ἄλλον ἡμεῖς, ἀριθμεῖν δεήσει τἀγαθὰ καὶ μετρεῖν 1
ὅσα ἑκάτεροι ἐν ἑκατέρῳ λέγομεν, καὶ ἤδη δικαστῶν τινῶν τῶν διακρινούντων δεησόμεθα· ἂν δὲ ὥς περ ἄρτι ἀνομολογούμενοι πρὸς ἀλλήλους σκοπῶμεν, ἅμα αὐτοί τε δικασταὶ καὶ ῥήτορες ἐσόμεθα. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ὁποτέρως οὖν σοι, ἦν δ' ἐγώ, ἀρέσκει; Οὕτως, ἔφη.

Ἴθι δή, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, ἀπόκριναι ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς. τὴν τελέαν ἀδικίαν τελέας οὔσης δικαιοσύνης λυσιτελεστέραν φῂς εἶναι; Πάνυ μὲν οὖν καὶ φημί, ἔφη, καὶ δι' ἃ, εἴρηκα. Φέρε δή, τὸ τοιόνδε περὶ αὐτῶν πῶς λέγεις; τὸ μέν που ἀρετὴν αὐτοῖν καλεῖς, τὸ δὲ κακίαν; 2
Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν τὴν μὲν δικαιοσύνην ἀρετήν,

eligis? *Glau.* Iusti vitam potiorem existimo. *So.* Audisti, quot paulo ante iniustae vitae bona Thrasymachus numerabat? *Glau.* Audivi equidem: non tamen assentior. *So.* Visne illi monstremus, si quo modo possumus, vera eum minime dicere? *Glau.* Quidni velim? *So.* Si orationem contrariam orationi illius obiicientes, quasi comparatione quadam proposita, enumeremus, quot insuper bona qui iustus sit consequatur, ac ille rursus conferat sua, oportebit ut tertius aliquis enumeret iterum metiaturque bona, quotcunque utrique in utroque collegimus, atque ita iudicibus quibusdam altercationem hanc dirimentibus opus erit. Sin autem, quemadmodum nuper coepimus, alternis concessionibus adductis in medium rem ipsam discutiamus, oratores ipsi nos simul et iudices erimus. *Glau.* Sic est omnino. *So.* Uter tibi modus magis placet? *Glau.* Iste. *So.* Age igitur, o Thrasymache, responde nobis a principio. Affirmas tu quidem extremam iniustitiam extrema iustitia utiliorem esse? *Thra.* Affirmo equidem, et rationem attuli. *So.* Quid ad hoc? nunquid istorum unum virtutem, alterum vitium vocas? *Thra.* Quidni? *So.* Nonne iustitiam

τὴν δὲ ἀδικίαν κακίαν; Εἰκός γ', ἔφη, ὦ ἥδιστε, ἐπειδὴ καὶ λέγω ἀδικίαν μὲν λυσιτελεῖν, δικαιοσύνην δὲ οὔ. Ἀλλὰ τί μήν; Τοὐναντίον, ἦ δ' ὅς. Ἡ τὴν δικαιοσύνην κακίαν; Οὔκ, ἀλλὰ πάνυ γενναίαν εὐήθειαν. Τὴν ἀδικίαν ἄρα κακοήθειαν καλεῖς; Οὔκ, ἀλλ' εὐβουλίαν, ἔφη. Ἦ καὶ φρόνιμοί σοι, ὦ Θρασύμαχε, δοκοῦσιν εἶναι καὶ ἀγαθοὶ οἱ ἄδικοι; Οἵ γε τελέως, ἔφη, οἷοί τε ὦσιν ἀδικεῖν, πόλεις τε καὶ ἔθνη δυνάμενοι ἀνθρώπων ὑφ' ἑαυτοὺς ποιεῖσθαι. σὺ δὲ οἴει με ἴσως τοὺς τὰ βαλλάν-
10 τια ἀποτέμνοντας λέγειν. λυσιτελεῖ μὲν οὖν, ἦ δ' ὅς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐάν περ λανθάνῃ· ἕξι δὲ οὐκ ἄξια λόγου, ἀλλ' ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν. Τοῦτο μέντοι, ἔφην, οὐκ ἀγνοῶ ὅ τι βούλει λέγειν. ἀλλὰ τόδε ἐθαύμασα, εἰ ἐν ἀρετῇς καὶ σοφίας τίθῃς μέρει τὴν ἀδικίαν, τὴν δὲ δικαιοσύνην ἐν τοῖς ἐναντίοις. Ἀλλὰ πάνυ οὕτω τίθημι. Τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, ἤδη χαλεπώτερον, ὦ ἑταῖρε, καὶ οὐκέτι ῥᾴδιον ἔχειν ὅ τί τις εἴπῃ. εἰ γὰρ λυσιτελεῖν μὲν τὴν ἀδικίαν ἐτίθεσο, κακίαν μέντοι ἢ αἰσχρὸν αὐτὸ ὁμολογεῖς εἶναι ὥσπερ ἄλλοι τινές, εἴχομεν ἄν τι λέγειν
20 κατὰ τὰ νομιζόμενα λέγοντες· νῦν δὲ δῆλος εἶ ὅτι φήσεις αὐτὸ καὶ καλὸν καὶ ἰσχυρὸν εἶναι, καὶ τἆλλα αὐτῷ

quidem virtutem, iniustitiam autem vitium? *Thra.* An istud fateri, vir lepide, mihi convenit, qui iniustitiam prodesse dicam, iustitiam minime? *So.* Quid ergo? *Thra.* Contrarium. *So.* An forte iustitiam vitium appellabis? *Thra.* Non, sed valde generosam stultitiam. *So.* Iniustitiam ergo nequitiam vocas? *Thra.* Ne istud quidem: at bonum consilium sagacitatemque. *So.* Num iniusti viri, Thrasymache, prudentes ac boni esse tibi videntur? *Thra.* Quicunque videlicet civitates iniuria afficere possunt et nationes sibi subiicere. tu autem me fortasse loqui putas de his, qui loculos clanculum subripuerint. prosunt et haec quidem, si lateant, sed aestimatione digna non sunt: immo quae paulo ante dicebam, plurimi facienda. *So.* Equidem, quod vis, intelligo. sed admodum miror, si in parte virtutis et sapientiae iniustitiam ponis, in contrariis vero iustitiam. *Thra.* Omnino sic pono. *So.* Durius hoc iam, o amice, neque amplius inventu facile, quod quis dicat. si enim conducere quidem iniustitiam posuisses, vitium tamen vel turpe quoddam esse ipsam confessus esses, quemadmodum alii quidam, aliquid ad haec secundum ea, quae existimantur, dicere possemus. nunc autem perspicuum est dicturum esse te et pulchrum et robustum quiddam iniustitiam esse, opto

πάντα προσθήσεις ἃ ἡμεῖς τῷ δικαίῳ προσετίθεμεν, ἐπειδή γε καὶ ἐν ἀρετῇ αὐτὸ καὶ σοφίᾳ ἐτόλμησας θεῖναι. Ἀληθέστατα, ἔφη, μαντεύει. Ἀλλ' οὐ μέντοι, ἦν δ' ἐγώ, ἀποκνητέον γε τῷ λόγῳ ἐπεξελθεῖν σκοπούμενον, ἕως ἄν σε ὑπολαμβάνω λέγειν ἃ περ διανοεῖ. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖς σύ, ὦ Θρασύμαχε, ἀτεχνῶς νῦν οὐ σκώπτειν, ἀλλὰ τὰ δοκοῦντα περὶ τῆς ἀληθείας λέγειν. Τί δέ σοι, ἔφη, τοῦτο διαφέρει, εἴ τέ μοι δοκεῖ εἴτε μή, ἀλλ' οὐ τὸν λόγον ἐλέγχεις; Οὐδέν, ἦν δ' ἐγώ. ἀλλὰ τόδε μοι πειρῶ ἔτι πρὸς τούτοις ἀποκρίνασθαι· ὁ δί- 1
καιος τοῦ δικαίου δοκεῖ τί σοι ἂν ἐθέλειν πλέον ἔχειν; Οὐδαμῶς, ἔφη· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἀζεῖος, ὥς περ νῦν, καὶ εὐήθης. Τί δέ; τῆς δικαίας πράξεως; Οὐδὲ τῆς δικαίας, ἔφη. Τοῦ δὲ ἀδίκου πότερον ἀξιοίη ἂν πλεονεκτεῖν καὶ ἡγοῖτο δίκαιον εἶναι, ἢ οὐκ ἂν ἡγοῖτο δίκαιον; Ἡγοῖτ' ἄν, ἦ δ' ὅς, καὶ ἀξιοῖ, ἀλλ' οὐκ ἂν δύναιτο. Ἀλλ' οὐ τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, ἐρωτῶ, ἀλλ' εἰ τοῦ μὲν δικαίου μὴ ἀξιοῖ πλέον ἔχειν μηδὲ βούλεται ὁ δίκαιος, τοῦ δὲ ἀδίκου. Ἀλλ' οὕτως, ἔφη, ἔχει. Τί δὲ δὴ ὁ ἄδικος; ἆρα ἀξιοῖ τοῦ δικαίου πλεονεκτεῖν καὶ τῆς δι- 2
καίας πράξεως; Πῶς γὰρ οὔκ, ἔφη, ὅς γε πάντων πλέον

raque illi daturum omnia, quae nos iustitiae tribuimus, quandoquidem et in virtute et in sapientia ponere eam non dubitasti. *Thra.* Verissima profecto vaticinaris. *So.* Non tamen desistendum est inquirere disputando, quoad te putem, quae cogitas, dicere. mihi namque videris, Thrasymache, in praesentia minime cavillari, sed quae tibi vera videntur, afferre. *Thra.* Quid tua refert, sive id videatur mihi, sive non videatur, cum rationem meam non confutes? *So.* Nihil certe. sed hoc praeterea mihi responde: an iustus videatur tibi plus iusto habere velle? *Thra.* Nullo pacto. non enim urbanus esset, ut nunc, et simplex. *So.* Quid autem? plusne iusta actione? *Thra.* Neque iusta etiam actione. *So.* Iniusto autem utrum dignum putaret plus habere, idque iustum existimaret, vel contra? *Thra.* Existimaret utique dignumque putaret, sed non posset. *So.* Atqui ego istuc non interrogo: sed utrum iusto quidem plus habere neque dignum putet neque velit iustus, iniusto autem contra. *Thra.* Sic est profecto. *So.* Quid autem iniustus? an aequum censet plus habere et iusto et actione iusta? *Thra.* Quidni? cum omnibus plus habere se di-

ἔχειν ἀξιοῖ; Οὐκοῦν καὶ ἀδίκου ἀνθρώπου τε καὶ πράξεως ὁ ἄδικος πλεονεκτήσει, καὶ ἁμιλλήσεται ὡς ἁπάντων πλεῖστον αὐτὸς λάβῃ; Ἔστι ταῦτα. Ὧδε δὴ λέγωμεν, ἔφην· ὁ δίκαιος τοῦ μὲν ὁμοίου οὐ πλεονεκτεῖ, τοῦ δὲ ἀνομοίου, ὁ δὲ ἄδικος τοῦ τε ὁμοίου καὶ τοῦ ἀνομοίου; Ἄρτα, ἔφη, εἴρηκας. Ἔστι δέ γε, ἔφην, φρόνιμός τε καὶ ἀγαθὸς ὁ ἄδικος, ὁ δὲ δίκαιος οὐδέτερα; Καὶ τοῦτ', ἔφη, εὖ. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἔοικε τῷ φρονίμῳ καὶ τῷ ἀγαθῷ ὁ ἄδικος, ὁ δὲ δίκαιος οὐκ ἔοικεν; Πῶς γὰρ οὔ μέλλει, ἔφη, ὁ τοιοῦτος ὢν καὶ ἐοικέναι τοῖς τοιούτοις, ὁ δὲ μὴ μὴ ἐοικέναι; Καλῶς. τοιοῦτος ἄρα ἐστὶν ἑκάτερος αὐτῶν οἷς περ ἔοικεν. Ἀλλὰ τί μέλλει; ἔφη. Εἶεν, ὦ Θρασύμαχε· μουσικὸν δέ τινα λέγεις, ἕτερον δὲ ἄμουσον; Ἔγωγε. Πότερον φρόνιμον καὶ πότερον ἄφρονα; Τὸν μὲν μουσικὸν δήπου φρόνιμον, τὸν δὲ ἄμουσον ἄφρονα. Οὐκοῦν καὶ ἃ περ φρόνιμον, ἀγαθόν, ἃ δὲ ἄφρονα, κακόν; Ναί. Τί δὲ ἰατρικόν; οὐχ οὕτως; Οὕτως. Δοκεῖ ἂν οὖν τίς σοι, ὦ ἄριστε, μουσικὸς ἁνὴρ ἁρμοττόμενος λύραν ἐθέλειν μουσικοῦ ἀνδρὸς ἐν τῇ ἐπιτάσει καὶ ἀνέσει τῶν χορδῶν πλεονεκτεῖν ἢ ἀξιοῦν πλέον ἔχειν;

gnum existimet. *So.* Num igitur et iniusto homine iniustaque actione iniustus plus habebit, et certabit, ut in habendo omnes exsuperet? *Thra.* Vera haec sunt. *So.* Sic itaque dicimus: iustum quidem simili non plus habere velle, plus autem dissimili, iniustum vero utroque plus accipere velle. *Thra.* Recte dixisti. *So.* Atqui prudens et bonus iniustus ipse est, iustus autem neutrum. *Thra.* Recte et istud. *So.* Ergo prudenti et bono similis est iniustus, iustus autem minime? *Thra.* Quid obstat, quo minus qui talis, talibus quoque similis sit, qui vero non talis, similis non sit? *So.* Ais belle. Talis igitur est uterque ipsorum, quales hi quibus similis est. *Thra.* Et quid aliud? *So.* Sit ita sane. sed dicas, Thrasymache, utrum musicum aliquem voces, aliquem vero non musicum? *Thra.* Equidem. *So.* Utrum istorum prudentem, utrum imprudentem? *Thra.* Musicum sane prudentem, expertem musicae imprudentem. *So.* Nonne in quibus prudentem, in eisdem et bonum: in quibus imprudentem, et malum? *Thra.* Nempe. *So.* Eodemque pacto de medico dicemus? *Thra.* Eodem. *So.* Videtur tibi, vir optime, cum musicus vir lyram temperat, velle in intensione et remissione chordarum musicum virum exsuperare, vel dignum putare, ut eo plus assequatur? *Thra.* Minime. *So.* Expertem vero musicae

Οὐκ ἔμοιγε. Τί δέ; ἀμούσου; Ἀνάγκη, ἔφη. Τί δὲ
350 ἰατρικός; ἐν τῇ ἑδωδῇ ἢ πόσει ἐθέλειν ἄν τι ἰατρικοῦ πλεονεκτεῖν ἢ ἀνδρὸς ἢ πράγματος; Οὐ δῆτα. Μὴ ἰατρικοῦ δέ; Ναί. Περὶ πάσης δὲ ὅρα ἐπιστήμης τε καὶ ἀνεπιστημοσύνης, εἴ τίς σοι δοκεῖ ἐπιστήμων ὁστιοῦν πλείω ἂν ἐθέλειν αἱρεῖσθαι ἢ ὅσα ἄλλος ἐπιστήμων ἢ πράττειν ἢ λέγειν, καὶ οὐ ταὐτὰ τῷ ὁμοίῳ ἑαυτῷ εἰς τὴν αὐτὴν πρᾶξιν. Ἀλλ' ἴσως, ἔφη, ἀνάγκη τοῦτό γε οὕτως ἔχειν. Τί δέ; ὁ ἀνεπιστήμων οὐχὶ ὁμοίως μὲν ἐπιστήμονος πλεονεκτήσειεν ἄν, ὁμοίως δὲ ἀνεπιστήμονος; Ἴσως. Ὁ δὲ 10
ἐπιστήμων σοφός; Φημί. Ὁ δὲ σοφὸς ἀγαθός; Φημί. Ὁ ἄρα ἀγαθός τε καὶ σοφὸς τοῦ μὲν ὁμοίου οὐκ ἐθελήσει πλεονεκτεῖν, τοῦ δὲ ἀνομοίου τε καὶ ἐναντίου. Ἔοικεν, ἔφη. Ὁ δὲ κακός τε καὶ ἀμαθὴς τοῦ τε ὁμοίου καὶ τοῦ ἐναντίου. Φαίνεται. Οὐκοῦν, ὦ Θρασύμαχε, ἦν δ' ἐγώ, ὁ ἄδικος ἡμῖν τοῦ ἀνομοίου τε καὶ ὁμοίου πλεονεκτεῖ, ἢ οὐχ οὕτως ἔλεγες; Ἔγωγε, ἔφη. Ὁ δέ γε δίκαιος τοῦ μὲν ὁμοίου οὐ πλεονεκτήσει, τοῦ δὲ ἀνομοίου; Ναί. Ἔοικεν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὁ μὲν δίκαιος τῷ σοφῷ καὶ ἀγαθῷ, ὁ δὲ ἄδικος τῷ κακῷ καὶ ἀμαθεῖ. Κινδυνεύει. Ἀλ- 20
λὰ μὴν ὡμολογοῦμεν, ᾧ γε ὅμοιος ἑκάτερος εἴη, τοιοῦτον καὶ ἑκάτερον εἶναι. Ὡμολογοῦμεν γάρ. Ὁ μὲν

superare contendit? *Thra.* Necesse est. *So.* Quid medicus? in quantitate dicesne plus assequi, quam aut medicus alter aut res ipsa cupit? *Thra.* Nequaquam. *So.* Plus autem quam medicinae artis imperitus? *Thra.* Procul dubio. *So.* Universas denique contemplare scientias et inscitias, si quis tibi videtur, qui quidem scientiam habeat, plus sumere velle vel dicendo vel faciendo, quam alter sciens: non autem eadem ad actionem eandem, quae et ille, qui ipsi similis est. *Thra.* Forte sic se res habeat necesse est. *So.* Quid autem indoctus? nonne plus docto sibi assumere vellet, atque etiam indocto? *Thra.* Fortasse. *So.* Sed doctus nonne sapiens? *Thra.* Concedo. *So.* Sapiens autem nonne bonus? *Thra.* Et istuc etiam. *So.* Bonus ergo et sapiens non volet plus sibi, quam sui similis, vendicare: plus tamen, quam dissimilis et contrarius, volet. *Thra.* Videtur. *So.* Malus autem et indoctus tam simili quam dissimili sibi plus arrogabit. *Thra.* Apparet. *So.* Nonne iniustus, Thrasymache, plus usurpare contendit quam vel similis vel dissimilis? an non ita dicebas? *Thra.* Dicebam equidem. *So.* Iustus autem simili quidem non plus volet, sed dissimili. *Thra.* Fateor. *So.* Est itaque similis iustus quidem sa-

ἆρα δίκαιος ἡμῖν ἀναπέφανται ὢν ἀγαθός τε καὶ σοφός, ὁ δὲ ἄδικος ἀμαθής τε καὶ κακός.

Ὁ δὴ Θρασύμαχος ὡμολόγησε μὲν πάντα ταῦτα, οὐχ ὡς ἐγὼ νῦν ῥᾳδίως λέγω, ἀλλ' ἑλκόμενος καὶ μόγις, μετὰ ἱδρῶτος θαυμαστοῦ ὅσου, ἅτε καὶ θέρους ὄντος τότε, καὶ εἶδον ἐγώ, πρότερον δὲ οὔπω, Θρασύμαχον ἐρυθριῶντα· ἐπειδὴ δὲ οὖν διωμολογησάμεθα τὴν δικαιοσύνην ἀρετὴν εἶναι καὶ σοφίαν, τὴν δὲ ἀδικίαν κακίαν τε καὶ ἀμαθίαν, Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτο μὲν ἡμῖν οὕτω κείσθω, ἔφαμεν δὲ δὴ καὶ ἰσχυρὸν εἶναι τὴν ἀδικίαν. ἦ οὐ μέμνησαι, ὦ Θρασύμαχε; Μέμνημαι, ἔφη· ἀλλ' ἔμοιγε οὐδὲ ἃ νῦν λέγεις ἀρέσκει, καὶ ἔχω περὶ αὐτῶν λέγειν. εἰ οὖν λέγοιμι, εὖ οἶδ' ὅτι δημηγορεῖν ἄν με φαίης. ἢ οὖν ἔα με εἰπεῖν ὅσα βούλομαι, ἢ εἰ βούλει ἐρωτᾶν, ἐρώτα· ἐγὼ δέ σοι, ὥς περ ταῖς γραυσὶ ταῖς τοὺς μύθους λεγούσαις, εἶεν ἐρῶ καὶ κατανεύσομαι καὶ ἀνανεύσομαι. Μηδαμῶς, ἦν δ' ἐγώ, παρά γε τὴν σαυτοῦ δόξαν. Ὡς τέ σοι, ἔφη, ἀρέσκειν, ἐπειδή περ οὐκ ἐᾷς λέγειν. καί τοι τί ἄλλο βούλει; Οὐδὲν μὰ Δία, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλ' εἴ περ τοῦτο ποιήσεις, ποίει· ἐγὼ δὲ ἐρωτήσω.

pienti et bono, iniustus autem et malo et inscio. *Thra.* Apparet. *So.* Atqui concessimus talem utrumque esse, qualis sit is cui similis est uterque, *Thra.* Concessimus plane. *So.* Iustus itaque nobis bonus esse sapiensque apparuit: iniustus autem indoctus et malus. Haec omnia concessit Thrasymachus: non tamen ea facilitate, qua ego nunc refero, sed vix atque pertractus plurimo cum sudore: erat quippe tunc aestas. et vidi ego tunc primum, quod nunquam antea viderami, erubescentem Thrasymachum. Cum igitur constitisset institiam et virtutem esse et sapientiam, iniustitiam vero vitium et inscitiam: Maneat, inquam, hoc ita nobis. dicebamus autem validum ac potens quiddam iniustitiam esse. nonne meministi, Thrasymache? *Thra.* Memini equidem. sed mihi quae nunc dicis, non placent, habeoque quid adversus ea dicam: quod si adducerem, certe novi me concionari te esse dicturum. Quare aut sine me dicere, quae velim: aut si tu interrogare vis, interroga. ego autem tibi, veluti aniculis fabellas narran tibus, assentiar et annuam et abnuam. *So.* Nullo pacto praeter sententiam tuam. *Thra.* Ut tibi in omnibus gratificer, postquam non alnis loqui, an quid aliud vis? *So.* Nihil per Iovem, si istud feceris. sed facito: ego autem inter-

ὡτα δή. Τοῦτο τοίνυν ἐρωτῶ ὅ περ ἄρτι, ἵνα καὶ ς διασκεψώμεθα τὸν λόγον, ὁποῖόν τι τυγχάνει ὂν ιαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν. ἐλέχθη γάρ που ὅτι καὶ δυνα- ὑτερον καὶ ἰσχυρότερον εἴη ἀδικία δικαιοσύνης· νῦν δέ ε, ἔφην, εἴ περ σοφία τε καὶ ἀρετή ἐστι δικαιοσύνη, ᾳδίως, οἶμαι, φανήσεται καὶ ἰσχυρότερον ἀδικίας, ἐπειδή πέρ ἐστιν ἀμαθία ἡ ἀδικία. οὐδεὶς ἂν ἔτι τοῦτο ἀγνοήσειεν. ἀλλ' οὔ τι οὕτως ἁπλῶς, ὦ Θρασύμαχε, ἔγωγε ἐπιθυμῶ, ἀλλὰ τῇδέ πῃ σκέψασθαι· πόλιν φαίης ἂν ἄδικον εἶναι καὶ ἄλλας πόλεις ἐπιχειρεῖν δουλοῦσθαι ἀδίκως καὶ καταδεδουλῶσθαι, πολλὰς δὲ καὶ ὑφ' ἑαυτῇ ἔχειν δουλωσαμένην; Πῶς γὰρ οὔκ; ἔφη. καὶ τοῦτό γε ἡ ἀρίστη μάλιστα ποιήσει καὶ τελεώτατα οὖσα ἄδικος. Μανθάνω, ἔφην, ὅτι σὸς οὗτος ἦν ὁ λόγος. ἀλλὰ τόδε περὶ αὐτοῦ σκοπῶ· πότερον ἡ κρείττων γιγνομένη πόλις πόλεως ἄνευ δικαιοσύνης τὴν δύναμιν ταύτην ἕξει, ἣ ἀνάγκη αὐτῇ μετὰ δικαιοσύνης; Εἰ μέν, ἔφη, ὡς σὺ ἄρτι ἔλεγες, ἔστιν ἡ δικαιοσύνη σοφία, μετὰ δικαιοσύνης· εἰ δ' ὡς ἐγὼ ἔλεγον, μετὰ ἀδικίας. Πάνυ ἄγαμαι, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, ὅτι οὐκ ἐπινεύεις μόνον καὶ ἀνα- νεύεις, ἀλλὰ καὶ ἀποκρίνει πάνυ καλῶς. Σοὶ γάρ, ἔφη,

rogabo. *Thra.* Interroga iam. *So.* Hoc interrogo nunc, quod et paulo ante, ut ordine suo in sequenti sermone consideremus, quomodo se iustitia adversus iniustitiam habeat. dictum enim est potentiorem atque robustiorem esse iniustitiam quam iustitia. *Thra.* Nunc autem quid novi affers? *So.* Si quidem sapientia et virtus est iustitia, facile, ut arbitror, apparebit robustius esse quam iniustitia: quandoquidem iniustitia inscitia est. nec ullus hoc ignoraret. verum non ita simpliciter agere cupio, sed hac via considerare. Civitatemne aliquam affirmares iniustam esse, et alias civitates velle iniuste in servitutem redigere servasque sub se multas habere? *Thra.* Cur non? immo vero hoc summopere faciet illa, quae praestantissima erit et quae ad extremam pervenerit iniustitiam. *So.* Intelligo equidem, quod tua haec erat oratio. sed hoc circa ista considero, utrum haec, quae praestantior fit civitas civitate, absque iustitia hanc sit potentiam habitura, vel necesse sit ut habeat cum iustitia. *Thra.* Si quidem, ut tu paulo ante dicebas, iustitia ipsa sapientia est, necesse est cum iustitia: sin autem ut ego, sine iustitia. *So.* Responsionibus tuis, o Thrasymache, valde delector, quoniam non modo annuis et abnuis, sed et prae-

χαρίζομαι. Εὖ γε σὺ ποιῶν. ἀλλὰ δὴ καὶ τόδε μοι χάρισαι, καὶ λέγε· δοκεῖς ἂν ἢ πόλιν ἢ στρατόπεδον ἢ λῃστὰς ἢ κλέπτας ἢ ἄλλο τι ἔθνος, ὅσα κοινῇ ἐπί τι ἔρχεται ἀδίκως, πρᾶξαι ἄν τι δύνασθαι, εἰ ἀδικοῖεν ἀλλήλους; Οὐ δῆτα, ἦ δ' ὅς. Τί δ' εἰ μὴ ἀδικοῖεν; οὐ μᾶλλον; Πάνυ γε. Στάσεις γάρ που, ὦ Θρασύμαχε, ἥ γε ἀδικία καὶ μίση καὶ μάχας ἐν ἀλλήλοις παρέχει, ἡ δὲ δικαιοσύνη ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν. ἦ γάρ; Ἔξω, ἦ δ' ὅς, ἵνα σοι μὴ διαφέρωμαι. Ἀλλ' εὖ γε σὺ ποιῶν, ὦ ἄριξ. τόδε δέ μοι λέγε· ἆρα εἰ τοῦτο ἔργον ἀδικίας, μῖσος ἐμποιεῖν ὅπου ἂν ἐνῇ, οὐ καὶ ἐν ἐλευθέροις τε καὶ δούλοις ἐγγιγνομένη μισεῖν ποιήσει ἀλλήλους καὶ στασιάζειν καὶ ἀδυνάτους εἶναι κοινῇ μετ' ἀλλήλων πράττειν; Πάνυ γε. Τί δέ; ἂν ἐν δυοῖν ἐγγένηται, οὐ διοισονται καὶ μισήσουσι καὶ ἐχθροὶ ἔσονται ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς δικαίοις; Ἔσονται, ἔφη. Ἐὰν δὲ δή, ὦ θαυμάσιε, ἐν ἑνὶ ἐγγένηται ἀδικία, μῶν μὴ ἀπολεῖ τὴν αὑτῆς δύναμιν, ἢ οὐδὲν ἧττον ἕξει; Μηδὲν ἧττον ἐχέτω, ἔφη. Οὐκοῦν τοιάνδε τινὰ φαίνεται ἔχουσα τὴν δύναμιν, οἵαν, ᾧ ἂν ἐγγένηται, εἴτε πόλει τινὶ εἴτε γένει εἴτε στρατοπέδῳ εἴτε ἄλλῳ ὁτῳοῦν, πρῶτον μὲν ἀδύνατον αὐτὸ ποιεῖν πράττειν

clare respondes. *Thra.* Ut tibi gratum faciam. *So.* Facis tu quidem bene. sed in hoc quoque gratificare mihi, et dicito: An censes civitatem aliquam vel exercitum seu latrones sive fures, vel alium quemvis coetum hominum ininste aliquid una aggredientium, perficere posse quicquam, si iniuria invicem se affecerint? *Thra.* Nequaquam. *So.* Quid autem, si ab iniuria abstinuerint? nonne magis? *Thra.* Prorsus. *So.* Seditiones namque, Thrasymache, iniustitia, inimicitias contentionesque parit: iustitia vero concordiam et amicitiam. nonne? *Thra.* Esto: ne a te dissentiamus. *So.* Bene agis, vir optime. sed mihi et hoc dicito. Si hoc iniustitiae opus est ubicunque insit, odium gignere: nonne inter liberos et servos si fuerit, efficiet ut invicem odia atque contentiones exerceant, nulloque pacto possint aliquid ex communi concordia facere? *Thra.* Omnino. *So.* Quid autem? si inter duos haec insit, nonne dissentient inter se, insequenturque odiis, et inimici erunt et sibi et iustis? *Thra.* Erunt sane. *So.* Sin autem in uno insit, o mirifice vir, iniustitia, nonne ipsius potentiam dissipabit? vel nihil minus habebit? *Thra.* Nihil minus habeat. *So.* Nonne talem aliquam vim habere videtur, ut cuicunque insit sive civitati sive genti sive exercitui sive alteri cuilibet, primo quidem impe-

351 μιθ' αὑτοῦ διὰ τὸ ϛασιάζειν καὶ διαφέρεσθαι, ἔτι δ' ἐχ
θρὸν εἶναι ἑαυτῷ τε καὶ τῷ ἐναντίῳ παντὶ καὶ τῷ δι
καίῳ; οὐχ οὕτως; Πάνυ γε. Καὶ ἐν ἑνὶ δή, οἶμαι
ἐνοῦσα ταῦτα πάντα ποιήσει ἃ περ πέφυκεν ἐργάζεσθα
πρῶτον μὲν ἀδύνατον αὐτὸν πράττειν ποιήσει ϛασιάζοντ
καὶ οὐχ ὁμονοοῦντα αὐτὸν ἑαυτῷ, ἔπειτα ἐχθρὸν καὶ ἑαυ
τῷ καὶ τοῖς δικαίοις. ἦ γάρ; Ναί. Δίκαιοι δέ γ' εἰσίν,
ὦ φίλε, καὶ οἱ θεοί; Ἔϛωσαν, ἔφη. Καὶ θεοῖς ἄρα
ἐχθρὸς ἔϛαι ὁ ἄδικος, ὦ Θρασύμαχε, ὁ δὲ δίκαιος φίλος
Εὐωχοῦ τοῦ λόγου, ἔφη, θαῤῥῶν· οὐ γὰρ ἔγωγέ σο
ἐναντιώσομαι, ἵνα μὴ τοῖσδε ἀπέχθωμαι. Ἴθι δή, ἦ
δ' ἐγώ, καὶ τὰ λοιπά μοι τῆς ἑϛάσεως ἀποπλήρωσον
ἀποκρινόμενος ὥς περ καὶ νῦν. ὅτι μὲν γὰρ καὶ σοφώ
τεροι καὶ ἀμείνους καὶ δυνατώτεροι πράττειν οἱ δίκαιο
φαίνονται, οἱ δὲ ἄδικοι οὐδὲν πράττειν μετ' ἀλλήλω
οἷοί τε, ἀλλὰ δὴ καὶ οὓς φαμεν ἐῤῥωμένως πώποτέ τ
μετ' ἀλλήλων κοινῇ πρᾶξαι ἀδίκους ὄντας, τοῦτο οὐ
παντάπασιν ἀληθὲς λέγομεν· οὐ γὰρ ἂν ἀπείχοντο ἀλλή
λων κομιδῇ ὄντες ἄδικοι, ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἐνῆν τις αὐ
τοῖς δικαιοσύνη, ἣ αὐτοὺς ἐποίει μή τοι καὶ ἀλλήλους

tens reddat id, cui inest, aliquid secum agendi, propter dissen-
sionem atque discordiam: deinde inimicum efficiat ipsum et sibi
et contrario cuilibet, atque iusto? nonne ita? *Thra.* Ita. *So.*
Atqui et in uno si fuerit, haec eadem faciet omnia, quae ad na-
turam suam sequuntur. primum quidem impotentem agendi
eum reddet, cum secum ipse dissentiat neque sibimet constet:
deinde et sibi et iustis faciet inimicum. an non? *Thra.* Certe.
So. Iusti autem, o amice, sunt et dei? *Thra.* Sint. *So.* Ergo
deis inimicus erit, Thrasymache, vir iniustus; iustus autem ami-
cus. *Thra.* Explere, Socrates, pro libidine orationis epulo. non
enim tibi adversabor, ne istos mihi infensos reddam. *So.* Age
itaque, reliqua convivii adhibe, quemadmodum paulo ante respon-
dens. Constat profecto sapientiores, meliores potentioresque ad
agendum iustos esse, iniustos autem ne invicem quidem tractare
quicquam posse. verum quod dicimus validissime in commune
simul aliquid conficere illos posse, qui omnino iniusti sunt, haud
omnino verum est. non enim abstinerent invicem ab iniuria, si
prorsus iniusti essent. sed liquet in ipsis esse iustitiam quandam,
quae ipsos ita afficiat, ut se invicem laedere nolint simul atque

γε καὶ ἐφ' οὓς ἥεσαν ἅμα ἀδικεῖν, δι' ἣν ἔπραξαν, ὥρμησαν δὲ ἐπὶ τὰ ἄδικα ἀδικίᾳ ἡμιμόχθηροι ὄντες, ἐπεὶ οἵ γε παμπόνηροι καὶ τελέως ἄδικοι τελέως εἰσὶ καὶ πράττειν ἀδύνατοι· ταῦτα μὲν οὖν ὅτι οὕτως ἔχει μανθάνω, ἀλλ' οὐχ ὡς σὺ τὸ πρῶτον ἐτίθεσο. εἰ δὲ καὶ ἄμεινον ζῶσιν οἱ δίκαιοι τῶν ἀδίκων καὶ εὐδαιμονέστεροί εἰσιν, ὅπερ τὸ ὕστερον προυθέμεθα σκέψασθαι, σκεπτέον. φαίνονται μὲν οὖν καὶ νῦν, ἵης γ' ἐμοὶ δοκεῖ, ἐξ ὧν εἰρήκαμεν· ὅμως δ' ἔτι βέλτιον σκεπτέον. οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἐπιτυχόντος ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὅν τινα τρόπον χρὴ ζῆν. Σκόπει δή, ἔφη. Σκοπῶ, ἦν δ' ἐγώ. καί μοι λέγε· δοκεῖ τί σοι εἶναι ἵππου ἔργον; Ἔμοιγε. Ἆρα οὖν τοῦτο ἂν φείης καὶ ἵππου καὶ ἄλλου ὁτουοῦν ἔργον, ὃ ἂν ἢ μόνῳ ἐκείνῳ ποιῇ τις ἢ ἄριστα; Οὐ μανθάνω, ἔφη. Ἀλλ' ὧδε. ἔσθ' ὅτῳ ἄν ἄλλῳ ἴδοις ἢ ὀφθαλμοῖς; Οὐ δῆτα. Τί δέ; ἀκούσαις ἄλλῳ ἢ ὠσίν; Οὐδαμῶς. Οὐ- 533
τοῦν δικαίως ἂν ταῦτα τούτων φαῖμεν ἔργα εἶναι; Πάνυ γε. Τί δέ; μαχαίρᾳ ἀμπέλου κλῆμα ἀποτέμοις καὶ σμίλῃ καὶ ἄλλοις πολλοῖς; Πῶς γὰρ οὔ; Ἀλλ' οὐδενί γ' ἄν, οἶμαι, οὕτω καλῶς, ὡς δρεπάνῳ τῷ ἐπὶ

alios: per quam agunt, quaecunque agunt. Impulsi autem sunt ad iniuste agendum, iniustitia cum semimali essent. nam qui ad summum nequitiae et iniustitiae pervenerunt, perficere omnino nihil possunt. Haec quidem quod ita se habeant, non autem ut tu supra ponebas, intelligo. Utrum autem et melius vivant iusti quam iniusti, et feliciores sint, quod quidem postea considerare proposueramus, considerandum est. et, ut mihi quidem videtur, hoc ex his, quae diximus, sequitur. sed tamen melius considerandum. non enim de re quadam vili spernendaque, sed quonam modo vivendum sit, habetur oratio. *Thra.* Considera iam. *So.* Ecce considero. dic igitur: opusne equi tibi aliquid esse videtur? *Thra.* Mihi quidem. *So.* Num hoc quidem diceres et equi et alterius cuiuslibet opus, quod vel solo illo vel maxime quis expleret? *Thra* Haud intelligo. *So.* Attende: sic forte intelliges. Aliane re quam oculis vides? *Thra.* Minime. *So.* Quid vero? aliane audires quam auribus? *Thra.* Nequaquam. *So.* Ergo haec horum opera recte diceremus. *Thra.* Recte. *So.* Possesne gladio et scalpello et multis aliis vitis palmites amputare? *Thra.* Quidni? *So.* Verumtamen non ita commode, ut falce ad usum hunc

τοῦτο ἐργασθέντι. Ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν οὐ τοῦτο τούτου ἔργον θήσομεν; Θήσομεν μὲν οὖν. Νῦν δή, οἶμαι, ἄμεινον ἂν μάθοις ὃ ἄρτι ἠρώτων, πυνθανόμενος εἰ οὐ τοῦτο ἑκάστου εἴη ἔργον, ὃ ἂν ἢ μόνον τι ἢ κάλλιστα τῶν ἄλλων ἀπεργάζηται. Ἀλλά, ἔφη, μανθάνω τε καί μοι δοκεῖ τοῦτο ἑκάστου πράγματος ἔργον εἶναι. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. οὐκοῦν καὶ ἀρετὴ δοκεῖ σοι εἶναι ἑκάστῳ ᾧπερ καὶ ἔργον τι προστέτακται; ἴωμεν δὲ ἐπὶ τὰ αὐτὰ πάλιν. ὀφθαλμῶν, φαμέν, ἔστιν ἔργον; Ἔστιν. Ἆρ' οὖν καὶ ἀρετὴ ὀφθαλμῶν ἔστιν; Καὶ ἀρετή. Τί δέ; ὦτων 1
ἦν τι ἔργον; Ναί. Οὐκοῦν καὶ ἀρετή; Καὶ ἀρετή. Τί δὲ πάντων περὶ τῶν ἄλλων; οὐχ οὕτως; Οὕτως. Ἔχε δή. ἆρ' ἄν ποτε ὄμματα τὸ αὑτῶν ἔργον καλῶς ἀπεργάσαιντο μὴ ἔχοντα τὴν αὑτῶν οἰκείαν ἀρετήν, ἀλλ' ἀντὶ τῆς ἀρετῆς κακίαν; Καὶ πῶς ἄν; ἔφη· τυφλότητα γὰρ ἴσως λέγεις ἀντὶτῆς ὄψεως. Ἥτις, ἦν δ' ἐγώ, αὐτῶν ἡ ἀρετή· οὐ γάρ πω τοῦτο ἐρωτῶ, ἀλλ' εἰ τῇ οἰκείᾳ μὲν ἀρετῇ τὸ αὑτῶν ἔργον εὖ ἐργάσεται τὰ ἐργαζόμενα, κακίᾳ δὲ κακῶς. Ἀληθές, ἔφη, τοῦτό γε λέγεις. Οὐκοῦν καὶ ὦτα ξερόμενα τῆς αὑτῶν ἀρετῆς 2
κακῶς τὸ αὑτῶν ἔργον ἀπεργάσεται; Πάνυ γε. Τί-

fabricata. *Thra.* Est, ut dicis. *So.* Ergo nonne hoc istius opus esse dicemus? *Thra.* Dicemus profecto. *So.* Existimo melius te nunc tenere, quae paulo ante dicebam, cum interrogarem, an id cuiusque opus esset, quod vel solo illo vel melius quam ceteris efficitur. *Thra.* Intelligo iam: idque mihi cuiusque opus esse videtur. *So.* Nonne et virtus tibi esse cuique videtur, cui aliquod opus ascribitur? Revertamur igitur ad priora. Oculorum dicimus esse opus aliquod? *Thra.* Certe. *So.* Ergo nonne et virtus oculorum est? *Thra.* Et virtus. *So.* Et aurium opus? *Thra.* Et aurium. *So.* Est ergo et virtus? *Thra.* Est. *So.* Nonne de reliquis omnibus eodem modo dicendum? *Thra.* Eodem. *So.* Nunquid oculi opus suum pulchre aliquando exercerent, virtutem propriam non habentes, sed pro virtute vitium? *Thra.* At quomodo? caecitatem namque fortasse pro visu dicis. *So.* Quaecunque illorum sit virtus, nam ad praesens non id quaero: sed utrum propria virtute recte suum opus exerceant, vitio vero non recte. *Thra.* Vera loqueris. *So.* Nonne et aures, sua privatae virtute, male suum opus exercebant? *Thra.* Male.

Θεμεν οὖν καὶ τἆλλα πάντα εἰς τὸν αὐτὸν λόγον; Ἔμοιγε δοκεῖ. Ἴθι δή, μετὰ ταῦτα τόδε σκέψαι. ψυχῆς ἔστι τι ἔργον ὃ ἄλλῳ τῶν ὄντων οὐδ' ἂν ἑνὶ πράξαις; οἷον τὸ τοιόνδε· τὸ ἐπιμελεῖσθαι καὶ ἄρχειν καὶ βουλεύεσθαι καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, ἔσθ' ὅτῳ ἄλλῳ ἢ ψυχῇ δικαίως ἂν αὐτὰ ἀποδοῖμεν καὶ φαῖμεν ἴδια ἐκείνου εἶναι; Οὐδενὶ ἄλλῳ. Τί δ' αὖ τὸ ζῆν; ψυχῆς φήσομεν ἔργον εἶναι; Μάλιστά γ', ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἀρετήν φαμέν τινα ψυχῆς εἶναι; Φαμέν. Ἆρ' οὖν ποτέ, ὦ Θρασύμαχε, ψυχὴ τὰ αὑτῆς ἔργα εὖ ἀπεργάσεται στερομένη τῆς οἰκείας ἀρετῆς; ἢ ἀδύνατον; Ἀδύνατον. Ἀνάγκη ἄρα κακὴ ψυχὴ κακῶς ἄρχειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι, τὴ δὲ ἀγαθῇ πάντα ταῦτα εὖ πράττειν. Ἀνάγκη. Οὐκοῦν ἀρετήν γε ξυνεχωρήσαμεν ψυχῆς εἶναι δικαιοσύνην, κακίαν δὲ ἀδικίαν; Συνεχωρήσαμεν γάρ. Ἡ μὲν ἄρα δικαία ψυχὴ καὶ ὁ δίκαιος ἀνὴρ εὖ βιώσεται, κακῶς δὲ ὁ ἄδικος. Φαίνεται, ἔφη, κατὰ τὸν σὸν λόγον. Ἀλλὰ μὴν ὅ γε εὖ ζῶν μακάριός τε καὶ εὐδαίμων, ὁ δὲ μὴ τἀναντία. Πῶς γὰρ οὔ; Ὁ μὲν δίκαιος ἄρα εὐδαίμων, ὁ δ' ἄδικος ἄθλιος. Ἔστω, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν ἄθλιόν γε εἶναι οὐ λυσιτελεῖ, εὐδαίμονα 354

So. Idemne sentimus de reliquis omnibus? *Thra.* Idem. *So.* Age et haec praeterea contemplare. Estne animae aliquod opus, quod nulla re alia faceres, veluti curare, imperare, consulere et alia generis eiusdem? nunquid haec alteri rei quam animae iure tribuere possemus, diceremusque ipsius propria esse? *Thra.* Nulli alteri. *So.* Quid autem ipsum vivere? an non animae opus esse dicemus? *Thra.* Maxime. *So.* An non et virtutem quandam animae esse dicimus? *Thra.* Dicimus. *So.* Nunquid anima quandoque, o Thrasymache, propria virtute privata, opera sua bene explebit? vel nullo modo poterit? *Thra.* Non poterit. *So.* Necesse est igitur malam animam male imperare atque curare, bonam vero haec omnia bene facere. *Thra.* Necesse. *So.* Concessimusne virtutem animae iustitiam esse, iniustitiam vitium? *Thra.* Concessimus. *So.* Iusta ergo anima iustusque vir bene vivet, iniustus autem male. *Thra.* Ita secundum rationem tuam apparet. *So.* Qui autem bene vivit, beatus est et felix: qui male, contra. *Thra.* Quidni? *So.* Igitur iustus felix est, iniustus miser. *Thra.* Sint. *So.* At miserum esse non prodest, prodest au-

δέ. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐδέποτ' ἄρα, ὦ μακάριε Θρασύμαχε, λυσιτελέστερον ἀδικία δικαιοσύνης. Ταῦτα δή σοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, εἰσιάσθω ἐν τοῖς Βενδιδείοις. Πολὺ σοῦ γε, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, ἐπειδή μοι πρᾴος ἐγένου καὶ χαλεπαίνων ἐπαύσω. οὐ μέντοι καλῶς γε εἰσίαμαι, δι' ἐμαυτόν, ἀλλ' οὐ διὰ σέ· ἀλλ' ὥς περ οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες, πρὶν τοῦ προτέρου μετρίως ἀπολαῦσαι, καὶ ἐγώ μοι δοκῶ οὕτω, πρὶν ὃ τὸ πρῶτον ἐσκοποῦμεν εὑρεῖν, τὸ δίκαιον ὅ τί ποτ' ἔστιν, ἀφέμενος ἐκείνου ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ σκέψασθαι περὶ αὐτοῦ εἴτε κακία ἐστὶ καὶ ἀμαθία εἴτε σοφία καὶ ἀρετή, καὶ ἐμπεσόντος αὖ ὕστερον λόγου ὅτι λυσιτελέστερον ἡ ἀδικία τῆς δικαιοσύνης, οὐκ ἀτεσχόμην τὸ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀπ' ἐκείνου, ὥς τέ μοι νυνὶ γέγονεν ἐκ τοῦ διαλόγου μηδὲν εἰδέναι· ὁπότε γὰρ τὸ δίκαιον μὴ οἶδα ὅ ἐστι, σχολῇ εἰσομαι εἴτε ἀρετή τις οὖσα τυγχάνει εἴτε καὶ οὔ, καὶ πότερον ὁ ἔχων αὐτὸ οὐκ εὐδαίμων ἐστὶν ἢ εὐδαίμων.

tem esse felicem. *Thra.* Procul dubio. *So.* Nunquam igitur, o beate Thrasymache, conducibilius erit iniustitia quam iustitia. *Thra.* His epulis crassatus fueris in Dionysiis, o Socrates. *So.* Apud te quidem comedi, Thrasymache, postquam mitior mihi effectus es difficilisque esse cessasti. Non tamen abunde vesci contigit: atque id mea quidem causa potius quam tua. nam quemadmodum epularum avidiores homines incontinentesque rapiunt semper quodcunque in convivio superfertur, gustantque illud, antequam prioribus dapibus satis vescantur: ita et ipse, ut mihi videor, priusquam invenirem, quod principio fuit propositum, quid ipsum videlicet iustum sit, eo praetermisso ad considerandum me contuli, utrum pravitas sit et inscitia, sive sapientia virtusque. Ac postremo incidente oratione illa, quae asserebat conducibiliorem iniustitiam esse quam iustitiam, non me continui, quin ab illo ad hoc descenderem. Quapropter mihi in praesentia ex hac disputatione contingit, ut nihil norim. quando enim iustum quid sit ignoro, nullo pacto sciam, virtusne sit an contra, atque utrum qui id possidet, beatus sit vel non beatus.

B.

Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν ᾠμην λόγου ἀπηλλάχθαι· 357
τὸ δ' ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, προοίμιον. ὁ γὰρ Γλαύκων ἀεί τε ἀνδρειότατος ὢν τυγχάνει πρὸς ἅπαντα, καὶ δὴ καὶ τότε τοῦ Θρασυμάχου τὴν ἀπόῤῥησιν οὐκ ἀπεδέξατο, ἀλλ' ἔφη Ὦ Σώκρατες, πότερον ἡμᾶς βούλει δοκεῖν πεπεικέναι, ἢ ὡς ἀληθῶς πεῖσαι ὅτι παντὶ τρόπῳ ἄμεινόν ἐξι δίκαιον εἶναι ἢ ἄδικον; Ὡς ἀληθῶς, εἶπον, ἐγωγ' ἂν ἑλοίμην, εἰ ἐπ' ἐμοὶ εἴη. Οὐ τοίνυν, ἔφη, ποιεῖς ὃ βούλει. λέγε γάρ μοι· ἆρά σοι δοκεῖ τοιόνδε τι εἶναι ἀγαθόν, ὃ δεξαίμεθ' ἂν ἔχειν οὐ τῶν ἀποβαινόντων ἐφιέμενοι, ἀλλ' αὐτὸ αὑτοῦ ἕνεκα ἀσπαζόμενοι, οἷον τὸ χαίρειν καὶ αἱ ἡδοναὶ ὅσαι ἀβλαβεῖς, κἂν μη-

Haec cum dixissem, a disputatione liberatum me esse putabam: verum hoc prooemium fuit, Glauco enim et semper alias vir certe ad omnia fortissimus, et tunc quidem Thrasymachi tanquam defatigati concessionem non suscepit; sed dixit: O Socrates, utrum, nobis persuasisse videri cupis, an revera persuadere, quod omnino praestet iustum esse quam iniustum? *So.* Ego quidem, si in mea optione esset, revera persuadere mallem. *Glau.* Minime facis, quod vis. dic porro, videturne tibi huiusmodi aliquid esse bonum, quod quidem eligeremus, haud certe quae ex eo sequantur cupientes, sed ipsum gratia ipsius amantes? quemadmodum gaudere et voluptates, quaecunque sine nocumento sunt, et quae in

δὲν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον διὰ ταύτας γίγνηται ἄλλο ἢ χαίρειν ἐχοντα; Ἔμοιγε, ἦν δ' ἐγώ, δοκεῖ τι εἶναι τοιοῦτον. Τί δέ; ὃ αὐτό τε αὐτοῦ χάριν ἀγαπῶμεν καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ γιγνομένων, οἷον αὖ τὸ φρονεῖν καὶ τὸ ὁρᾷν καὶ τὸ ὑγιαίνειν; τὰ γὰρ τοιαῦτά που δι' ἀμφότερα ἀσπαζόμεθα. Ναί, εἶπον. Τρίτον δὲ ὁρᾷς τι, ἔφη, εἶδος ἀγαθοῦ, ἐν ᾧ τὸ γυμνάζεσθαι καὶ τὸ κάμνοντα ἰατρεύεσθαι καὶ ἰάτρευσίς τε καὶ ὁ ἄλλος χρηματισμός; ταῦτα γὰρ ἐπίπονα φαῖμεν ἄν, ὠφελεῖν δὲ ἡμᾶς, καὶ αὐτὰ μὲν ἑαυτῶν ἕνεκα οὐκ ἂν δεξαίμεθα 1
ἔχειν, τῶν δὲ μισθῶν τε χάριν καὶ τῶν ἄλλων ὅσα γίγνεται ἀπ' αὐτῶν. Ἔστι γὰρ οὖν, ἔφην, καὶ τοῦτο τρίτον. ἀλλὰ τί δή; Ἐν ποίῳ, ἔφη, τούτων τὴν δικαιοσύνην τίθης; Ἐγὼ μὲν οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, ἐν τῷ καλλίστῳ, ὃ
358 καὶ δι' αὑτὸ καὶ διὰ τὰ γιγνόμενα ἀπ' αὐτοῦ ἀγαπητέον τῷ μέλλοντι μακαρίῳ ἔσεσθαι. Οὐ τοίνυν δοκεῖ, ἔφη, τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ τοῦ ἐπιπόνου εἴδους, ὃ μισθῶν ἕνεκα καὶ εὐδοκιμήσεων διὰ δόξαν ἐπιτηδευτέον, αὐτὸ δὲ δι' αὑτὸ φευκτέον ὡς ὂν χαλεπόν. Οἶδα, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι δοκεῖ οὕτω, καὶ πάλαι ὑπὸ Θρασυμάχου ὡς 2
τοιοῦτον ὂν ψέγεται, ἀδικία δ' ἐπαινεῖται· ἀλλ' ἐγώ τις, ὡς ἔοικε, δυσμαθής. Ἴθι δή, ἔφη, ἄκουσον καὶ ἐμοῦ,

posterum nihil praeter gaudium allaturae sint eas habenti. *So.* Mihi sane videtur esse aliquid tale. *Glau.* Quid autem? estne aliquid, quod et ipsum gratia ipsius et eorum, quae ab eo fluunt, amemus? quemadmodum sapere, videre, valere. haec enim huiusmodi propter utrumque eligimus. *So.* Certe. *Glau.* Tertium autem aliquid vides genus boni, in quo est exerceri, male valentem curari, medicationemque et pecuniariam exercere? haec utique laboriosa fatemur esse, prodesse autem nobis: et ipsa quidem sui gratia nunquam expeteremus, sed quaestus et aliorum, quae ab eis proficiscuntur, gratia. *So.* Est hoc plane genus tertium. Quid tum? *Glau.* In quonam istorum iustitiam ponis? *So.* Mea quidem sententia in pulcherrimo, quod tam propter se ipsum quam propter ea quae efficit, ab eo qui beatus sit futurus, expetitur. *Glau.* Haud ita multis videtur, sed laboriosi generis esse, quod quidem propter praemia et honores et gloriam sit expetendum, propter se ipsum autem tanquam difficile, fugiendum. *So.* Novi equidem istuc multis videri, quocirca iampridem a Thrasymacho, quasi tale quiddam sit, vituperatur: iniustitia vero laudatur. sed ego hebes sum, ut videor. *Glau.* Age itaque et me audi, si tibi

ἐάν σοι ταὐτὰ δοκῇ. Θρασύμαχος γάρ μοι φαίνεται πρωϊαίτερον τοῦ δέοντος ὑπὸ σοῦ ὥς περ ὄφις κηληθῆναι, ἐμοὶ δ' οὔπω κατὰ νοῦν ἡ ἀπόδειξις γέγονε περὶ ἑκατέρου· ἐπιθυμιῶ γὰρ ἀκοῦσαι τί ἔ ἔστιν ἑκάτερον καὶ τίνα ἔχει δύναμιν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐνὸν ἐν τῇ ψυχῇ, τοὺς δὲ μισθούς καὶ τὰ γιγνόμενα ἀπ' αὐτῶν ἐάσαι χαίρειν. οὕτωσὶ οὖν ποιήσω, ἐὰν καὶ σοὶ δοκῇ· ἐπανανεώσομαι τὸν Θρασυμάχου λόγον, καὶ πρῶτον μὲν ἐρῶ δικαιοσύνην οἷον εἶναί φασι καὶ ὅθεν γεγονέναι, δεύτερον δὲ ὅτι πάντες αὐτὸ οἱ ἐπιτηδεύοντες ἄκοντες ἐπιτηδεύουσιν ὡς ἀναγκαῖον ἀλλ' οὐχ ὡς ἀγαθόν, τρίτον δὲ ὅτι εἰκότως αὐτὸ δρῶσι· πολὺ γὰρ ἀμείνων ἄρα ὁ τοῦ ἀδίκου ἢ ὁ τοῦ δικαίου βίος, ὡς λέγουσιν, ἐπεὶ ἔμοιγε, ὦ Σώκρατες, οὔ τι δοκεῖ οὕτως. ἀπορῶ μέντοι διατεθρυλημένος τὰ ὦτα, ἀκούων Θρασυμάχου καὶ μυρίων ἄλλων. τὸν δὲ ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης λόγον, ὡς ἄμεινον ἀδικίας, οὐδενός πω ἀκήκοα ὡς βούλομαι· βούλομαι δὲ αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐγκωμιαζόμενον ἀκοῦσαι. μάλιστα δ' οἶμαι ἂν σοῦ πυθέσθαι. διὸ καταείνας ἐρῶ τὸν ἄδικον βίον ἐπαινῶν, εἰπὼν δὲ ἐνδείξομαί σοι ὃν τρόπον αὖ βούλομαι καὶ σοῦ ἀκούειν ἀδικίαν μὲν ψέγον-

quoque haec videantur. Thrasymachus nempe prius quam oporteret, tanquam serpens carminibus delinitus abs te fuisse videtur. mihi autem nondum ex sententia demonstratio utriusque evenit. cupio enim audire, quid sit utrumque et qualem vim habeat ipsum secundum se ipsum exsistens in animo: praemia vero et quae ex ipsis provenitunt, mittere. Sic igitur faciam, si et tibi placet. renovabo equidem Thrasymachi orationem, et primum dicam, quale quid iustitiam esse dicant et unde exortam fuisse velint. secundo loco omnes, quicunque iustitiam colunt, invitos quodammodo eam sequi, tanquam rem necessariam, sed non bonam. tertio merito id agere. multo ergo melior iniusti vita quam iusti, ut tradunt. Mihi quidem, o Socrates, non ita videtur. ambigo tamen plerumque, quia obtundor quotidie Thrasymachum aliosque innumeros audiens. orationem vero pro ipsa iustitia, quod melior quam iniustitia sit, ex nullo adhuc audivi, ut vellem. cuperem quippe iustitiam ipsam secundum se ipsam audire laudatam. maxime vero ex te hoc me arbitror auditurum. Quapropter dicam latius, iniustam vitam laudans: dicendoque ostendam tibi, quonam maxime modo audire te vel m vituperantem quidem iniusti-

τος, δικαιοσύνην δὲ ἐπαινοῦντος. ἀλλ' ὅρα εἴ σοι βουλομένῳ ἃ λέγω. Πάντων μάλιστα, ἦν δ' ἐγώ· περὶ γὰρ τίνος ἂν μᾶλλον πολλάκις τις νοῦν ἔχων χαίροι λέγων καὶ ἀκούων; Καλλιστα, ἔφη, λέγεις· καὶ ὃ πρῶτον ἔφην ἐρεῖν, περὶ τούτου ἄκουε, τί οἴονται καὶ ὅθεν γεγονέναι δικαιοσύνην.

Πεφυκέναι γὰρ δή φασι τὸ μὲν ἀδικεῖν ἀγαθόν, τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι κακόν, πλέονι δὲ κακῷ ὑπερβάλλειν τὸ ἀδικεῖσθαι ἢ ἀγαθῷ τὸ ἀδικεῖν, ὥστ' ἐπειδὰν ἀλλήλους ἀδικῶσί τε καὶ ἀδικῶνται καὶ ἀμ- 1
φοτέρων γεύωνται, τοῖς μὴ δυναμένοις τὸ μὲν ἐκφεύγειν, τὸ δὲ αἱρεῖν δοκεῖ λυσιτελεῖν ξυνθέσθαι ἀλλήλοις
359 μήτ' ἀδικεῖν μήτ' ἀδικεῖσθαι. καὶ ἐντεῦθεν δὴ ἄρξασθαι νόμους τίθεσθαι καὶ ξυνθήκας αὐτῶν, καὶ ὀνομάσαι τὸ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐπίταγμα νόμιμόν τε καὶ δίκαιον. καὶ εἶναι δὴ ταύτην γένεσίν τε καὶ οὐσίαν δικαιοσύνης, μεταξὺ οὖσαν τοῦ μὲν ἀρίστου ὄντος, ἐὰν ἀδικῶν μὴ διδῷ δίκην, τοῦ δὲ κακίστου, ἐὰν ἀδικούμενος τιμωρεῖσθαι ἀδύνατος ᾖ. τὸ δὲ δίκαιον ἐν μέσῳ ὂν τούτων ἀμφοτέρων ἀγαπᾶσθαι οὐχ ὡς ἀγαθὸν ἀλλ' ὡς ἀρρωσίᾳ 2
τοῦ ἀδικεῖν τιμώμενον, ἐπεὶ τὸν δυνάμενον αὐτὸ ποι-

tiam, institiam vero laudantem. sed vide, an hoc tibi placeat. *So.* Maxime omnium. de qua enim re quis sanae mentis libentius et audiat et dicat? *Glau.* Praeclare loqueris. Enimvero quod primum de hoc dicere pollicitus sum, iam audi, quale sit et unde sit orta iustitia. Natura quidem dicunt iniuriam facere bonum esse, iniuria autem affici malum: sed longe plus mali esse in patiendo iniuriam quam boni in inferendo. quamobrem postquam vicissim iniuriam et intulerint et acceperint, et utrumque gustaverint, qui nequeunt vitare illud, id consequi, operae pretium fore ducunt, ut ita invicem componant, ut neque inferri neque accipi possit iniuria. hincque volunt originem habuisse leges constitutionesque, et nominata esse praecepta legum legitima atque iusta. Hanc itaque iustitiae originem et substantiam esse volunt, quae media quodammodo sit optimum inter et pessimum, quando quidem optimum est inferre iniuriam nec dare poenas, pessimum vero pati nec ulcisci posse. Iustum ergo horum in medio constitutum amari non tanquam bonum, sed ex imbecillitate iniuriandi, tanquam iniuriarum inferendarum obstaculum.

εἶν καὶ ὡς ἀληθῶς ἄνδρα οὐδ' ἂν ἑνί ποτε ξυνθέσθαι τὸ μήτε ἀδικεῖν μήτε ἀδικεῖσθαι· μαίνεσθαι γὰρ ἄν. ἡ μὲν οὖν δὴ φύσις δικαιοσύνης, ὦ Σώκρατες, αὕτη τε καὶ τοιαύτη, καὶ ἐξ ὧν πέφυκε, τοιαῦτα, ὡς ὁ λόγος.

Ὡς δὲ καὶ οἱ ἐπιτηδεύοντες ἀδυναμίᾳ τοῦ ἀδικεῖν ἄκοντες αὐτὸ ἐπιτηδεύουσι, μάλιστ' ἂν αἰσθοίμεθα, εἰ τοιώνδε ποιήσαιμεν τῇ διανοίᾳ· δόντες ἐξουσίαν ἑκατέρῳ ποιεῖν ὅ τι ἂν βούληται, τῷ τε δικαίῳ καὶ τῷ ἀδίκῳ, εἶτ' ἐπακολουθήσαιμεν θεώμενοι ποῖ ἡ ἐπιθυμία ἑκάτερον ἄξει. ἐπ' αὐτοφώρῳ οὖν λάβοιμεν ἂν τὸν δίκαιον τῷ ἀδίκῳ εἰς ταὐτὸν ἰόντα διὰ τὴν πλεονεξίαν, ὃ πᾶσα φύσις διώκειν πέφυκεν ὡς ἀγαθόν, νόμῳ δὲ καὶ βίᾳ παράγεται ἐπὶ τὴν τοῦ ἴσου τιμήν. εἴη δ' ἂν ἡ ἐξουσία ἣν λέγω τοιάδε μάλιστα, εἰ αὐτοῖς γένοιτο οἵαν ποτέ φασι δύναμιν τῷ Γύγου τοῦ Λυδοῦ προγόνῳ γενέσθαι. εἶναι μὲν γὰρ αὐτὸν ποιμένα θητεύοντα παρὰ τῷ τότε Λυδίας ἄρχοντι, ὄμβρου δὲ πολλοῦ γενομένου καὶ σεισμοῦ ῥαγῆναί τι τῆς γῆς καὶ γενέσθαι χάσμα κατὰ τὸν τόπον ᾗ ἔνεμεν. ἰδόντα δὲ καὶ θαυμάσαντα καταβῆναι, καὶ ἰδεῖν ἄλλα τε δὴ ἃ μυθολογοῦσι θαυμαστὰ καὶ ἵππον

sum sane, qui hoc efficere possit vereque sit vir, cum alio pacisci nunquam decernereque, ne ultro citroque iniuria inferatur: alioquin insaniret. Haec est, o Socrates, natura iustitiae atque huiusmodi, et ex talibus, ut ferunt, progenita. Quod autem qui iustitiam servant inviti id agant, cum ex imbecillitate iniuriam inferre nequeant, plane perspiceremus, si tale quiddam animo fingeremus: si utrique licentiam largiremur, quodcunque liberet, agendi, et iusto pariter et iniusto; deinde pone sequeremur, explorantes quo rapiat utrumque libido. inveniremus profecto iustum plus habendi aviditate compulsum ad eadem se, atque iniustum, conferre. hoc siquidem natura omnis, ut bonum, expetit: lege autem ac vi ad aequalitatem servandam ducitur. Erit autem licentia ista, quam dico, talis, istis si detur, qualem aliquando ferunt fuisse Gygi Lydi progenitori. fuisse enim ipsum ferunt mercenarium pastorem eius, qui tunc Lydis imperabat. magna autem imbrium tempestate exorta motaque terra ferunt terram hiatum fecisse in ea regione, ubi ille armenta pascebat. quae cum vidisset, mirabundus in hiatum descendit, conspexitque et alia, quae fabu-

χαλκοῦν κοῖλον, θυρίδας ἔχοντα καθ' ἃς ἐγκύψαντα ἰδεῖν ἐνόντα νεκρόν, ὡς φαίνεσθαι, μείζω ἢ κατ' ἄνθρωπον. τοῦτον δὲ ἄλλο μὲν ἔχειν οὐδέν, περὶ δὲ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον, ὃν περιελόμενον ἐκβῆναι. συλλόγου δὲ γενομένου τοῖς ποιμέσιν εἰωθότος, ἵν' ἐξαγγέλλοιεν κατὰ μῆνα τῷ βασιλεῖ τὰ περὶ τὰ ποίμνια, ἀφικέσθαι καὶ ἐκεῖνον ἔχοντα τὸν δακτύλιον. καθήμενον οὖν μετὰ τῶν ἄλλων τυχεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιαγόντα πρὸς ἑαυτὸν εἰς τὸ ἔσω τῆς χειρός· τούτου δὲ γενομένου ἀφανῆ αὐτὸν γενέσθαι τοῖς παρακαθημένοις, καὶ διαλέ- a
360 γεσθαι ὡς περὶ οἰχομένου. καὶ τὸν θαυμάζειν τε καὶ πάλιν ἐπιψηλαφῶντα τὸν δακτύλιον στρέψαι ἔξω τὴν σφενδόνην, καὶ στρέψαντα φανερὸν γενέσθαι. καὶ τοῦτο ἐννοήσαντα ἀποπειρᾶσθαι τοῦ δακτυλίου εἰ ταύτην ἔχοι τὴν δύναμιν, καὶ αὐτῷ ἀεὶ οὕτω ξυμβαίνειν, στρέφοντι μὲν εἴσω τὴν σφενδόνην ἀδήλῳ γίγνεσθαι, ἔξω δὲ δήλῳ. αἰσθόμενον δὲ εὐθὺς διαπράξασθαι τῶν ἀγγέλων γενέσθαι τῶν παρὰ τὸν βασιλέα. ἐλθόντα δὲ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχεύσαντα, μετ' ἐκείνης ἐπιθέμενον τῷ βασιλεῖ, ἀποκτεῖναι καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν. εἰ οὖν b
δύο τοιούτω δακτυλίω γενοίσθην, καὶ τὸν μὲν ὁ δίκαιος περιθεῖτο, τὸν δὲ ὁ ἄδικος, οὐδεὶς ἂν γένοιτο, ὡς

lantur, miranda, et equum aeneum concavum: et per fenestram cadaver in alvo equi animadvertit, maius quidem humana forma. hoc nihil habebat aliud praeter aureum digito annulum: quo sublato abiit. ac paulo post ad pastoralem pervenit conventum, in quo legatus de rebus peculii ad regem per singulos menses referendis creandus erat: iuxtaque alios assedit. acciditque, ut cum forte gemmam introrsum ad manum verteret anuli quem a cadavere arripuerat, subito a nullo conspiceretur aliique de illo tanquam absente loquerentur. admiratus ergo gemmam rursus extrorsum convertit, quo facto rursus apparuit. hoc ille animadvertens, diligentius periculum fecit, utrum hanc anulus vim haberet: atque ita illi compertum fuit, quod versa ad se gemma a nemine videretur, versa autem ad alios conspicuus fieret. quod quidem expertus, curavit ut legatus ad regem una cum aliis mitteretur: profectusque uxorem eius stupravit et de rege interficiendo cum ea consilium iniit; quo caeso regnum assumpsit. Si igitur duo tales anuli essent, alterumque iustus, iniustus alterum passideret ac ferret: nullus profecto esset, ut videtur, adeo

δόξειεν, οὕτως ἀδαμάντινος, ὃς ἂν μείνειεν ἐν τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τολμήσειεν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων καὶ μὴ ἅπτεσθαι, ἐξὸν αὐτῷ καὶ ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀδεῶς ὅ τι βούλοιτο λαμβάνειν, καὶ εἰσιόντι εἰς τὰς οἰκίας συγγίγνεσθαι ὅτῳ βούλοιτο καὶ ἀποκτιννύναι καὶ ἐκ δεσμῶν λύειν οὕς τινας βούλοιτο, καὶ τἆλλα πράττειν, ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἰσόθεον ὄντα. οὕτω δὲ δρῶν οὐδὲν ἂν διάφορον τοῦ ἑτέρου ποιοῖ, ἀλλ' ἐπὶ ταὐτὸν ἴοιεν ἀμφότεροι. καί τοι μέγα τοῦτο τεκμήριον ἂν φαίη τις ὅτι οὐδεὶς ἑκὼν δίκαιος ἀλλ' ἀναγκαζόμενος ὡς οὐκ ἀγαθοῦ ἰδίᾳ ὄντος, ἐπεὶ ὅπου γ' ἂν οἴηται ἕκαστος ἀδικεῖν, ἀδικεῖ. λυσιτελεῖν γὰρ δὴ οἴεται πᾶς ἀνὴρ πολὺ μᾶλλον ἰδίᾳ τὴν ἀδικίαν τῆς δικαιοσύνης, ἀληθῆ οἰόμενος, ὡς φησιν ὁ περὶ τοῦ τοιούτου λόγου λέγων, ἐπεὶ εἴ τις τοιαύτης ἐξουσίας ἐπιλαβόμενος μηδέν ποτε ἐθέλοι ἀδικῆσαι μηδὲ ἅψαιτο τῶν ἀλλοτρίων, ἀθλιώτατος μὲν ἂν δόξειεν εἶναι τοῖς αἰσθανομένοις καὶ ἀνοητότατος, ἐπαινοῖεν δ' ἂν αὐτὸν ἀλλήλων ἐναντίον ἐξαπατῶντες ἀλλήλους διὰ τὸν τοῦ ἀδικεῖσθαι φόβον. ταῦτα μὲν οὖν δὴ οὕτως.

Τὴν δὲ κρίσιν αὐτὴν τοῦ βίου περὶ ὧν λέγομεν,

adamantinus, ut in ipsa iustitia permaneret et ab alienis abstinere vellet, cum liceret illi ex foro intrepide, quodcunque vellet, arripere, ingredique alienas domos, et clanculum pro libidine cuique congredi, et pro arbitrio quemlibet interficere, et ex carcere solvere, et alia, quasi par deo sit, inter homines pro arbitrio facere. haec igitur cum uterque faceret, nequaquam alter ab altero in agendo differret, sed ambo eodem tenderent. Quae quidem maxima apud omnes esse potest coniectura, neminem volentem, immo invitum esse iustum; quasi id secundum se et privatim non sit bonum; quoniam ubicunque iniuste agere quisque se posse confidit, agit protinus. prodesse enim quisque privatim multo magis existimat iniustitiam quam iustitiam: recteque sentit, quisquis ita iudicat, ut sermonis huius perhibent auctores. Quod si quis huiusmodi facultatem nactus velit ab iniustitia abstinere neque aliena tangat, infelicissimus omnium et stolidissimus apud eos, qui hoc adverterent, putaretur: laudarent tamen illum palam, vicissim se decipientes, quia maxime timent, ne afficiantur iniuria. Atque haec quidem ita sint dicta. Vitam vero utriusque, iusti videlicet

ἐὰν διαιρῶμεθα τόν τε δικαιότατον καὶ τὸν ἀδικώτατον, οἵοί τ' ἐσόμεθα κρῖναι ὀρθῶς· εἰ δὲ μή, οὔ. τίς οὖν δὴ ἡ διάκρισις; ἥδε· μηδὲν ἀφαιρῶμεν μήτε τοῦ ἀδίκου ἀπὸ τῆς ἀδικίας μήτε τοῦ δικαίου ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης, ἀλλὰ τέλεον ἑκάτερον εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἐπιτήδευμα τιθῶμεν. πρῶτον μὲν οὖν ὁ ἄδικος ὡς πρὸς αἱ δεινοὶ δημιουργοὶ ποιείτω. οἷον κυβερνήτης ἄκρος ἢ ἰατρὸς τά τε ἀδύνατα ἐν τῇ τέχνῃ καὶ τὰ δυνατὰ διαισθάνηται, καὶ τοῖς μὲν ἐπιχειρεῖ, τὰ δὲ ἐᾷ· ἔτι δὲ ἐὰν ἄρα
561 πῃ σφαλῇ, ἱκανὸς ἐπανορθοῦσθαι. οὕτω καὶ ὁ ἄδικος 10
ἐπιχειρῶν ὀρθῶς τοῖς ἀδικήμασι λανθανέτω, εἰ μέλλει φρόδρα ἄδικος εἶναι. τὸν ἁλισκόμενον δὲ φαῦλον ἡγητέον· ἰσχάτη γὰρ ἀδικία δοκεῖν δίκαιον εἶναι μὴ ὄντα. δοτέον οὖν τῷ τελέως ἀδίκῳ τὴν τελεωτάτην ἀδικίαν, καὶ οὐκ ἀφαιρετέον, ἀλλ' ἐατέον, τὰ μέγιστα ἀδικοῦντα τὴν μεγίστην δόξαν αὑτῷ παρεσκευακέναι εἰς δικαιοσύνην, καὶ ἐὰν ἄρα σφάλληταί τι, ἐπανορθοῦσθαι δυνατῷ εἶναι, λέγειν τε ἱκανῷ ὄντι πρὸς τὸ πείθειν, ἐάν τι μηνύηται τῶν ἀδικημάτων, καὶ βιάσασθαι ὅσα ἂν βίας δέηται, διά τε ἀνδρίαν καὶ ῥώμην καὶ διὰ παρασκευὴν φίλων 20
καὶ οὐσίας. τοῦτον δὲ τοιοῦτον θέντες τὸν δίκαιον παρ' αὐ-

et iniusti, ita plane diiudicabimus, si iustissimum virum seorsum et iniustissimum distinguemus: aliter vero nequaquam. Sit autem haec discretio talis, ut nihil auferamus iniustitiae ab iniusto, neque quicquam ab iusto iustitiae: sed perfectum utrumque in suo studio ponamus. primum igitur iniustus, tanquam optimi artifices, faciat: videlicet quemadmodum gubernator summus vel medicus, quae in arte sua confici possunt et quae non possunt, sentit, et illa quidem aggreditur, ista relinquit: et si qua praeterea in re peccaverit, corrigere potest: ita et iniustus, recte iniurias aggrediens, lateat, si maxime iniustus futurus est; sin autem deprehensus fuerit, iners existimandus est. extrema enim iniustitia est, iustum videri eum, qui non sit iustus. danda est igitur iniustissimo extrema iniustitia, neque auferenda: sed permittendum ut is, qui iniuste multa patravit, apud omnes iusti habeat opinionem: et si qua in re peccarit, corrigere possit; sitque ad persuadendem idoneus, si quid de ipso mali facinoris nuntiatur, et ad vim, si opus fuerit, inferendam fortitudine et robore opumque et amicorum copia. Cum hunc talem finxerimus, iuxta ipsum virum ponamus iustum, simplicem hominem et inge-

τὸν ἰσῶμεν τῷ λόγῳ, ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον, κατ' Αἰσχύλον οὐ δοκεῖν ἀλλ' εἶναι ἀγαθὸν ἐθέλοντα. ἀφαιρετέον δὴ τὸ δοκεῖν. εἰ γὰρ δόξει δίκαιος εἶναι, ἔσονται αὐτῷ τιμαὶ καὶ δωρεαὶ δοκοῦντι τοιούτῳ εἶναι· ἄδηλον οὖν εἴτε τοῦ δικαίου εἴτε τῶν δωρεῶν τε καὶ τιμῶν ἕνεκα τοιοῦτος εἴη. γυμνωτέος δὴ πάντων πλὴν δικαιοσύνης, καὶ ποιητέος ἐναντίως διακείμενος τῷ προτέρῳ· μηδὲν γὰρ ἀδικῶν δόξαν ἐχέτω τὴν μεγίστην ἀδικίας, ἵν' ἧ βεβασανισμένος εἰς δικαιοσύνην τῷ μὴ τέγ-
10 γεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας καὶ τῶν ὑπ' αὐτῆς γιγνομένων. ἀλλ' ἤτω ἀμετάστατος μέχρι θανάτου, δοκῶν μὲν εἶναι ἄδικος διὰ βίου, ὢν δὲ δίκαιος, ἵν' ἀμφότεροι εἰς τὸ ἔσχατον ἐληλυθότες, ὁ μὲν δικαιοσύνης, ὁ δὲ ἀδικίας, κρίνωνται ὁπότερος αὐτοῖν εὐδαιμονέστερος. Βαβαί, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Γλαύκων, ὡς ἐρρωμένως ἑκάτερον, ὥς περ ἀνδριάντα, εἰς τὴν κρίσιν ἐκκαθαίρεις τοῖν ἀνδροῖν. Ὡς μάλιστ', ἔφη, δύναμαι. ὄντοιν δὲ τοιούτοιν οὐδὲν ἔτι, ὡς ἐγῷμαι, χαλεπὸν ἐπεξελθεῖν τῷ λόγῳ οἷος ἑκάτερον βίος ἐπιμένει. λεκτέον οὖν. καὶ δὴ κἂν ἀγροι-
20 κότερως λέγηται, μὴ ἐμὲ οἷου λέγειν, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ τοὺς ἐπαινοῦντας πρὸ δικαιοσύνης ἀδικίαν. ἐροῦσι δὲ

nunm, qui secundum Aeschylum non videri sed esse bonus studeat. removenda quippe ab eo iustitiae omnis opinio, ne iustus cuiquam videatur. si enim videbitur iustus esse, aderunt sibi honores et praemia. incertum igitur erit, iustine an honorum munerumque gratia talis sit. privandus itaque rebus omnibus praeterquam iustitia, atque ita ponendus, ut superiori contrarius sit: cum nihil agat iniuste, iniustissimus esse credatur; ut quasi quodam examine ad iustitiam sit probatus, ex eo quod nec infamia nec his rebus, quae eam sequuntur, a proposito suo dimoveatur, sed usque ad mortem immobilis perseveret, dum per omnem vitam iniustus existimatur, est tamen iustus: ut cum utrique ad extremum pervenerint, hic quidem iustitiae, ille autem iniustitiae, iudicetur, uter eorum sit beatior. *So.* Papae, quam vehementer, o amice Glauco, utrumque virum, quasi statuam quandam, in iudicium manifestum inducis. *Glau.* Quam maxime possum. Cum ergo talis uterque sit, nihil iam, ut arbitror, difficile narratu est, qualis utrumque vita expectet. dicendum igitur. quod si asperius aliquid dicatur, ne existima me, Socrates, haec dicere, sed eos, qui

τάδε, ὅτι οὕτω διακείμενος ὁ δίκαιος μαστιγώσεται, στρεβλώσεται, δεδήσεται, ἐκκαυθήσεται τῶφθαλμώ, τε-
362 λευτῶν πάντα κακὰ παθὼν ἀνασχινδυλευθήσεται καὶ γνώσεται ὅτι οὐκ εἶναι δίκαιον ἀλλὰ δοκεῖν δεῖ ἐθέλειν. τὸ δὲ τοῦ Αἰσχύλου πολὺ ἦν ἄρα ὀρθότερον λέγειν κατὰ τοῦ ἀδίκου. τῷ ὄντι γὰρ φήσουσι τὸν ἄδικον, ἅτε ἐπιτηδεύοντα πρᾶγμα ἀληθείας ἐχόμενον καὶ οὐ πρὸς δόξαν ζῶντα, οὐ δοκεῖν ἄδικον ἀλλ' εἶναι ἐθέλειν,

βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενον,
ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα, 10

πρῶτον μὲν ἄρχειν ἐν τῇ πόλει δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι, ἔπειτα γαμεῖν ὁπόθεν ἂν βούληται, ἐκδιδόναι εἰς οὕς ἂν βούληται, ξυμβάλλειν, κοινωνεῖν οἷς ἂν ἐθέλῃ, καὶ παρὰ ταῦτα πάντα ὠφελεῖσθαι κερδαίνοντα τῷ μὴ δυσχεραίνειν τὸ ἀδικεῖν. εἰς ἀγῶνας τοίνυν ἰόντα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ περιγίγνεσθαι καὶ πλεονεκτεῖν τῶν ἐχθρῶν, πλεονεκτοῦντα δὲ πλουτεῖν καὶ τοὺς τε φίλους εὖ ποιεῖν καὶ τοὺς ἐχθροὺς βλάπτειν, καὶ θεοῖς θυσίας καὶ ἀναθήματα ἱκανῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς θύειν τε καὶ ἀνατιθέναι, καὶ θεραπεύειν τοῦ δικαίου πολὺ ἄμεινον τοὺς 20
θεοὺς καὶ τῶν ἀνθρώπων οὕς ἂν βούληται, ὥστε καὶ

prae iustitia iniustitiam laudant. Dicent enim, quod ita affectus iustus caedetur, torquebitur et vincula patietur: eruentur illi oculi, atque demum omnia mala perpessus suspendetur, atque cognoscet non esse sed videri iustum concupiscendum esse. Aeschyli autem carmen rectius intelligi poterat de iniusto. dicent profecto iniustum, utpote veritati consona sectantem neque ad opinionem hominum viventem, appetere quidem non videri sed esse iniustum, *profundum sane sulcum et frugiferum mentem habentem, ex quo gloriosa germinent consilia.* primum quidem magistratus capere in sua civitate, cum iustus appareat: deinde, quam velit, uxorem ducere, et suas, cui velit, locare: cum quibuslibet congredi communicareque: atque ad haec omnia utilitatem capere, quaestum facientem, cum inferre iniuriam minime vereatur: in certaminibus tum publicis oblivisci, tum privatis superiorem evadere, plusque emolumenti quam adversarios inde excerpere: atque hinc effici divitem; unde et prosit amicis et inimicis obsit, deos autem donariis et sacrificiis magnifice colat, et multo melius quam iustus conciliare sibi possit quemlibet vel

θεοφιλέστερον αὐτὸν εἶναι μᾶλλον προσήκειν ἐκ τῶν εἰκότων ἢ τὸν δίκαιον. οὕτω φασίν, ὦ Σώκρατες, παρὰ θεῶν καὶ παρ' ἀνθρώπων τῷ ἀδίκῳ παρεσκευάσθαι τὸν βίον ἄμεινον ἢ τῷ δικαίῳ.

Ταῦτ' εἰπόντος τοῦ Γλαύκωνος ἐγὼ μὲν ἐν νῷ εἶχόν τι λέγειν πρὸς ταῦτα, ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀδείμαντος, Οὔ τί που οἴει, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἱκανῶς εἰρῆσθαι περὶ τοῦ λόγου; Ἀλλὰ τί μήν; εἶπον. Αὐτό, ἢ δ' ὅς, οὐκ εἴρηται ὃ μάλιστα ἔδει ῥηθῆναι. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ λεγόμενον, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη, ὥστε καὶ σύ, εἴ τι ὅδε ἐλλείπει, ἐπάμυνε. καί τοι ἐμέ γε ἱκανὰ καὶ τὰ ὑπὸ τούτου ῥηθέντα καταπαλαῖσαι καὶ ἀδύνατον ποιῆσαι βοηθεῖν δικαιοσύνῃ. Καὶ ὅς, Οὐδέν, ἔφη, λέγεις, ἀλλ' ἔτι καὶ τάδε ἄκουε· δεῖ γὰρ διελθεῖν ἡμᾶς καὶ τοὺς ἐναντίους λόγους ὧν ὅδε εἶπεν, οἳ δικαιοσύνην μὲν ἐπαινοῦσιν, ἀδικίαν δὲ ψέγουσιν, ἵν' ᾖ σαφέστερον ὃ μοι δοκεῖ βούλεσθαι Γλαύκων. λέγουσι δέ που καὶ παρακελεύονται πατέρες τε υἱέσι καὶ πάντες οἳ τινων ηὐδόμενοι, ὡς χρὴ δίκαιον εἶναι, οὐκ αὐτὸ δικαιοσύνην ἐπαινοῦντες ἀλλὰ τὰς ἀπ' αὐτῆς εὐδοκιμήσεις, ἵνα δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι γίγνηται ἀπὸ τῆς δόξης ἀρχαί τε καὶ γάμοι καὶ ὅσα περ Γλαύκων διῆλθεν ἄρτι ἀπὸ 365

hominum vel Deorum. ex quo consentaneum esse volunt, ut Deo carior sit quam iustus. Hac ratione aiunt, o Socrates, et apud Deos et apud homines melius iniusto vitam institutam esse quam iusto. Haec cum dixisset Glauco, egoque ad haec respondere aliquid cogitarem, frater eius Adimantus, Nondum, inquit, o Socrates, satis de hac re dictum. *So.* Curnam? *Adi.* Id utique dictum non est, quod maxime dici oportuit. *So.* Frater adesto viro, ut habet proverbium. quare tu, si quid hic reliquit, adiuva: quanquam me, quae dicta sunt ab isto, convincere possunt, atque efficere ut defendere iustitiam nequeam. *Adi.* Nihil dicis. audi et haec praeterea. decet enim et contrarias rationes inducere earum, quas hic attulit, quibus laudatur quidem iustitia, iniustitia contra vituperatur: ut manifestius fiat, quod mihi Glauco velle videtur. Praecipiunt sane patres filiis, atque omnes, qui curam aliquorum habent, oportere iustum esse, non propter se ipsam iustitiam laudantes, sed propter eos, qui inde sequuntur, honores: ut qui iustus habetur, ex ea opinione magistratus et connubia, et quaecum-

τοῦ εὐδοκιμεῖν ὄντα τῷ δικαίῳ. ἐπὶ πλέον δὲ οὗτοι τὰ τῶν δοξῶν λέγουσι· τὰς γὰρ παρὰ θεῶν εὐδοκιμήσεις ἐμβάλλοντες ἄφθονα ἔχουσι λέγειν ἀγαθὰ τοῖς ὁσίοις ἃ φασι θεοὺς διδόναι, ὥς περ ὁ γενναῖος Ἡσίοδός τε καὶ Ὅμηρός φασιν, ὁ μὲν τὰς δρῦς τοῖς δικαίοις τοὺς θεοὺς ποιεῖν

ἄκρας μέν τε φέρειν βαλάνους, μέσσας δὲ μελίσσας·
εἰροπόκοι δ' ὄϊες, φησί, μαλλοῖς καταβεβρίθασι,

καὶ ἄλλα δὴ πολλὰ ἀγαθὰ τούτων ἐχόμενα. παραπλήσια δὲ καὶ ὁ ἕτερος· ὥς τέ τευ γάρ φησιν

ἢ βασιλῆος ἀμύμονος ὅστε θεουδὴς
εὐδικίας ἀνέχῃσι, φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
πυροὺς καὶ κριθάς, βρίθῃσι δὲ δένδρεα καρπῷ,
τίκτῃ δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχῃ ἰχθῦς.

Μουσαῖος δὲ τούτων νεανικώτερα τἀγαθὰ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ παρὰ θεῶν διδόασι τοῖς δικαίοις· εἰς Ἅιδου γὰρ ἀγαγόντες τῷ λόγῳ καὶ κατακλίναντες, καὶ συμπόσιον τῶν ὁσίων κατασκευάσαντες, ἐξεφανωμένους ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας, ἡγησάμενοι κάλλιον ἀρετῆς μισθὸν μέθην αἰώνιον. οἱ δ' ἔτι τούτων μακροτέρους ἀποτείνουσι μισθοὺς παρὰ θεῶν· παῖδας γὰρ

que de eo, qui iustus existimatur, paulo ante dicebat Glauco, assequatur. enimvero gloriae illi praemium quoddam in primis inducunt. nam inferentes Deorum approbationes, summa referre possunt a Diis beneficia, sanctis viris collata. quod generosus Hesiodus Homerusque testantur. ille enim iustis Deos facere perhibet, ut *quercus in ramis altioribus glandes ferant, in mediis apes, et oves lana onerentur*, multaque alia generis eiusdem bona. His similia dicit et alter. *Quemadmodum enim*, inquit, *probo regi, quique Dei similis sit, bonum conferat nomen: ferat terra nigra triticum atque hordeum, pomis graventur arbores, fecundae pecudes facile pariant, mare pisces subministret.* Musaeus item atque eius filius excellentiora etiam bona iustis ab ipsis Diis tribui voluerunt. apud inferos enim agentes, ipsosque in sanctorum conviviis collocantes, coronatos faciunt magna semper in voluptate ebrios vivere, existimantes pulcherrimum virtutis praemium aeternam ebrietatem. Qui autem longiora his praemia a Diis dari vo-

παίδων φασὶ καὶ γένος κατόπισθε λείπεσθαι τοῦ ὁσίου καὶ εὐόρκου. ταῦτα δὴ καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐγκωμιάζουσι δικαιοσύνην. τοὺς δὲ ἀνοσίους αὖ καὶ ἀδίκους εἰς πηλόν τινα κατορύττουσιν ἐν Ἅιδου καὶ ποσκίνῳ ὕδωρ ἀναγκάζουσι φέρειν· ἔτι τε ζῶντας εἰς κακὰς δόξας ἄγοντες, ἃ περ Γλαύκων περὶ τῶν δικαίων, δοξαζομένων δὲ ἀδίκων διῆλθε τιμωρήματα, ταῦτα περὶ τῶν ἀδίκων λέγουσιν, ἄλλα δὲ οὐκ ἔχουσιν. ὁ μὲν οὖν ἔπαινος καὶ ὁ ψόγος οὗτος ἑκατέρων.

Πρὸς δὲ τούτοις σκέψαι, ὦ Σώκρατες, ἄλλο αὖ εἶδος λόγων περὶ δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας ἰδίᾳ τε λεγόμενον καὶ ὑπὸ ποιητῶν. πάντες γὰρ ἐξ ἑνὸς στόματος 3 ὑμνοῦσιν ὡς καλὸν μὲν ἡ σωφροσύνη τε καὶ δικαιοσύνη, χαλεπὸν μέντοι καὶ ἐπίπονον· ἀκολασία δὲ καὶ ἀδικία ἡδὺ μὲν καὶ εὐπετὲς κτήσασθαι, δόξῃ δὲ μόνον καὶ νόμῳ αἰσχρά. λυσιτελέστερα δὲ τῶν δικαίων τὰ ἄδικα ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος λέγουσι, καὶ πονηροὺς πλουσίους καὶ ἄλλας δυνάμεις ἔχοντας εὐδαιμονίζειν καὶ τιμᾶν εὐχερῶς ἐθέλουσι δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ, τοὺς δὲ ἀτιμάζειν τε καὶ ὑπερορᾶν οἵ ἄν πῃ ἀσθενεῖς τε καὶ πένητες ὦσιν, ὁμολογοῦντες αὐτοὺς ἀμείνους εἶναι τῶν ἑτέρων. τούτων δὲ πάντων οἱ περὶ θεῶν τε λόγοι καὶ

lunt, filios dicunt posterosque iusti fidelisque viri genus suum per secula propagare. His et huiusmodi iustitiam laudant: profanos vero atque iniustos coeno quodam apud inferos obruunt, et aquam cribro ferre cogunt. viventes etiam infamia notant. ac demum quaecunque supplicia eorum narrabat Glauco, qui iusti sunt et videntur iniusti, eadem insuper iniustorum enarrant, alia vero non habent. Laus igitur et vituperatio sic utrorumque se habent. Praeter haec considera, Socrates, aliam quandam de iustitia iniustitiaquae orationis speciem, et privatim et a poëtis inductam. omnes enim uno ore canunt bonum quid temperantiam et iustitiam esse, difficile autem et laboriosum: intemperantiam vero et iniustitiam iucundum quidem et facile comparatu, opinione tantum legeque turpe. Utiliora quin etiam iustis iniusta ut plurimum vulgo dicunt. et malos quidem divites potentesque facile honorant, privatimque ac publice beatos appellant: eos autem contemnunt, qui imbecilles et pauperes sunt, quamvis concedant ipsos meliores ceteris esse. Horum vero omnium maxime mirandi de Diis et vir-

ἀρετῆς θαυμασιώτατοι λέγονται, ὡς ἄρα καὶ θεοὶ πολλοῖς μὲν ἀγαθοῖς δυστυχίας τε καὶ βίον κακὸν ἔνειμαν, τοῖς δὲ ἐναντίοις ἐναντίαν μοῖραν. ἀγύρται δὲ καὶ μάντεις ἐπὶ πλουσίων θύρας ἰόντες πείθουσιν ὡς ἔξι παρὰ σφίσι δύναμις ἐκ θεῶν ποριζομένη θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς, εἴ τέ τι ἀδίκημά του γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι μεθ' ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν, ἐάν τέ τιν' ἐχθρὸν πημῆναι ἐθέλῃ, μετὰ σμικρῶν δαπανῶν ὁμοίως δίκαιον ἀδίκῳ βλάψειν, ἐπαγωγαῖς τισὶ καὶ καταδέσμοις τοὺς θεούς, ὥς φασι, πείθοντές σφισιν ὑπηρετεῖν. τούτοις δὲ πᾶσι τοῖς λόγοις μάρτυρας ποιητὰς ἐπάγονται, οἱ μὲν κακίας πέρι εὐπετείας διδόντες,

ὡς τὴν μὲν κακότητα καὶ ἱλαδὸν ἔξιν ἑλέσθαι
ῥηϊδίως· λείη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει·
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν

καί τινα ὁδὸν μακράν τε καὶ ἀνάντη. οἱ δὲ τῆς τῶν θεῶν ὑπ' ἀνθρώπων παραγωγῆς τὸν Ὅμηρον μαρτύρονται, ὅτι καὶ ἐκεῖνος εἶπε

λιταὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί,
καὶ τοὺς μὲν θυσίαισι καὶ εὐχωλαῖς ἀγανῇσιν

tute sermones circumferuntur: Deos plurimis bonis hominibus infelicem vitam dedisse, malis autem contra. vates insuper et arioli ad ianuas divitum accedentes, persuadent vim habere a Diis sacrificiis et carminibus acceptam purgandi per celebritates et oblectamenta quaedam, si quod scelus ab his aut eorum maioribus patratum fuerit: et nocendi parvo etiam sumptu, cuicunque velint inimicorum, et iusto pariter et iniusto. asserunt quippe, tum blandimentis quibusdam, tum vinculis se Deos inducere, ut sibi in his omnibus obsequantur. Ad haec omnia poëtarum afferunt testimonia, partim quod facile labamur in vitium;

mortales vitium penitus labuntur in omne
praecipites, quoniam facilis via ducit ad ipsum,
hoc quia vel nobis iam tum nascentibus haeret,
virtutem ante ipsam Di proposuere laborem,
difficilesque vias cunctis adeuntibus illam:

partim quod Deus precibus nostris muneribusque flectatur, Homerum adducunt testem, qui inquit, *Exorabiles convertibilesque et Dei sunt, et hos quidem sacrificiis, votis, libationibus et homines, cum peccaverint, precantes vertunt.*

sunt faciles superi, precibus flectuntur, et idem
sacrorum nidore pio placantur ab ipsis

λοιβῇ τε κνίσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι
λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.

βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, ὥς φασι, καθ' ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ 31
κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς· μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ πε-
10 ριμένει.

Ταῦτα πάντα, ἔφη, ὦ φίλε Σώκρατες, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα λεγόμενα ἀρετῆς πέρι καὶ κακίας, ὡς ἔνθρωποι καὶ θεοὶ περὶ αὐτὰ ἔχουσι τιμῆς, τί οἰόμεθα ἀκουούσας νέων ψυχὰς ποιεῖν, ὅσοι εὐφυεῖς καὶ ἱκανοὶ ἐπὶ πάντα τὰ λεγόμενα ὥς περ ἐπιπτόμενοι συλλογίσασθαι ἐξ αὐτῶν ποῖός τις ἂν ὢν καὶ πῇ πορευθεὶς τὸν βίον ὡς ἄριστα διέλθοι; λέγοι γὰρ ἂν ἐκ τῶν εἰκότων πρὸς αὐτὸν κατὰ Πίνδαρον ἐκεῖνο τὸ πότερον δίκᾳ τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβὰς καὶ ἐμαυτὸν οὕτω
20 περιφράξας διαβιῶ; τὰ μὲν γὰρ λεγόμενα δικαίῳ μὲν ὄντι μοι, ἐὰν καὶ μὴ δοκῶ, ὄφελος οὐδὲν φασιν εἶναι,

nimirum votis hominum, quae, si quis in illos errarit, veniam rogitans concepit in aris.

Libros autem circumferunt Musaei et Orphei, Lunae et Musarum filiorum: secundum quos sacra celebrant, persuadentes non privatis solum, verum etiam civitatibus, solutiones et purgationes scelerum per sacrificia cum ludorum oblectamentis fieri, et viventibus et defunctis: quas quidem Teletas, id est expiationes vocant, quae nos ab illis, quae illic mala sunt, liberent. sacrificiis autem praetermissis gravia nos manent. Haec omnia, o Socrates, talia ac tanta de virtutis vitiique praemiis, quoad deos et homines pertinet, dicimus. Quid putamus acturos haec audientes animos eorum iuvenum, qui solertes ingenio sunt, et ad omnia dicta commode celeriterque conversi ex se ipsis deliberare possunt, qualis aliquis existens et quorsum tendens quam optime vitam agat? Consentaneum est, iuvenem talem Pindari illud animo volvere: Utrum iustitiae conscendam alta moenia, an obliquas doli vias ingrediar, meque ita fulciens vitam agam? Ea enim, quae dicta sunt, mihi quidem, si iustus sim, non tamen appaream, nihil

πόνους δὲ καὶ ζημίας φανερὰς· ἀδίκῳ δὲ δόξαν δικαιοσύνης παρεσκευασμένῳ θεσπέσιος βίος λέγεται. οὐκοῦν ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν, ὡς δηλοῦσί μοι οἱ σοφοί, καὶ τὰν ἀλάθειαν βιᾶται καὶ κύριον εὐδαιμονίας, ἐπὶ τοῦτο δὴ τρεπτέον ὅλως· πρόθυρα μὲν καὶ σχῆμα κύκλῳ περὶ ἐμαυτὸν σκιαγραφίαν ἀρετῆς περιγραπτέον, τὴν δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξόπισθεν ποικιλὰν καὶ ποικίλην. ἀλλὰ γάρ, φήσει τις, οὐ ῥᾴδιον ἀεὶ λανθάνειν κακὸν ὄντα. οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν εὐπετές, φήσομεν, τῶν μεγάλων· ἀλλ' ὅμως, εἰ μέλλομεν εὐδαιμονήσειν, ταύτῃ ἰτέον, ὡς τὰ ἴχνη τῶν λόγων φέρει. ἐπὶ γὰρ τὸ λανθάνειν ξυνωμοσίας τε καὶ ἑταιρείας συνάξομεν, εἰσί τε παθοῦς διδάσκαλοι σοφίαν δημηγορικήν τε καὶ δικανικὴν διδόντες, ἐξ ὧν τὰ μὲν πείσομεν, τὰ δὲ βιασόμεθα, ὡς πλεονεκτοῦντες δίκην μὴ διδόναι. ἀλλὰ δὴ θεοὺς οὔτε λανθάνειν οὔτε βιάσασθαι δυνατόν. οὐκοῦν εἰ μὲν μὴ εἰσὶν ἢ μηδὲν αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπίνων μέλει, οὐδ' ἡμῖν μελητέον τοῦ λανθάνειν· εἰ δὲ εἰσί τε καὶ ἐπιμελοῦνται, οὐκ ἄλλοθέν τοι αὐτοὺς ἴσμεν ἢ ἀκηκόαμεν ἢ ἔκ τε τῶν λόγων καὶ τῶν γενεαλογησάντων ποιητῶν. οἱ δὲ αὐτοὶ

prodesse dicunt, labores autem et poenas certas esse. iniusto vero, opinionem iustitiae assecuto, vita divina adesse dicitur. Nonne igitur, postquam existimatio haec iustitiae, ut sapientes tradunt, veritatem cogit ac violat, et ad beatitudinem est praecipua: ad eam omnino tendendum est? Induere itaque imaginem oportet iustitiae, et quandam prae se ferre virtutis adumbrationem, a tergo vero illam sapientis Archilochi vulpem astutam ac variam trahere. At dixerit forte quispiam haud facile esse, ut malus quis semper lateat. Nos vero respondebimus nihil magnum esse facile. verumtamen si beati esse volumus, hac eundum est, qua rationum vestigia ducunt. etenim ut nostra improbitas occulta permaneat, coniurationes societatesque inibimus. adsunt quin etiam persuasionis magistri, qui sapientiam concionatoriam et iudicialem tradunt: ex quibus partim persuadebimus, partim cogemus, ut dum nobis plura arrogamus, poenas minime persolvamus. Sed deos quidem neque latere neque cogere possibile est. Verum si non sunt vel humana non curant, haud nobis curandum est, ut eos lateamus. sin autem sunt et curant humana, nos non aliunde id novimus vel audimus quam ex multorum sermonibus et ex poetis genealogiam ipsorum scribentibus. iidem vero ipsi

οὗτοι λέγουσιν ὡς εἰσὶν οἷοι θυσίαις τε καὶ εὐχωλαῖς ἀγανῇσι καὶ ἀναθήμασι παράγεσθαι ἀναπειθόμενοι. οἷς ἢ ἀμφότερα ἢ οὐδέτερα πειστέον. εἰ δ' οὖν πειστέον, ἀδικητέον καὶ θυτέον ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων. δίκαιοι μὲν γὰρ ὄντες ἀζήμιοι μόνον ὑπὸ θεῶν ἐσόμεθα, τὰ 366
δ' ἐξ ἀδικίας κέρδη ἀπωσόμεθα· ἄδικοι δὲ κερδανοῦμέν τε καὶ λισσόμενοι ὑπερβαίνοντες καὶ ἁμαρτάνοντες, πείθοντες αὐτοὺς ἀζήμιοι ἀπαλλάξομεν. ἀλλὰ γὰρ ἐν Ἅιδου δίκην δώσομεν ὧν ἂν ἐνθάδε ἀδικήσωμεν,
ἢ αὐτοὶ ἢ παῖδες παίδων. ἀλλ' ὦ φίλε, φήσει λογιζόμενος, αἱ τελεταὶ αὖ μέγα δύνανται καὶ οἱ λύσιοι θεοί, ὡς αἱ μέγισαι πόλεις λέγουσι καὶ οἱ θεῶν παῖδες ποιηταὶ καὶ προφῆται τῶν θεῶν γενόμενοι, οἳ ταῦθ' οὕτως ἔχειν μηνύουσι. κατὰ τίνα οὖν ἔτι λόγον δικαιοσύνην ἂν πρὸ μεγίστης ἀδικίας αἱρούμεθ' ἄν; ἣν ἐὰν μετ' εὐσχημοσύνης μιβδήλου κτησώμεθα, καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις πράξομεν κατὰ νοῦν ζῶντές τε καὶ τελευτήσαντες, ὡς ὁ τῶν πολλῶν τε καὶ ἄκρων λεγόμενος λόγος.
ἐκ δὴ πάντων τῶν εἰρημένων τίς μηχανή, ὦ Σώκρατες, δικαιοσύνην τιμᾶν ἐθέλειν ᾧ τις δύναμις ὑπάρχει ψυχῆς ἢ χρημάτων ἢ σώματος ἢ γένους, ἀλλὰ μὴ γελᾶν ἐπαι-

perhibent posse Deos precibus, sacris et muneribus flecti. quibus vel utrumque credendum est vel neutrum. si ita credendum, et iniuste agendum, atque ex ipsa rapina Diis sacrificandum. iusti enim si simus, illaesi a Diis erimus: sed quaestus, qui per iniustitiam comparantur, respuemus. iniusti autem divitias parabimus, sceleribusque patratis illos precibus flectentes a poena liberabimur. Sed enim apud inferos poenas dabimus eorum, quae hic iniuste commiserimus, vel nos vel nati natorum. At, o amice, dicere quadam ratione licebit: suprèmae pro peccatis commissis expiationes multum possunt, exorabilesque Dii sunt, ut maximae civitates dicunt, et Deorum filii, poëtae prophetaeque Deorum, haec ita se habere testantur. Ergo quae ratio ulterius nos inducet, ut prae summa iniustitia iustitiam eligamus: quandoquidem, si iniustitiam sub adulterina specie honestatis occultaverimus, et apud Deos et apud homines omnia nobis ad votum succedent, et viventibus et defunctis, quemadmodum multorum excellentiumque virorum testatur oratio? Ex omnibus iam dictis, o Socrates, quis crediderit eum hominem iustitiam servaturum, cui sit aliqua vis aut fortunae aut opum aut corporis aut generis?

νουμένης ἀκούοντα; ὡς δή τοι εἴ τις ἔχει ψευδῆ μὲν ἀποφῆναι ἃ εἰρήκαμεν, ἱκανῶς δ' ἐγνωκεν ὅτι ἄριστον δικαιοσύνη, πολλήν που συγγνώμην ἔχει καὶ οὐκ ὀργίζεται τοῖς ἀδίκοις, ἀλλ' οἶδεν ὅτι πλὴν εἴ τις θεία φύσει δυσχεραίνων τὸ ἀδικεῖν ἢ ἐπιστήμην λαβὼν ἀπέχεται αὐτοῦ, τῶν γε ἄλλων οὐδεὶς ἑκὼν δίκαιος, ἀλλ' ὑπὸ ἀνανδρίας ἢ γήρως ἤ τινος ἄλλης ἀσθενείας ψέγει τὸ ἀδικεῖν, ἀδυνατῶν αὐτὸ δρᾷν. ὡς δέ, δῆλον· ὁ γὰρ πρῶτος τῶν τοιούτων εἰς δύναμιν ἐλθὼν πρῶτος ἀδικεῖ, καθ' ὅσον ἂν οἷός τ' ᾖ.

Καὶ τούτων ἁπάντων οὐδὲν ἄλλο αἴτιον ἢ ἐκεῖνο, ὅθεν περ ἅπας ὁ λόγος οὗτος ὥρμησε καὶ τῷδε καὶ ἐμοὶ πρὸς σέ, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν, ὅτι, ὦ θαυμάσιε, πάντων ὑμῶν, ὅσοι ἐπαινέται φατὲ δικαιοσύνης εἶναι, ἀπὸ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἡρώων ἀρξάμενοι, ὅσων λόγοι λελειμμένοι μέχρι τῶν νῦν ἀνθρώπων, οὐδεὶς πώποτε ἔψεξεν ἀδικίαν οὐδ' ἐπῄνεσε δικαιοσύνην ἄλλως ἢ δόξας τε καὶ τιμὰς καὶ δωρεὰς τὰς ἀπ' αὐτῶν γιγνομένας· αὐτὸ δ' ἑκάτερον τῇ αὑτοῦ δυνάμει ἐν τῇ τοῦ ἔχοντος ψυχῇ ἐνὸν καὶ λανθάνον θεούς τε καὶ ἀνθρώπους οὐδεὶς πώποτε οὔτ' ἐν ποιήσει οὔτ' ἐν ἰδίοις λόγοις ἐπεξῆλθεν ἱκανῶς τῷ

ac non potius subrisurum, si laudari eam audiverit? Quin immo si quis falsa ostendat, quae diximus, recteque norit iustitiam optimum esse, vehementer ignoscet neque irascetur iniustis, cum intelligat, nisi quis divina quadam natura iniquitatem oderit vel doctrina abstinuerit ab iniustitia, neminem sua sponte esse iustum, sed prae timiditate vel senectute vel alia quadam imbecillitate vituperare iniustitiam, cum eam exsequi nequeat. Quod quidem satis ex eo patet, quoniam ut primum quis potestatem adeptus est, primus pro viribus agit iniuste; horumque omnium alia nulla est causa, quam ea, unde haec omnis oratio mihi et huic, o Socrates, adversum te profecta est: quoniam ex vobis, o mirifice Socrates, quicunque laudes iustitiae profitemini, a priscis illis heroibus incipientes, de quibus aliqua exstat memoria usque ad nostros homines, nullus unquam aliter landavit iustitiam vel iniustitiam vituperavit, quam ad gloriam muneraque vel poenas respiciens, quae ab illis proficiscuntur. Ipsum vero utrumque suapte natura quid agat in habentis animo latens deos et homines, nullus unquam vel in poematis vel alio sermone ad sufficientiam enarravit:

λόγῳ, ὡς τὸ μὲν μέγιστον κακῶν ὅσα ἴσχει ψυχὴ ἐν αὑτῇ, δικαιοσύνῃ δὲ μέγιστον ἀγαθόν. εἰ γὰρ οὕτως ἐλέγετο ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ πάντων ὑμῶν καὶ ἐκ νέων ἡμᾶς ἐπείθετε, οὐκ 367
ἂν ἀλλήλους ἐφυλάττομεν μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῦ ἦν ἕκαστος ἄριστος φύλαξ, δεδιὼς μὴ ἀδικῶν τῷ μεγίστῳ κακῷ ξύνοικος ᾖ. ταῦτα, ὦ Σώκρατες, ἴσως δὲ καὶ ἔτι τούτων πλείω, Θρασύμαχός τε καὶ ἄλλος ποὺ τις ὑπὲρ δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας λέγοιεν ἄν, μεταῤῥέοντες αὐτοῖν τὴν δύναμιν φορτικῶς, ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖ. ἀλλ' ἐγώ, οὐδὲν γάρ σε δέομαι ἀποκρύπτεσθαι, σοῦ ἐπιθυμῶν ἀκοῦσαι τἀναντία, ὡς δύναμαι μάλιστα κατατείνας λέγω. μὴ οὖν ἡμῖν μόνον ἐνδείξῃ τῷ λόγῳ ὅτι δικαιοσύνη ἀδικίας κρεῖττον, ἀλλὰ τί ποιοῦσα ἑκατέρα τὸν ἔχοντα αὐτὴ δι' αὑτὴν ἡ μὲν κακόν, ἡ δὲ ἀγαθὸν ἔχει. τὰς δὲ δόξας ἀφαίρει, ὡς περ Γλαύκων διεκελεύσατο. εἰ γὰρ μὴ ἀφαιρήσεις ἑκατέρωθεν τὰς ἀληθεῖς, τὰς δὲ ψευδεῖς προσθήσεις, οὐ τὸ δίκαιον φήσομεν ἐπαινεῖν σε ἀλλὰ τὸ δοκεῖν, οὐδὲ τὸ ἄδικον εἶναι ψέγειν ἀλλὰ τὸ δοκεῖν, καὶ παρακελεύεσθαι ἄδικον ὄντα λανθάνειν, καὶ ὁμολογεῖν Θρασυμάχῳ ὅτι τὸ μὲν δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθόν, ξυμφέρον τοῦ κρείττονος, τὸ δὲ ἄδικον αὐτῷ μὲν ξυμφέρον καὶ λυ-

quod videlicet iniustitia sit maximum malorum omnium, quotcunque sustineat animus; iustitia vero maximum bonum. Si enim sic ab omnibus vobis fuisset a principio dictum et nobis ab ipsa pueritia persuasum, non invicem cohiberemur, ne quid in alium ageremus iniuste, sed unusquisque sui ipsius custos esset, timens ne iniuste agens maximo malo adhaereret. Haec, o Socrates, hactenus, forte vero et plura Thrasymachus aut aliquis alius de iustitia et iniustitia, utriusque transvertens vim, diceret, et onerose admodum, ut mihi videtur. Sed ego, nihil abs te celari volens, cupiensque ex te audire contrariam, orationem protraho. Ne ergo nobis solum ostendito iustitiam iniustitia praestantiorum esse: sed quomodo ipsa per se afficiens utraque animum, haec quidem malum, illa bonum sit, opiniones autem auferas, ut etiam Glauco iusserat. si enim non abstuleris utrinque veras, falsas autem apposueris: non iustum dicemus laudare te, sed id quod iustum videatur: neque iniustum vituperare, sed quod videatur iniustum: inhereque iniustum iniustitiam occultare, assentiente Thrasymacho, iustum quidem alienum bonum, potentiori conferens: iniustum autem ipsum conferens atque utile, imbecilliori tamen inutile.

σιτελοῦν, τῷ δὲ ἥττονι ἀξύμφορον. ἐπειδὴ οὖν ὡμολόγησας τῶν μεγίστων ἀγαθῶν εἶναι δικαιοσύνην, ἃ τῶν τε ἀποβαινόντων ἀπ' αὐτῶν ἕνεκα ἄξια κεκτῆσθαι, πολὺ δὲ μᾶλλον αὐτὰ αὑτῶν, οἷον ὁρᾶν, ἀκούειν, φρονεῖν, καὶ ὑγιαίνειν δὴ καὶ ὅσα ἄλλα ἀγαθὰ γόνιμα τῇ αὑτῶν φύσει ἀλλ' οὐ δόξῃ ἐστί, τοῦτ' οὖν αὐτὸ ἐπαίνεσον δικαιοσύνης, ὃ αὐτὴ δι' αὑτὴν τὸν ἔχοντα ὀνίνησι καὶ ἀδικία βλάπτει. μισθοὺς δὲ καὶ δόξας πάρες ἄλλοις ἐπαινεῖν, ὡς ἐγὼ τῶν μὲν ἄλλων ἀνασχοίμην ἂν οὕτως ἐπαινούντων δικαιοσύνην καὶ ψεγόντων ἀδικίαν, δόξας τε περὶ αὐτῶν καὶ μισθοὺς ἐγκωμιαζόντων καὶ λοιδορούντων, σοῦ δὲ οὐκ ἄν, εἰ μὴ σὺ κελεύοις, διότι πάντα τὸν βίον οὐδὲν ἄλλο σκοπῶν διελήλυθας ἢ τοῦτο. μὴ οὖν ἡμῖν ἐνδείξῃ μόνον τῷ λόγῳ ὅτι δικαιοσύνη ἀδικίας κρεῖττον, ἀλλὰ τί ποιοῦσα ἑκατέρω τὸν ἔχοντα αὐτὴ δι' αὑτήν, ἐάν τε λανθάνῃ ἐάν τε μὴ θεούς τε καὶ ἀνθρώπους, ἡ μὲν ἀγαθόν, ἡ δὲ κακόν ἐστιν.

Καὶ ἐγὼ ἀκούσας ἀεὶ μὲν δὴ τὴν φύσιν τοῦ τε Γλαύκωνος καὶ τοῦ Ἀδειμάντου ἠγάμην, ἀτὰρ οὖν καὶ τότε πάνυ γε ἥσθην καὶ εἶπον Οὐ κακῶς εἰς ὑμᾶς, ὦ
568 παῖδες ἐκείνου τοῦ ἀνδρός, τὴν ἀρχὴν τῶν ἐλεγείων

Postquam igitur assensus es, iustitiam in his bonis annumerari, quae et propter illa quae sequuntur, et multo magis ipsa propter se sunt expetenda, videlicet videre, audire, sapere, bene valere: et quaecunque alia bona suapte natura fecunda sunt et pretiosa, non opinione constant: hoc utique ipsum lauda in ipsa iustitia, quod per se ipsa habentem iuvat, cum iniustitia laedat. Opiniones autem et praemia aliis laudanda relinque. nam ego quidem alios sustinerem, quotiens ita iustitiam laudarent vel vituperarent iniustitiam, ut opiniones et praemia laudare vel vituperare viderentur: te autem minime, nisi forte tu iusseris, quoniam omnem vitam nulla in re alia quam in hac speculatione consumpsisti. Ne igitur nobis solum oratione ostende praestantiorem iniustitia iustitiam esse: sed quonam modo utraque ipsarum sui participem afficiens, sive lateat sive non lateat deos et homines, haec quidem bonum sit, illa malum. Haec ego cum audissem, quamvis et alias semper Glauconis et Adimanti ingenium adamassem, tunc tamen vehementer admiratus sum, dixique: Non male in vos, o filii illius viri, principium elegorum carminum amator Glauconis inscripsit: qui,

ἐποίησεν ὁ Γλαύκωνος ἐραστής, εὐδοκιμήσαντας περὶ τὴν Μεγαροῖ μάχην, εἰπὼν

παῖδες Ἀρίστωνος, κλεινοῦ θεῖον γένος ἀνδρός.

τοῦτό μοι, ὦ φίλοι, εὖ δοκεῖ ἔχειν· πάνυ γὰρ θεῖον πεπόνθατε, εἰ μὴ πέπεισθε ἀδικίαν δικαιοσύνης ἄμεινον εἶναι, οὕτω δυνάμενοι εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ. δοκεῖτε δή μοι ὡς ἀληθῶς οὐ πεπεῖσθαι· τεκμαίρομαι δὲ ἐκ τοῦ ἄλλου τοῦ ὑμετέρου τρόπου, ἐπεὶ κατά γε αὐτοὺς τοὺς λόγους ἠπίστουν ἂν ὑμῖν. ὅσῳ δὲ μᾶλλον πιστεύω, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπορῶ ὅ τι χρήσωμαι. οὔτε γὰρ ὅπως βοηθῶ ἔχω· δοκῶ γάρ μοι ἀδύνατος εἶναι· σημεῖον δέ μοι, ὅτι ἃ πρὸς Θρασύμαχον λέγων ᾤμην ἀποφαίνειν ὡς ἄμεινον δικαιοσύνη ἀδικίας, οὐκ ἀπεδέξασθέ μου· οὔτ' αὖ ὅπως μὴ βοηθήσω ἔχω· δέδοικα γὰρ μὴ οὐδ' ὅσιον ᾖ παραγενόμενον δικαιοσύνῃ κακηγορουμένῃ ἀπαγορεύειν καὶ μὴ βοηθεῖν ἔτι ἐμπνέοντα καὶ δυνάμενον φθέγγεσθαι. κράτιστον οὖν οὕτως ὅπως δύναμαι ἐπικουρεῖν αὐτῇ. Ὅ τε οὖν Γλαύκων καὶ οἱ ἄλλοι ἐδέοντο παντὶ τρόπῳ βοηθῆσαι καὶ μὴ ἀνεῖναι τὸν λόγον, ἀλλὰ διερευνήσασθαι τί τ' ἔστιν ἑκάτερον καὶ περὶ τῆς ὠφελείας αὐτοῖν τἀληθὲς ποτέρως ἔχει. εἶπον οὖν ὃ περ ἐμοὶ ἔδοξεν, ὅτι τὸ ζήτημα ᾧ ἐπι-

cum in Megarensi proelio fortiter pugnavissetis, *O filii*, inquit, *Aristonis, inclyti viri divinum genus.* Hoc bene dici, o amici, videtur, divine enim affecti estis, si non estis persuasi iniustitiam iustitia meliorem esse, cum adeo pro ipsa abunde loquamini. Videmini autem mihi persuasi non esse. coniecturam capio ex vestris moribus: quoniam secundum orationem ipsam vobis minime credidissem. Quo autem magis credo, eo magis, quo me vertam, ambigo. nam quomodo adiuvem, nescio. videor quippe non posse. illud autem signum est, quod ea, quibus ego supra adversus Thrasymachum sufficienter ostendisse putabam iniustitia meliorem esse iustitiam, non admisistis. neque rursus quomodo nunc succurram, invenio: veritus me forte impium sit, ut, qui iustitiam coram vituperari intelligit, subterfugiat; neque pro eius defensione verba faciat, quamdiu spirare et loqui conceditur. praestat itaque pro viribus suffragari. Tunc Glauco et ceteri omnes rogarunt, ut omni ope auxiliarer, neque disputationem relinquerem, sed perscrutarer, quid esset utrumque quaeve revera utriusque utilitas. Dixi igitur, ut mea erat opinio, quaestionem hanc, quam aggre-

χειροῦμεν οὐ φαῦλον ἀλλ' ὀξὺ βλέποντος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. ἐπειδὴ οὖν ἡμεῖς οὐ δεινοί, δοκεῖ μοι, ἦν δ' ἐγώ, τοιαύτην ποιήσασθαι ζήτησιν αὐτοῦ, οἵαν περ ἂν εἰ προσέταξέ τις γράμματα σμικρὰ πόρρωθεν ἀναγνῶναι μὴ πάνυ ὀξὺ βλέπουσιν, ἔπειτά τις ἐνενόησεν ὅτι τὰ αὐτὰ γράμματα ἔξι που καὶ ἄλλοθι μείζω τε καὶ ἐν μείζονι ἔρμαιον ἂν ἐφάνη, οἶμαι, ἐκεῖνα πρῶτον ἀναγνόντας οὕτως ἐπισκοπεῖν τὰ ἐλάττω, εἰ τὰ αὐτὰ ὄντα τυγχάνει. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος· ἀλλὰ τί τοιοῦτον, ὦ Σώκρατες, ἐν τῇ περὶ τὸ δίκαιον ζητήσει καθορᾷς; Ἐγώ σοι, ἔφην, ἐρῶ. δικαιοσύνη, φαμέν, ἔστι μὲν ἀνδρὸς ἑνός, ἔστι δέ που καὶ ὅλης πόλεως; Πάνυ γε, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν μεῖζον πόλις ἑνὸς ἀνδρός; Μεῖζον, ἔφη. Ἴσως τοίνυν πλείων ἂν δικαιοσύνη ἐν τῷ μείζονι ἐνείη καὶ ῥᾷον καταμαθεῖν. εἰ οὖν βούλεσθε, πρῶτον ἐν ταῖς πόλεσι ζητήσωμεν ποιόν τί ἐστιν, ἔπειτα οὕτως ἐπισκεψόμεθα
369 καὶ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ, τὴν τοῦ μείζονος ὁμοιότητα ἐν τῇ τοῦ ἐλάττονος ἰδέᾳ ἐπισκοποῦντες. Ἀλλά μοι δοκεῖς, ἔφη, καλῶς λέγειν. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, εἰ γιγνομένην πόλιν θεασαίμεθα λόγῳ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτῆς ἴδοιμεν ἂν γιγνομένην καὶ τὴν ἀδικίαν; Τάχ' ἄν, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν

dimur, non esse contemnendam, sed hominis acute cernentis opus, ut mihi videtur: ac postquam nos aliter non valemus, perinde investigandam esse iustitiam, ac si quis non acute cernentibus literas parvas proculque positas legendas mandasset; deinde animadvertisset aliquis easdem literas esse alibi in maiori quodam loco maiores, atque inde operae pretium censuisset, ut eas primo legentes ita demum minores, si eaedem sunt, considerarent. Ita prorsus, Adimantus ait. sed quid tu simile in hac de iustitia inquisitione vides, o Socrates? *So.* Ego tibi dicam. Dicimusne iustitiam hominis unius esse? dicimus totius civitatis? *Adi.* Plane *So.* Atque civitas nonne maior uno viro? *Adi.* Maior. *So.* Fortasse igitur iustitia amplior in maiori inest, facilioreque est cognitu. Quare, si vultis, prius quaeremus in civitatibus quidnam sit: idque deinde in singulis considerabimus, maioris ipsius similitudinem in minoris idea contemplantes. *Adi.* Scite loqui videris. *So.* Si civitatem oratione constitutam inspiceremus, iustitiam quoque eius et iniustitiam videremus. *Adi.* Forte. *So.* Quo facto spes erit facilius

γενομένου αὐτοῦ ἐλπὶς εὐπετέστερον ἰδεῖν ὃ ζητοῦμεν; Πολύ γε. Δοκεῖ οὖν χρῆναι ἐπιχειρῆσαι περαίνειν; οἶμαι μὲν γὰρ οὐκ ὀλίγον ἔργον αὐτὸ εἶναι. σκοπεῖτε οὖν. Ἔσκεπται, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος· ἀλλὰ μὴ ἄλλως ποίει. Γίγνεται τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πόλις, ὡς ἐγῷμαι, ἐπειδὴ τυγχάνει ἡμῶν ἕκαστος οὐκ αὐτάρκης ἀλλὰ πολλῶν ἐνδεής. ἢ τίν' οἴει ἀρχὴν ἄλλην πόλιν οἰκίζειν; Οὐδεμίαν, ἦ δ' ὅς. Οὕτω δὴ ἄρα παραλαμβάνων ἄλλος ἄλλον ἐπ' ἄλλου, τὸν δ' ἐπ' ἄλλου χρείᾳ, πολλῶν δεόμενοι, πολλοὺς εἰς μίαν οἴκησιν ἀγείραντες κοινωνούς τε καὶ βοηθούς, ταύτῃ τῇ ξυνοικίᾳ ἐθέμεθα πόλιν ὄνομα. ἦ γάρ; Πάνυ μὲν οὖν. Μεταδίδωσι δὴ ἄλλος ἄλλῳ, εἴ τι μεταδίδωσιν, ἢ μεταλαμβάνει, οἰόμενος αὐτῷ ἄμεινον εἶναι. Πάνυ γε. Ἴθι δή, ἦν δ' ἐγώ, τῷ λόγῳ ἐξ ἀρχῆς ποιῶμεν πόλιν. ποιήσει δὲ αὐτήν, ὡς ἔοικεν, ἡ ἡμετέρα χρεία. Πῶς δ' οὔ; Ἀλλὰ μὴν πρώτη γε καὶ μεγίστη τῶν χρειῶν ἡ τῆς τροφῆς παρασκευὴ τοῦ εἶναί τε καὶ ζῆν ἕνεκα. Παντάπασί γε. Δευτέρα δὴ οἰκήσεως, τρίτη δ' ἐσθῆτος καὶ τῶν τοιούτων. Ἔξι ταῦτα. Φέρε δή, ἦν δ' ἐγώ, πῶς ἡ πόλις ἀρκέσει ἐπὶ τοσαύτην παρασκευήν; ἄλλο τι γεωργὸς μὲν εἷς, ὁ δὲ οἰκοδόμος, ἄλλος δέ τις ὑφάντης;

cognoscendi, quod quaerimus. *Adi.* Maxime. *So.* Opus est igitur istud efficere. nam non parva res, ut arbitror. considerate itaque. *Adi.* Ecce consideramus. sed tu ne aliter facito. *So.* Fit utique civitas, ut existimo, quandoquidem nullus nostrum ex se ipso sufficiens est, sed multorum indiget. an vero tu putas aliud existitisse civitatibus constituendis initium? *Adi.* Nullum aliud. *So.* Sic itaque se invicem accipiunt homines aliumque ad alium usum asciscunt, cum multis indigeant et multos in habitationem unam congregant communicatores adiutoresque: quem coetum civitatem nos appellamus. nonne? *Adi.* Omnino. *So.* Impertiunt ergo vicissim sua, et aliena vicissim accipiunt, conducere sibi vicissitudinem hanc existimantes. *Adi.* Ita prorsus. *So.* Age, iam constituamus oratione nostra a principio civitatem. Faciet autem ipsam, ut videtur, indigentia nostra. *Adi.* Quidni? *So.* Prima vero et maxima omnium indigentia est praeparatio victus, ut et simus et vivamus. *Adi.* Certe. *So.* Habitationis secunda. Tertia vestitus et huiusmodi. *Adi.* Est, ut dicis. *So.* Age igitur, sed quonam modo civitas ad hanc praeparationem sufficiet? an non unus erit agricola, aedificator alius, alius textor? nunquid et

ἢ καὶ σκυτοτόμον αὐτόσε προσθήσομεν, ἢ τιν' ἄλλον τῶν περὶ τὸ σῶμα θεραπευτήν; Πάνυ γε. Εἴη δ' ἂν ἥ γε ἀναγκαιοτάτη πόλις ἐκ τεττάρων ἢ πέντε ἀνδρῶν. Φαίνεται. Τί δὴ οὖν; ἕνα ἕκαστον τούτων δεῖ τὸ αὑτοῦ ἔργον ἅπασι κοινὸν κατατιθέναι, οἷον τὸν γεωργὸν ἕνα ὄντα παρασκευάζειν σιτία τέτταρσι καὶ τετραπλάσιον χρόνον τε καὶ πόνον ἀναλίσκειν ἐπὶ σίτου παρασκευῇ, καὶ ἄλλοις κοινωνεῖν; ἢ ἀμελήσαντα ἑαυτῷ μόνῳ τέταρτον μέρος ποιεῖν τούτου τοῦ σιτίου ἐν τετάρτῳ
370 μέρει τοῦ χρόνου, τὰ δὲ τρία, τὸ μὲν ἐπὶ τῇ τῆς οἰκίας πυρασκευῇ διατρίβειν, τὸ δὲ ἱματίου, τὸ δὲ ὑποδημάτων, καὶ μὴ ἄλλοις κοινωνοῦντα πράγματα ἔχειν, ἀλλ' αὐτὸν δι' αὑτὸν τὰ αὑτοῦ πράττειν; Καὶ ὁ Ἀδείμαντος ἔφη Ἀλλ' ἴσως, ὦ Σώκρατες, οὕτω ῥᾷον ἢ ἐκείνως. Οὐδέν, ἦν δ' ἐγώ, μὰ Δί' ἄτοπον. ἐννοῶ γὰρ καὶ αὐτὸς εἰπόντος σοῦ ὅτι πρῶτον μὲν ἡμῶν φύεται ἕκαστος οὐ πάνυ ὅμοιος ἑκάστῳ, ἀλλὰ διαφέρων τὴν φύσιν, ἄλλος ἐπ' ἄλλου ἔργου πρᾶξιν. ἢ οὐ δοκεῖ σοι; Ἔμοιγε. Τί δέ; πότερον κάλλιον πράττοι ἄν τις εἷς ὢν πολλὰς τέχνας ἐργαζόμενος, ἢ ὅταν μίαν εἷς; Ὅταν, ἦ δ' ὅς, εἷς μίαν. Ἀλ- 2
λὰ μήν, οἶμαι, καὶ τόδε δῆλον, ὡς ἐάν τίς τινος παρῇ

corlarium ibidem annumerabimus, vel aliquem alium rerum ad corporis usum pertinentium curatorem? *Adi.* Maxime. *So.* Erit itaque ipsa civitas saltem ex quatuor aut quinque viris. *Adi.* Apparet. *So.* Quid igitur? unumquemque istorum oportet suum opus aliis communicare? videlicet agricolam unum victum quatuor praeparare, et in quadruplo tempus et laborem in agricultura consumere, atque aliis communicare? an potius, aliorum cura neglecta, quartam sibi soli partem comparare, praeparationem videlicet alimentorum in quarta temporis parte? reliquarum autem partium temporis unam in construenda domo, aliam in vestitu, aliam in calceis conficiendis conterere: neque curiose aliis rem suam communicare, sed ipsum sibi sine alterius auxilio providere? *Adi.* Forte hoc modo, o Socrates, facilius esset quam illo. *So.* Minime per Iovem: absurdum enim. nam te loquente considero nasci nos quidem non admodum similes, sed differentes invicem, singulosque ad singula opera promptos natura produci. an non tibi videtur? *Adi.* Mihi vero. *So.* Quid autem? ageretne melius aliquis unus omnes simul artes, vel singuli singulas? *Adi.* Singuli singulas. *So.* Atqui et hoc manifestum esse existimo, quod

ἔργου καιρόν, διόλλυται. Δῆλον γάρ. Οὐ γάρ, οἶμαι, ἐθέλει τὸ πραττόμενον τὴν τοῦ πράττοντος σχολὴν περιμένειν, ἀλλ' ἀνάγκη τὸν πράττοντα τῷ πραττομένῳ ἐπακολουθεῖν μὴ ἐν παρέργου μέρει. Ἀνάγκη. Ἐκ δὴ τούτων πλείω τε ἕκαστα γίγνεται καὶ κάλλιον καὶ ῥᾷον, ὅταν εἷς ἓν κατὰ φύσιν καὶ ἐν καιρῷ, σχολὴν τῶν ἄλλων ἄγων, πράττῃ. Παντάπασι μὲν οὖν. Πλειόνων δή, ὦ Ἀδείμαντε, δεῖ πολιτῶν ἢ τεττάρων ἐπὶ τὰς παρασκευὰς ὧν ἐλέγομεν. ὁ γὰρ γεωργός, ὡς ἔοικεν, οὐκ αὐτὸς ποιήσεται ἑαυτῷ τὸ ἄροτρον, εἰ μέλλει καλὸν εἶναι, οὐδὲ σμινύην, οὐδὲ τἆλλα ὄργανα ὅσα περὶ γεωργίαν. οὐδ' αὖ ὁ οἰκοδόμος· πολλῶν δὲ καὶ τούτῳ δεῖ. ὡσαύτως δὲ ὁ ὑφάντης τε καὶ ὁ σκυτοτόμος. ἦ οὔ; Ἀληθῆ. Τέκτονες δὲ καὶ χαλκῆς καὶ τοιοῦτοί τινες πολλοὶ δημιουργοὶ κοινωνοὶ ἡμῖν τοῦ πολιχνίου γιγνόμενοι συχνὸν αὐτὸ ποιοῦσιν. Πάνυ μὲν οὖν. Ἀλλ' οὐκ ἄν πω πάνυ γε μέγα τι εἴη, εἰ αὐτοῖς βουκόλους τε καὶ ποιμένας τούς τε ἄλλους νομέως προσθεῖμεν, ἵνα οἵ τε γεωργοὶ ἐπὶ τὸ ἀροῦν ἔχοιεν βοῦς, οἵ τε οἰκοδόμοι πρὸς τὰς ἀγωγὰς μετὰ τῶν γεωργῶν χρῆσθαι ὑποζυγίοις, ὑφάνται δὲ καὶ σκυτοτόμοι

si nobis in alio quodam negotio occupatis opportunitas alicuius operis praeterit, eiusdem perit et actio. *Adi.* Patet. *So.* Non enim quod faciendum est, facientis otium expectare vult: sed necessitas cogit facientem, opus ipsum observata semper occasione prosequi. *Adi.* Necesse est. *So.* Ex his patet singula fieri et plura et melius et facilius, quando singuli singula secundum naturam occasione servata ab aliis cessantes efficiunt. *Adi.* Sic est omnino. *So.* Pluribus igitur, o Adimante, opus est civibus quam quatuor ad ea, quae diximus, comparanda. non enim agricola, ut videtur, sibi aratrum conficiet, si commodum operi futurum est, neque ligones et rastros neque alia instrumenta, quibus agricultura indiget: neque rursus aedificator; multis enim et huic opus est. idemque de textore et coriario dicendum erit. nonne? *Adi.* Idem. *So.* Fabri igitur lignarii et ferrarii, aliique huiusmodi plures artifices, nostri in eo oppido concives facti, frequentius ipsum efficient. *Adi.* Vera loqueris. *So.* Sed nondum satis amplum hoc esset, nisi ipsis bubulcos et opiliones et pastores alios adderemus, ut et agricolae ad arandum boves haberent, et architecti iumentis ad convectandam materiem uterentur, textores autem et coriarii

δέρμασί τε καὶ ἐρίοις. Οὐδέ γε, ἦ δ' ὅς, σμικρὰ πόλις ἂν εἴη ἔχουσα πάντα ταῦτα. Ἀλλὰ μήν, ἦν δ' ἐγώ, κατοικίσαι γε αὐτὴν τὴν πόλιν εἰς τοιοῦτον τόπον οὗ ἐπεισαγωγίμων μὴ δεήσεται, σχεδόν τι ἀδύνατον. Ἀδύνατον γάρ. Προσδεήσει ἄρα ἔτι καὶ ἄλλων, οἳ ἐξ ἄλλης πόλεως αὐτῇ κομιοῦσιν ὧν δεῖται. Δεήσει. Καὶ μὴν κενὸς ἂν ἴῃ ὁ διάκονος, μηδὲν ἄγων ὧν ἐκεῖνοι δέονται παρ' ὧν ἂν κομίζωνται ὧν ἂν αὐτοῖς χρεία, 371 κενὸς ἄπεισιν. ἦ γάρ; Δοκεῖ μοι. Δεῖ δὴ τὰ οἴκοι μὴ μόνον ἑαυτοῖς ποιεῖν ἱκανά, ἀλλὰ καὶ οἷα καὶ ὅσα ἐκείνοις ἄξουσιν, οἳ μεταδώσουσιν ὧν ἂν δέωνται. Δεῖ γάρ. Πλειόνων δὴ γεωργῶν τε καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν δεῖ ἡμῖν τῇ πόλει. Πλειόνων γάρ. Καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων διακόνων που, τῶν τε εἰσαξόντων καὶ ἐξαξόντων ἕκαστα. οὗτοι δέ εἰσιν ἔμποροι. ἦ γάρ; Ναί. Καὶ ἐμπόρων δὴ δεησόμεθα. Πάνυ γε. Καὶ ἐὰν μέν γε κατὰ θάλατταν ἡ ἐμπορία γίγνηται, συχνῶν καὶ ἄλλων προσδεήσεται τῶν ἐπιστημόνων τῆς περὶ τὴν θάλατταν ἐργασίας. Συχνῶν μέντοι. Τί δὲ δή; ἐν αὐτῇ τῇ πόλει πῶς ἀλλήλοις μεταδώσουσιν ὧν ἂν ἕκαστοι 8 ἐργάζωνται; ὧν δὴ ἕνεκα καὶ κοινωνίαν ποιησάμενοι

pellibus ac lanis. *Adi.* Haud sane parva esset civitas, quae omnia haec haberet. *So.* Atqui constituere civitatem in eo loco, in quo advectionibus non indigeat, ferme impossibile est. *Adi.* Impossibile certe. *So.* Indigebit igitur et aliis, qui ex alia urbe importent, quibus haec indigeat. *Adi.* Indigebit. *So.* Vanus autem esset minister, nihil adducens earum rerum, quibus indigent hi, a quibus affert ea, quorum sua civitas indiget. vacuus enim rediret. nonne? *Adi.* Videtur. *So.* Oportet igitur non solum ea confici, quae illi civitati sufficiant: sed qualia et quot iis, quibus illa indiget. *Adi.* Oportet sane. *So.* Pluribus igitur agricolis et aliis artificibus nobis opus est in civitate. *Adi.* Pluribus certe. *So.* Et aliis insuper ministris, qui et importent et exportent singula. isti autem mercatores sunt. an non? *Adi.* Sunt. *So.* Mercatoribus igitur indigebimus. *Adi.* Certe. *So.* Et si quidem maritima mercatura erit, multis etiam opus erit, qui maritimae mercaturae periti sint. *Adi.* Multis plane. *So.* Quid autem in ipsa civitate? quomodo inter se impertient ea, quae singuli operantur? cuius impertitionis gratia

πόλιν ᾠκίσαμεν. Δῆλον δή, ἦ δ' ὅς, ὅτι πωλοῦντες καὶ ὠνούμενοι. Ἀγορὰ δὴ ἡμῖν καὶ νόμισμα ξύμβολον τῆς ἀλλαγῆς ἕνεκα γενήσεται ἐκ τούτου. Πάνυ μὲν οὖν. Ἂν οὖν κομίσας ὁ γεωργὸς εἰς τὴν ἀγοράν τι ὧν ποιεῖ, ἢ τις ἄλλος τῶν δημιουργῶν, μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον ἥκῃ τοῖς δεομένοις τὰ παρ' αὐτοῦ ἀλλάξασθαι, ἀργήσει τῆς αὐτοῦ δημιουργίας καθήμενος ἐν ἀγορᾷ; Οὐδαμῶς, ἦ δ' ὅς, ἀλλ' εἰσὶν οἳ τοῦτο ὁρῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην, ἐν μὲν ταῖς ὀρθῶς οἰκουμέναις πόλεσι σχεδόν τι οἱ ἀσθενέστατοι τὰ σώματα καὶ ἀχρεῖοί τι ἄλλο ἔργον πράττειν. αὐτοῦ γὰρ δεῖ μένοντας αὐτοὺς περὶ τὴν ἀγορὰν τὰ μὲν ἀντ' ἀργυρίου ἀλλάξασθαι τοῖς τι δεομένοις ἀποδόσθαι, τοῖς δὲ ἀντὶ αὖ ἀργυρίου διαλλάττειν ὅσοι τι δέονται πρίασθαι. Αὕτη ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἡ χρεία καπήλων ἡμῖν γένεσιν ἐμποιεῖ τῇ πόλει. ἢ οὐ καπήλους καλοῦμεν τοὺς πρὸς ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν διακονοῦντας ἱδρυμένους ἐν ἀγορᾷ, τοὺς δὲ πλανήτας ἐπὶ τὰς πόλεις ἐμπόρους; Πάνυ μὲν οὖν. Ἔτι δή τινες, ὡς ἐγῷμαι, εἰσὶ καὶ ἄλλοι διάκονοι, οἳ ἂν τὰ μὲν τῆς διανοίας μὴ πάνυ ἀξιοποινώνητοι ὦσι, τὴν δὲ τοῦ σώ-

communicationem induximus civitatemque construximus, *Adi.* Patet, quod emendo et vendendo. *So.* Forum itaque nobis et nummus in commerciis ex hoc permutationis gratia instituetur? *Adi.* Omnino. *So.* Num igitur ferens in forum agricola aliquid ex his quae facit, vel aliquis alius artifex, si non eodem in tempore veniat, quo et illi quibuscum est haec permutaturus, cessabit ab opere, in foro consistens? *Adi.* Nullo modo. sed sunt, qui, cum hoc animadvertant, se ipsos ad hoc ministerium praeparent. in civitatibus enim recte institutis id agunt homines quidam imbecilles corpore et ad aliud opus inutiles: qui illic constituti circa forum partim quidem argento commutant cum his qui aliquid venditurі sunt, partim res dant pro argento his qui empturi. *So.* Haec ergo necessitas nobis cauponum genus in urbe procreat. An non caupones eos vocamus, qui se in foro ad venditionem emptionemque constituunt? qui vero ad alienas urbes migrant, mercatores? *Adi.* Procul dubio. *So.* Sunt et alii praeterea, ut arbitror, ministri, qui, cum huic societati parum animi viribus cum

ματος ἰσχὺν ἱκανὴν ἐπὶ τοὺς πόνους ἔχωσιν· οἱ δὴ πωλοῦντες τὴν τῆς ἰσχύος χρείαν, τὴν τιμὴν ταύτην μισθὸν καλοῦντες, κέκληνται, ὡς ἐγῷμαι, μισθωτοί. ἦ γάρ; *Πάνυ μὲν οὖν.* *Πλήρωμα δὴ πόλεώς εἰσιν, ὡς ἔοικε, καὶ μισθωτοί.* *Δοκεῖ μοι.* Ἆρ' οὖν, ὦ Ἀδείμαντε, ἤδη ἡμῖν ηὔξηται ἡ πόλις, ὥστ' εἶναι τελέα; Ἴσως. Ποῦ οὖν ἄν ποτε ἐν αὐτῇ εἴη ἥ τε δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀδικία; καὶ τίνι ἅμα ἐγγενομένη ὧν ἐσκέμμεθα; Ἐγὼ μέν, ἔφη, οὐκ ἐννοῶ, ὦ Σώκρατες, εἰ μή που ἐν
372 αὐτῶν τούτων χρείᾳ τινὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους, Ἀλλ' ἴσως, 1
ἦν δ' ἐγώ, καλῶς λέγεις, καὶ σκεπτέον γε καὶ οὐκ ἀποκνητέον. πρῶτον οὖν σκεψώμεθα τίνα τρόπον διαιτήσονται οἱ οὕτω παρεσκευασμένοι. ἄλλο τι ἢ σῖτόν τε ποιοῦντες καὶ οἶνον καὶ ἱμάτια καὶ ὑποδήματα, καὶ οἰκοδομησάμενοι οἰκίας, θέρους μὲν τὰ πολλὰ γυμνοί τε καὶ ἀνυπόδητοι ἐργάσονται, τοῦ δὲ χειμῶνος ἠμφιεσμένοι τε καὶ ὑποδεδεμένοι ἱκανῶς; θρέψονται δὲ ἐκ μὲν τῶν κριθῶν ἄλφιτα σκευαζόμενοι, ἐκ δὲ τῶν πυρῶν ἄλευρα, τὰ μέν πέψαντες, τὰ δὲ μάξαντες, μάζας γενναίας καὶ ἄρτους ἐπὶ κάλαμόν τινα παραβάλ- 2
λόμενοι ἢ φύλλα καθαρά, κατακλινέντες ἐπὶ στιβάδων ἐρωμένων σμίλακί τε καὶ μυρσίναις, εὐωχήσονται αὖ-

ferre possint, robur corporis sufficiens ad labores habent. isti ergo roboris usum vendentes, quia ipsum praemium mercedem appellant, mercenarii nuncupantur. nonne ita? *Adi.* Ita prorsus. *So.* Repletio itaque civitatis et mercenarii sunt. *Adi.* Videtur. *So.* Nunquid, o Adimaute, ita iam a nobis adaucta est civitas, ut sit perfecta? *Adi.* Forte. *So.* Ubinam in ipsa iustitia erit et iniustitia, et cui simul innata atque insita ex his rebus, quas tractavimus? *Adi.* Equidem, o Socrates, nescio, nisi forte consistat in mutuo quodam usu eorum, quae diximus. *So.* Forsitan bene dicis. considerandum tamen, neque desistendum. Et primum quidem intueamur, qua ratione victu utentur, qui ita instituti sunt cives. an non cibos parabunt et vinum et vestes et calceamenta et domos? aestate quidem ut plurimum sine veste et sine calceis erunt, hieme autem vestibus et calceis sufficienter ornati. nutrientur autem, ex hordeo et frumento farinam conficientes, et partim quidem pinsendo, partim congerendo, placentas panesque super calamis aut puris frondibus imponentes, in lectisque ex herbis factis, milace atque myrto, discumbentes comessabuntur ipsi

τοί τε καὶ τὰ παιδία, ἐπιπίνοντες τοῦ οἴνου, ἐξεφανωμένοι καὶ ὑμνοῦντες τοὺς θεούς, ἡδέως ξυνόντες ἀλλήλοις, οὐχ ὑπὲρ τὴν οὐσιαν ποιούμενοι τοὺς παῖδας, εὐλαβούμενοι πενίαν ἢ πόλεμον; Καὶ ὁ Γλαύκων ὑπολαβών, Ἄνευ ὄψου, ἔφη, ὡς ἔοικας, ποιεῖς τοὺς ἄνδρας ἐσιωμένους. Ἀληθῆ, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. ἐπελαθόμην ὅτι καὶ ὄψον ἕξουσιν, ἅλας τε δῆλον ὅτι καὶ ἐλάας καὶ τυρόν, καὶ βολβοὺς καὶ λάχανα, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς ἑψήματα, ἑψήσονται. καὶ τραγήματά που παραθήσομεν αὐτοῖς τῶν τε σύκων καὶ ἐρεβίνθων καὶ κυάμων, καὶ μύρτα καὶ φηγοὺς σποδιοῦσι πρὸς τὸ πῦρ, μετρίως ὑποπίνοντες. καὶ οὕτω διάγοντες τὸν βίον ἐν εἰρήνῃ μετὰ ὑγιείας, ὡς εἰκός, γηραιοὶ τελευτῶντες ἄλλον τοιοῦτον βίον τοῖς ἐκγόνοις παραδώσουσιν. Καὶ ὅς, Εἰ δὲ ὑῶν πόλιν, ὦ Σώκρατες, ἔφη, κατεσκεύαζες, τί ἂν αὐτὰς ἄλλο ἢ ταῦτα ἐχόρταζες; Ἀλλὰ πῶς χρή, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων; Ἅπερ νομίζεται, ἔφη· ἐπί τε κλινῶν κατακεῖσθαι, οἶμαι, τοὺς μέλλοντας μὴ ταλαιπωρεῖσθαι, καὶ ἀπὸ τραπέζῶν δειπνεῖν, καὶ ὄψα ἃ περ καὶ οἱ νῦν ἔχουσι, καὶ τραγήματα. Εἶεν, ἦ δ' ἐγώ· μανθάνω. οὐ πόλιν, ὡς ἔοικε, σκοποῦμεν μόνον ὅπως γίγνεται, ἀλλὰ καὶ τρυφῶσαν

et eorum filii, vini pocula sumentes, coronati et deos laudantes, iucunde simul vivent: nec ultra censum filios generabunt, cavente et paupertatem et bellum. *Glau.* Sine obsonio, ut videtur, convivas fecisti. *So.* Verum dicis. oblitus enim hoc eram, quod quidem habituri essent obsonium, sal videlicet et oleas et caseum et porrum: praeterea olera quasi agrorum pulmenta suscipient. et bellaria ipsis addemus ficuum, cicerum et fabarum: et baccas myrti, et faginas glandes prunis torrebunt, modeste bibentes: sicque quiete et salubriter viventes ad senectutem usque aliam eiusmodi vitam posteris suis relinquent. *Glau.* Si suibus, o Socrates, civitatem instituisses, quaenam alia ipsis cibaria praeparasses? *So.* Quid ergo agendum, o Glauco? *Glau.* Quod multi solent, super thoris discumbendum, nisi misere velimus vivere, epulisque ex mensa vescendum, obsoniisque et bellariis, quibus his temporibus utuntur. *So.* Age, Glauco: intelligo enim nos in praesentia considerare non quomodo civitas commode fiat, sed quomodo delicio-

πόλιν. ἴσως οὖν οὐδὲ κακῶς ἔχει· σκοποῦντες γὰρ καὶ τοιαύτην τάχ' ἂν κατίδοιμεν τήν τε δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν, ὅπῃ ποτὲ ταῖς πόλεσιν ἐμφύονται. ἡ μὲν οὖν ἀληθινὴ πόλις δοκεῖ μοι εἶναι, ἣν διεληλύθαμεν, ὡς περ ὑγιής τις· εἰ δ' αὖ βούλεσθε καὶ φλεγμαίνουσαν πόλιν θεωρήσωμεν, οὐδὲν ἀποκωλύει. ταῦτα γὰρ δή τισιν, ὡς
575 δοκεῖ, οὐκ ἐξαρκέσει, οὐδ' αὕτη ἡ δίαιτα, ἀλλὰ κλῖναί τε προσέσονται καὶ τράπεζαι καὶ τἆλλα σκεύη, καὶ ὄψα δὴ καὶ μύρα καὶ θυμιάματα καὶ ἑταῖραι καὶ πέμματα, καὶ ἕκαστα τούτων παντοδαπά. καὶ δὴ καὶ ἃ τὸ πρῶτον ἐλέγο- 10
μεν, οὐκέτι τἀναγκαῖα θετέον, οἰκίας τε καὶ ἱμάτια καὶ ὑποδήματα, ἀλλὰ τήν τε ζωγραφίαν κινητέον καὶ τὴν ποικιλίαν, καὶ χρυσὸν καὶ ἐλέφαντα καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα κτητέον. ἦ γάρ; Ναί, ἔφη. Οὐκοῦν μείζονά τε αὖ τὴν πόλιν δεῖ ποιεῖν; ἐκείνη γὰρ ἡ ὑγιεινὴ οὐκέτι ἱκανή, ἀλλ' ἤδη ὄγκου ἐμπλητέα καὶ πλήθους, ἃ οὐκέτι τοῦ ἀναγκαίου ἕνεκά ἐστιν ἐν ταῖς πόλεσιν, οἷον οἵ τε θηρευταὶ πάντες οἵ τε μιμηταί, πολλοὶ μὲν οἱ περὶ τὰ σχήματά τε καὶ χρώματα, πολλοὶ δὲ οἱ περὶ μουσικήν, ποιηταί τε καὶ τούτων ὑπηρέται, ῥαψῳδοί, ὑποκριταί, χο- 20
ρευταί, ἐργολάβοι, σκευῶν τε παντοδαπῶν δημιουργοί,

sa civitas. forte igitur non male se habebit. Hanc enim intuentes forsitan deprehendemus, ubinam iustitia et iniustitia civitatibus innascantur. vera utique mihi civitas esse videtur, quam diximus, tanquam sana. verum si vultis, civitatem quoque turgidam consideremus: nihil enim prohibet. Haec profecto, ut videtur, quibusdem nequaquam sufficient; atque hic victus non placebit: sed et thori addentur et mensae et alii apparatus et vasa et obsonia unguentaque, et vaporationes, scorta, aromata, condimenta oblectamentaque, et haec omnia profuse. neque solum ea, quae supra retulimus, necessaria ponenda sunt, domus, vestes et calcei; sed addenda rursus pictura et varietatis artificia, aurum et ebur ceteraque eiusdem generis omnia. nonne? *Glau.* Omnino. *So.* Nonne igitur maiorem civitatem oportet constitui? illa enim sana non amplius sufficiens est, sed mole quadam et multitudine replenda est eorum, qui non amplius necessitatis causa in civitatibus sunt: quales sunt venatores omnes et mimi imitatoresque partim circa figuras atque colores, partim circa musicam, poëtae scilicet eorumque ministri, rhapsodi recitatoresque carminum, actores cantores, saltatores, operarii, et apparatuum instrumento-

τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν περὶ τὸν γυναικεῖον κόσμον. καὶ δὴ καὶ διακόνων πλειόνων δεησόμεθα. ἢ οὐ δοκεῖ δεήσειν παιδαγωγῶν, τιτθῶν, τροφῶν, κομμωτριῶν, κουρέων, καὶ αὖ ὀψοποιῶν τε καὶ μαγείρων; ἔτι δὲ καὶ συβωτῶν προσδεησόμεθα. τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἐν τῇ προτέρᾳ πόλει οὐκ ἐνῆν· ἔδει γὰρ οὐδέν· ἐν δὲ ταύτῃ καὶ τούτου προσδεήσει. δεήσει δὲ καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων παμπόλλων, εἴ τις αὐτὰ ἔδεται. ἦ γάρ; Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν καὶ ἰατρῶν ἐν χρείαις ἐσόμεθα πολὺ μᾶλλον οὕτω διαιτώμενοι ἢ ὡς τὸ πρότερον; Πολύ γε. Καὶ ἡ χώρα που ἡ τότε ἱκανὴ τρέφειν τοὺς τότε σμικρὰ δὴ ἐξ ἱκανῆς ἔσται. ἢ πῶς λέγωμεν; Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν τῆς τῶν πλησίον χώρας ἡμῖν ἀποτμητέον, εἰ μέλλομεν ἱκανὴν ἕξειν νέμειν τε καὶ ἀροῦν; καὶ ἐκείνοις αὖ τῆς ἡμετέρας, ἐὰν καὶ ἐκεῖνοι ἀφῶσιν αὐτοὺς ἐπὶ χρημάτων κτῆσιν ἄπειρον, ὑπερβάντες τὸν τῶν ἀναγκαίων ὅρον; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Πολεμήσομεν τὸ μετὰ τοῦτο, ὦ Γλαύκων; ἦ πῶς ἔσται; Οὕτως, ἔφη. Καὶ μηδέν γέ πω λέγωμεν, ἦν δ' ἐγώ, μήτ' εἴ τι κακὸν μήτ' εἰ ἀγαθὸν ὁ πόλεμος ἐργάζεται, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον, ὅτι πολέμου αὖ γένεσιν εὑρήκα-

rumque variorum artifices, tum aliarum rerum, tum earum quae ad muliebrem ornatum pertinent. quin etiam ministris pluribus indigebimus. an non opus esse tibi videtur paedagogis, nutricibus, educatoribus, tonsoribus ceterisque ornandi ministris? his praeterea, qui obsonia et culinam parent? praeterea et subulcis egibimus. haec enim nobis in priori civitate non erant: non enim erat opus. in hac autem et hac et aliis escis compluribus ex animalium carnibus indigebimus corporibus. an non? *Glau.* Quidni? *So.* An non et medicis indigebimus multo magis ita viventes, quam ut antea dicebamus? *Glau.* Valde quidem. *So.* Atqui et regio, quae tunc eos homines sufficienter alebat, parva erit. an quomodo dicimus? *Glau.* Est, ut dicis. *So.* Nonne igitur de finitimorum regione nobis aliquid usurpabimus, ut satis agri habeamus ad pascendum atque arandum: et finitimi quoque de nostra, si et illi ad cumulum divitiarum se conferent infinitum, necessitatis terminos excedentes? *Glau.* Longe necesse erit, o Socrates. *So.* Pugnabimus ergo? vel quid agemus? *Glau.* Pugnabimus. *So.* Atque nondum dicimus, quid aut mali aut boni bellum afferat: sed hoc solum, quod originem bellorum in-

μεν· ἐξ ὧν μάλιστα ταῖς πόλεσι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ κακὰ γίγνεται, ὅταν γίγνηται. Πάνυ μὲν οὖν. Ἔτι
374 δή, ὦ φίλε, μείζονος τῆς πόλεως δεῖ, οὐ τι σμικρῷ ἀλλ' ὅλῳ στρατοπέδῳ, ὃ ἐξελθὸν ὑπὲρ τῆς οὐσίας ἁπάσης καὶ ὑπὲρ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν διαμαχεῖται τοῖς ἐπιοῦσιν. Τί δέ; ἦ δ' ὅς· αὐτοὶ οὐχ ἱκανοί; Οὔκ, εἰ σύ γε, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡμεῖς ἅπαντες ὡμολογήσαμεν καλῶς, ἡνίκα ἐπλάττομεν τὴν πόλιν. ὡμολογοῦμεν δέ που, εἰ μέμνησαι, ἀδύνατον ἕνα πολλὰς καλῶς ἐργάζεσθαι τέχνας. Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη. Τί οὖν; ἦν 1
δ' ἐγώ· ἡ περὶ τὸν πόλεμον ἀγωνία οὐ τεχνικὴ δοκεῖ εἶναι; Καὶ μάλα, ἔφη. Ἦ οὖν τι σκυτικῆς δεῖ μᾶλλον κήδεσθαι ἢ πολεμικῆς; Οὐδαμῶς. Ἀλλ' ἆρα τὸν μὲν σκυτοτόμον διεκωλύομεν μήτε γεωργὸν ἐπιχειρεῖν εἶναι ἅμα μήτε ὑφάντην μήτε οἰκοδόμον, ἵνα δὴ ἡμῖν τὸ τῆς σκυτικῆς ἔργον καλῶς γίγνοιτο, καὶ τῶν ἄλλων ἑνὶ ἑκάστῳ ὡσαύτως ἓν ἀπεδίδομεν, πρὸς ὃ πεφύκει ἕκαστος καὶ ἐφ' ᾧ ἔμελλε τῶν ἄλλων σχολὴν ἄγων, διὰ βίου αὐτὸ ἐργαζόμενος, οὐ παριεὶς τοὺς καιρούς, καλῶς ἀπεργάσεσθαι· τὰ δὲ δὴ περὶ τὸν πόλεμον πότε- 2
ρον οὐ περὶ πλείστου ἐστὶν εὖ ἀπεργασθέντα; ἢ οὕτω

venimus: ex quibus, cum eveniunt, et publice et privatim magnae urbem calamitates invadunt. *Glau.* Sic prorsus accidit. *So.* Igitur et maiore civitate opus est ad exercitum maximum comparandum, qui ob ea, quae dicta sunt, incurrentibus hostibus obvius sit. *Glau.* Nonne isti sufficiunt, quos narravimus? *So.* Non: si tu atque nos omnes recte superiora concessimus, cum urbem constituentes in hoc convenimus, impossibile esse unum plures artes bene exercere. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Certamen bellicum non artificiosa facultas est? *Glau.* Est, et maxime quidem. *So.* Nunquid igitur de coriaria magis quam de bellica est curandum? *Glau.* Minime. *So.* Prohibuimus autem, ne coriarius opera simul aggrederetur agricolae vel textoris vel architecti, et in sua dumtaxat arte versari praecepimus, ut opus ipsius quam optime nobis conficeretur: singulisque aliis singula pro cuiusque ingenio tribuimus, ut quisque id unum, ad quod natura ducit, aggrediatur, otiumque a ceteris agens et temporis opportunitate servata optime illud efficiat. An vero parum quid interest, utrum bellica recte peragantur necne? an forte usque adeo facile hoc stu-

ῥᾴδιον, ὥστε καὶ γεωργῶν τις ἅμα πολεμικὸς ἔσαι καὶ σκυτοτομῶν καὶ ἄλλην τέχνην ἡντινοῦν ἐργαζόμενος, πεττευτικὸς δὲ ἢ κυβευτικὸς ἱκανῶς οὐδ' ἂν εἷς γένοιτο μὴ αὐτὸ τοῦτο ἐκ παιδὸς ἐπιτηδεύων, ἀλλὰ παρέργῳ χρώμενος; καὶ ἀσπίδα μὲν λαβὼν ἤ τι ἄλλο τῶν πολεμικῶν ὅπλων τε καὶ ὀργάνων αὐθημερὸν ὁπλιτικῆς ἤ τινος ἄλλης μάχης τῶν κατὰ πόλεμον ἱκανὸς ἔσαι ἀγωνιστής, τῶν δὲ ἄλλων ὀργάνων οὐδὲν οὐδένα δημιουργὸν οὐδὲ ἀθλητὴν ληφθὲν ποιήσει, οὐδ' ἔσαι χρήσιμον τῷ μήτε τὴν ἐπιστήμην ἑκάστου λαβόντι μήτε τὴν μελέτην ἱκανὴν παρασχομένῳ; Πολλοῦ γὰρ ἄν, ἦ δ' ὅς, τὰ ὄργανα ἦν ἄξια. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὅσῳ μέγιζον τὸ τῶν φυλάκων ἔργον, τοσούτῳ σχολῆς τε τῶν ἄλλων πλείζης ἂν εἴη καὶ αὖ τέχνης τε καὶ ἐπιμελείας μεγίζης δεόμενον. Οἶμαι ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ φύσεως ἐπιτηδείας εἰς αὐτὸ τὸ ἐπιτήδευμα; Πῶς δ' οὔ; Ἡμέτερον δὴ ἔργον ἂν εἴη, ὡς ἔοικεν, εἴ περ οἷοί τ' ἐσμέν, ἐκλέξασθαι τίνες τε καὶ ποῖαι φύσεις ἐπιτήδειαι εἰς πόλεως φυλακήν. Ἡμέτερον μέντοι. Μὰ Δία, ἦν δ' ἐγώ, οὐκ ἄρα φαῦλον πρᾶγμα ἡράμεθα· ἅμως δὲ οὐκ ἀποδειλιατέον, ὅσον γ' ἂν δύναμις παρείκῃ. Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη. Οἶει οὖν 375

dium, ut possit quis bellicosus simul vir esse et agricola vel coriarius vel aliquis alius artifex? lusor autem talorum vel alearum nullus quidem idoneus esset, ni a pueritia studium illi arti adhibuisset sedulusque incubuisset? et scutum quidem accipiens, vel alia quaedam militaria arma et instrumenta, uno die idoneus miles erit in quovis certandi genere: aliorum autem instrumentorum nullum aliquem artificem faciet vel athletam, neque utile erit illi, qui in eo studio peritus non fuerit et sufficienter exercitatus? *Adi.* Pretiosa admodum instrumenta essent. *So.* Nonne quanto maius custodiae opus est, tanto maiori otio indigebit, arteque et exercitatione maiori? *Adi.* Ita existimo. *So.* Nonne et natura ad studium ipsum idonea? *Glau.* Quidni? *So.* Nostrum igitur erit officium, ut videtur, quoad fieri possit, diligere, quae et quales naturae sint ad urbem custodiendam idoneae. *Glau.* Nostrum plane. *So.* Per Iovem, non humile negotium sumpsimus: non tamen est formidandum, quatenus vires suppetunt. *Glau.* Non certe. *So.* Existimasne differre naturam generosi canis et generosi

τι, ἦν δ' ἐγώ, διαφέρειν φύσιν γενναίου σκύλακος εἰς φυλακὴν νεανίσκου εὐγενοῦς; Τὸ ποῖον λέγεις; Οἷον ὀξύν τέ που δεῖ αὐτοῖν ἑκάτερον εἶναι πρὸς αἴσθησιν καὶ ἐλαφρὸν πρὸς τὸ αἰσθανόμενον διωκάθειν, καὶ ἰσχυρὸν αὖ, ἐὰν δέῃ ἑλόντα διαμάχεσθαι. Δεῖ γὰρ οὖν, ἔφη, πάντων τούτων. Καὶ μὴν ἀνδρεῖόν γε, εἴ περ εὖ μαχεῖται. Πῶς δ' οὔ; Ἀνδρεῖος δὲ εἶναι ἆρα ἐθελήσει ὁ μὴ θυμοειδὴς εἴτε ἵππος εἴτε κύων ἢ ἄλλο ὁτιοῦν ζῷον; ἢ οὐκ ἐννενόηκας ὡς ἄμαχόν τε καὶ ἀνίκητον θυμός, οὗ παρόντος ψυχὴ πᾶσα πρὸς πάντα ἄφοβός τε καὶ ἀήττητος; Ἐννενόηκα. Τὰ μὲν τοίνυν τοῦ σώματος οἷον δεῖ τὸν φύλακα εἶναι, δῆλα. Ναί. Καὶ μὴν καὶ τὰ τῆς ψυχῆς, ὅτι γε θυμοειδῆ. Καὶ τοῦτο. Πῶς οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, οὐκ ἄγριοι ἀλλήλοις ἔσονται καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ὄντες τοιοῦτοι τὰς φύσεις; Μὰ Δία, ἦ δ' ὅς, οὐ ῥᾳδίως. Ἀλλὰ μέντοι δεῖ γε πρὸς μὲν τοὺς οἰκείους πράους αὐτοὺς εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους χαλεπούς. εἰ δὲ μή, οὐ περιμενοῦσιν ἄλλους σφᾶς διολέσαι, ἀλλ' αὐτοὶ φθήσονται αὐτὸ δράσαντες. Ἀληθῆ, ἔφη. Τί οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ποιήσομεν; πόθεν ἅμα πρᾶον καὶ μεγαλόθυ-

adolescentis ad custodiam agendam? *Glau.* Quorsum haec? *So.* Utrumque ipsorum sagacem oportet esse ad sentiendum, et velocem deinde ad insequendum, ac demum robustum, cum assecutus fuerit, ad pugnandum capiendumque. *Glau.* Opus certe est omnibus istis. *So.* Atqui audax et fortis sit oportet, si quidem bene pugnaturus sit. *Glau.* Quidni? *So.* An vero fortis erit et audax, qui iracundus non sit, sive equus sive canis seu quodvis aliud animal? an non animadvertisti inexpugnabilem invictamque esse iram? qua praesente anima omnis intrepida ad omnia est et invicta? *Glau.* Animadverti. *So.* Manifestum est, qualem corpore custodem esse oportet. *Glau.* Manifestum. *So.* Quin etiam qualem et anima, scilicet iracundum. *Glau.* Et hoc. *So.* Quomodo ergo, o Glauco, asperi non erunt adversus se invicem civesque alios, cum tali natura praediti sint? *Glau.* Haud facile istud, per Iovem. *So.* Verumtamen oportet erga suos mansuetos, adversus autem hostes immites esse. alioquin haud exspectabunt, donec ipsos alii perdant, sed ipsi se ipsos perdent. *Glau.* Sic accidet. *So.* Quid igitur faciemus? ubinam mansuetum simul et

μον ἦθος εὑρήσομεν; ἐναντία γάρ που θυμοειδεῖ πρᾳΐα φύσις. Φαίνεται. Ἀλλὰ μέντοι τούτων ὁποτέρου ἂν ςέρηται, φύλαξ ἀγαθὸς οὐ μὴ γένηται. ταῦτα δὲ ἀδυνάτοις ἔοικε, καὶ οὕτω δὴ ξυμβαίνει ἀγαθὸν φύλακα ἀδύνατον εἶναι γενέσθαι. Κινδυνεύει, ἔφη. Καὶ ἐγὼ ἀπορήσας τε καὶ ἐπισκεψάμενος τὰ ἔμπροσθεν, Δικαίως γε, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, ἀπορούμεν· ἧς γὰρ προὐθέμεθα εἰκόνος ἀπελείφθημεν. Πῶς λέγεις; Οὐκ ἐνενοήσαμεν ὅτι εἰσὶν ἄρα φύσεις οἵας ἡμεῖς οὐκ ᾠήθημεν, ἔχουσαι τἀναντία ταῦτα. Ποῦ δή; Ἴδοι μὲν ἄν τις καὶ ἐν ἄλλοις ζώοις, οὐ μέντ' ἄν ἥκιςα ἐν ᾧ ἡμεῖς παρεβάλλομεν τῷ φύλακι. οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν ὅτι τοῦτο φύσει αὐτῶν τὸ ἦθος, πρὸς μὲν τοὺς συνήθεις τε καὶ γνωρίμους ὡς οἷόν τε πραοτάτους εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς ἀγνῶτας τοὐναντίον. Οἶδα μέντοι. Τοῦτο μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, δυνατόν, καὶ οὐ παρὰ φύσιν ζητοῦμεν τοιοῦτον εἶναι τὸν φύλακα. Οὐκ ἔοικεν. Ἆρ' οὖν σοι δοκεῖ ἔτι καὶ τοῦδε προσδεῖσθαι ὁ φυλακικὸς ἐσόμενος, πρὸς τῷ θυμοειδεῖ ἔτι προσγενέσθαι καὶ φιλόσοφος τὴν φύσιν; Πῶς δή; ἔφη· οὐ γὰρ ἐννοῶ. Καὶ τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, ἐν τοῖς κυσὶ κατόψει, ὃ καὶ ἄξιον θαυμάσαι τοῦ θηρίου. Τὸ

iracundum ingenium reperiemus? contraria namque iracundae natura mitis apparet. verum qui utro horum carebit, custos bonus non erit. haec autem in unum congredi non posse videntur: atque ita sequitur, ut bonus custos inveniri non possit. *Glau.* Videtur, ut dicis. *So.* Tunc sane dubitans, mecumque ipse animo superiora revolvens, Merito, inquam, dubitamus, amice. nam ab ea, quam supra induximus, comparatione digressi sumus. *Glau.* Quo pacto id ais? *So.* An non invenimus tales quasdam esse naturas, quales minime putaveramus, habentes haec simul in se contraria? *Glau.* Ubinam? *So.* Hoc utique et in aliis animalibus videre licet, et non minime in eo custode, cum quo nostrum custodem comparabamus. nosti enim generosi canis hunc a natura morem esse, ut adversus familiares et notos mitissimus sit, contra vero adversus ignotos. *Glau.* Novi certe. *So.* Ergo neque impossibile est neque praeter naturam, quod quaerimus, talem videlicet esse custodem. *Glau.* Sic apparet. *So.* An videtur praeterea tibi opus esse, ut, qui futurus sit custos, ad ferocitatem illam addat ut natura philosophus sit? *Glau.* Quomodo istud ais? non enim intelligo. *So.* Atqui et hoc in canibus intueri licet: quod quidem in bestia dignum admiratione sit. *Glau.* Quale

ποῖον; Ὅτι ὃν μὲν ἂν ἴδῃ ἀγνῶτα, χαλεπαίνει. οὐδὲν δὴ κακὸν προπεπονθώς· ὃν δ' ἂν γνώριμον, ἀσπάζεται, κἂν μηδὲν πώποτε ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπόνθῃ. ἦ οὔπω τοῦτο ἐθαύμασας; Οὐ πάνυ, ἔφη, μέχρι τούτου προσέσχον τὸν νοῦν· ὅτι δέ που δρᾷ ταῦτα, δῆλον. Ἀλλὰ μὴν κομψόν γε φαίνεται τὸ πάθος αὐτοῦ τῆς φύσεως καὶ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφον. Πῇ δή; Ἵι, ἣν δ' ἐγώ, ὄψιν οὐδενὶ ἄλλῳ φίλην καὶ ἐχθρὰν διακρίνει ἢ τῷ τὴν μὲν καταμαθεῖν, τὴν δὲ ἀγνοῆσαι· καί τοι πῶς οὐκ ἂν φιλομαθὲς εἴη συνέσει τε καὶ ἀγνοίᾳ ὁριζόμενον τό τε οἰκεῖον καὶ τὸ ἀλλότριον; Οὐδαμῶς, ἦ δ' ὅς, ὅπως οὔ. Ἀλλὰ μέντοι, εἶπον ἐγώ, τό γε φιλομαθὲς καὶ φιλόσοφον ταὐτόν; Ταὐτὸν γάρ, ἔφη. Οὐκοῦν θαῤῥοῦντες τιθῶμεν καὶ ἐν ἀνθρώπῳ, εἰ μέλλει πρὸς τοὺς οἰκείους καὶ γνωρίμους πρᾷός τις ἔσεσθαι φύσει, φιλόσοφον καὶ φιλομαθῆ αὐτὸν δεῖν εἶναι; Τιθῶμεν, ἔφη. Φιλόσοφος δὴ καὶ θυμοειδὴς καὶ ταχὺς καὶ ἰσχυρὸς ἡμῖν τὴν φύσιν ἔσαι ὁ μέλλων καλὸς κἀγαθὸς ἔσεσθαι φύλαξ πόλεως; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Οὗτος μὲν δὴ ἂν οὕτως ὑπάρχοι. θρέψονται δὲ δὴ ἡμῖν οὗτοι καὶ παιδευθήσονται τίνα τρόπον; καὶ ἆρά τι προὔργου ἡμῖν ἐστὶν αὐτὸ σκοποῦσι πρὸς τὸ κατιδεῖν οὗ

istud? *So.* Quem enim ignotum viderit, graviter fert, etsi nihil mali ab eo sit perpessus: noto autem blanditur, quamvis nihil boni ab eo susceperit. an nondum hoc admiratus es? *Glau.* Haud valde hucusque animadverti: quod autem hoc facit, manifestum est. *So.* At enim videtur hic naturae ipsius affectus ingenuus ac vere philosophus. *Glau.* Qua ratione? *So.* Quoniam aspectum nulla re alia amicum et inimicum discernit, quam quod hunc quidem novit, illum autem ignorat. nonne igitur merito dicendum erit discendi cupidum atque studiosum, quod cognitione et ignorantia discernit domesticum ab extraneo? *Glau.* Erit. quidni? *So.* Porro discendi studiosus et philosophus idem. *Glau.* Idem. *So.* Cur igitur audacter non ponamus et in homine, si quidem adversus familiares et notos mitis futurus est, philosophum ipsum esse et discendi cupidum oportere? *Glau.* Ponamus. *So.* Philosophus igitur et iracundus et velox et robustus natura erit, qui civitatis custos optimus est futurus. *Glau.* Sic est omnino. *So.* Talis itaque custos sit. At quo pacto nutrientur a vobis erudienturque custodes? atque haec consideratio nunquid vobis conferet

περ ἕνεκα πάντα σκοποῦμεν, δικαιοσύνην τε καὶ ἀδικίαν, τίνα τρόπον ἐν πόλει γίγνεται; ἵνα μὴ ἐῶμεν ἱκανὸν λόγον ἢ συχνὸν διεξίωμεν. Καὶ ὁ τοῦ Γλαύκωνος ἀδελφός, Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, ἔγωγε προσδοκῶ προὔργου εἶναι εἰς τοῦτο ταύτην τὴν σκέψιν. Μὰ Δία, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Ἀδείμαντε, οὐκ ἄρα ἀφετέον, οὐδ' εἰ μακροτέρα τυγχάνει οὖσα. Οὐ γὰρ οὖν. Ἴθι οὖν, ὡς περ ἐν μύθῳ μυθολογοῦντές τε καὶ σχολὴν ἄγοντες λόγῳ παιδεύωμεν τοὺς ἄνδρας. Ἀλλὰ χρή.

Τίς οὖν ἡ παιδεία; ἢ χαλεπὸν εὑρεῖν βελτίω τῆς ὑπὸ τοῦ πολλοῦ χρόνου εὑρημένης; ἔξι δέ που ἡ μὲν ἐπὶ σώμασι γυμναστική, ἡ δ' ἐπὶ ψυχῇ μουσική. Ἔξι γάρ. Ἆρ' οὖν οὐ μουσικῇ πρότερον ἀρξόμεθα παιδεύοντες ἢ γυμναστικῇ; Πῶς δ' οὔ; Μουσικῆς δ' εἰπὼν τίθης λόγους, ἢ οὔ; Ἔγωγε. Λόγων δὲ διττὸν εἶδος, τὸ μὲν ἀληθές, ψεῦδος δ' ἕτερον; Ναί. Παιδευτέον δ' ἐν ἀμφοτέροις, πρότερον 377
δ' ἐν τοῖς ψευδέσιν; Οὐ μανθάνω, ἔφη, πῶς λέγεις. Οὐ μανθάνεις, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι πρῶτον τοῖς παιδίοις μύθους λέγομεν; τοῦτο δέ που ὡς τὸ ὅλον εἰπεῖν ψεῦδος, ἔνι δὲ καὶ ἀληθῆ. πρότερον δὲ μύθοις πρὸς

ad id, cuius gratia consideramus omnia, comperiendum, quomodo scilicet in civitate iustitia insit et iniustitia? Id certe cogitandum est, ne forte vel necessaria dimittamus vel supervacua prosequamur. *Adi.* Reor equidem disceptationem hanc summopere ad id, quod nobis propositum est, conducere. *So.* Ita et ipse per Iovem, o amice Adimante, existimo. non igitur desistendum, neque etiamsi haec longiora essent. *Adi.* Non certe. *So.* Age itaque, quemadmodum in fabulis otium agentes confabulantesque, oratione hos homines instruamus. *Adi.* Nempe sic decet. *So.* Quae igitur erit disciplina? num difficile erit invenire meliorem illa, quae hactenus longo tempore est inventa? est autem haec ad corpus quidem pertinens gymnastica, ad animum musica. *Adi.* Est plane. *So.* An non a musica eruditio haec prius quam a gymnastica incipere debet? *Adi.* Certe. *So.* Cum musicam dicis, sermones etiam ponis, necne? *Adi.* Pono. *So.* Orationis autem species duae, vera et falsa. Ita est. *So.* Erudiendus utique in utraque custos futurus, priusque in falsa. *Adi.* Haud intelligo, quid dicas. *So.* Nescis, quod pueris fabulas prius narramus? haec autem, ut simpliciter dicam, falsa sunt, licet quaedam etiam veridica iudicentur. prius autem fabulis ad pueros quam gymnasiis utimur. *Ad.*

τὰ παιδία ἢ γυμνασίοις χρώμεθα. Ἔξι ταῦτα. Τοῦτο δὴ ἔλεγον, ὅτι μουσικῆς πρότερον ἁπτέον ἢ γυμναστικῆς. Ὀρθῶς, ἔφη. Οὐκοῦν οἶσθα ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον, ἄλλως τε καὶ νέῳ καὶ ἁπαλῷ ὁτῳοῦν; μάλιστα γὰρ δὴ τότε πλάττεται καὶ ἐνδύεται τύπος ὃν ἄν τις βούληται ἐνσημήνασθαι ἑκάστῳ. Κομιδῇ μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν ῥᾳδίως οὕτω παρήσομεν τοὺς ἐπιτυχόντας ὑπὸ τῶν ἐπιτυχόντων μύθους πλασθέντας ἀκούειν τοὺς παῖδας, καὶ λαμβάνειν ἐν ταῖς ψυχαῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐναντίας δόξας ἐκείναις ἃς ἐπειδὰν τε- 1
λεωθῶσιν ἔχειν οἰησόμεθα δεῖν αὐτούς; Οὐδ' ὁπωστιοῦν παρήσομεν. Πρῶτον δὴ ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ἐπισατητέον τοῖς μυθοποιοῖς, καὶ ὃν μὲν ἂν καλὸν μῦθον ποιήσωσιν, ἐγκριτέον, ὃν δ' ἂν μή, ἀποκριτέον. τοὺς δ' ἐγκριθέντας πείσομεν τάς τροφούς τε καὶ μητέρας λέγειν τοῖς παισί, καὶ πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ σώματα ταῖς χερσίν. ὧν δὲ νῦν λέγουσι τοὺς πολλοὺς ἐκβλητέον. Ποίους δή; ἔφη. Ἐν τοῖς μείζοσιν, ἦν δ' ἐγώ, μύθοις ὀψόμεθα καὶ τοὺς ἐλάττους. δεῖ γὰρ δὴ τὸν αὐτὸν τύπον εἶναι καὶ 2
ταὐτὸν δύνασθαι τούς τε μείζους καὶ τοὺς ἐλάττους. ἢ οὐκ οἴει; Ἔγωγε, ἔφη· ἀλλ' οὐκ ἐννοῶ οὐδὲ τοὺς μεί-

Est, ut dicis. *So.* Hoc ergo volebam. cum dicerem attingendam esse prius musicam quam gymnasticam. *Adi.* Probe. *So.* An nescis omnis operis maximum quid principium esse? praesertim iuveni et tenero cuique: maxime enim tunc formatur induiturque figura, quam quis unicuique imprimere velit. *Adi.* Omnino quidem. *So.* An adeo facile permittemus quaslibet fabulas a quibuscunque formatas audire pueros, animisque imbibere opiniones ut plurimum contrarias illis, quas, cum adoleverint, habere illos debere existimamus? *Adi.* Nullo modo id permittemus. *So.* Primum igitur, ut videtur, fabularum fictoribus praesidendum, et, si quam bonam fabulam fecerint, eligendum, reliquas autem abiiciendum. Quas denique elegerimus, per nutrices et matres pueris narrandas curabimus, ut ipsorum animi fabulis multo magis informentur quam corpora manibus. Ex his vero, quas nunc recensent, multae erunt abiiciendae. *Adi.* Quales? *So.* In maioribus plane minores videbimus. oportet enim eandem figuram esse eandemque potentiam et maiorum pariter et minorum, an non censes? *Adi.* Censeo equidem. verum

ζους τίνας λέγεις. Οὓς Ἡσίοδός τε, εἶπον, καὶ Ὅμηρος ἡμῖν ἐλεγέτην καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί. οὗτοι γάρ που μύθους τοῖς ἀνθρώποις ψευδεῖς συντιθέντες ἔλεγόν τε καὶ λέγουσιν. Ποίους δή, ἦ δ' ὅς, καὶ τί αὐτῶν μεμφόμενος λέγεις; Ὃ περ, ἦν δ' ἐγώ, χρὴ καὶ πρῶτον καὶ μάλιστα μέμφεσθαι, ἄλλως τε καὶ ἐάν τις μὴ καλῶς ψεύδηται. Τί τοῦτο; Ὅταν εἰκάζῃ τις κακῶς τῷ λόγῳ περὶ θεῶν τε καὶ ἡρώων, οἷοί εἰσιν, ὡς περ γραφεὺς μηδὲν ἐοικότα γράφων οἷς ἂν ὅμοια βουληθῇ γράψαι. Καὶ γάρ, ἔφη, ὀρθῶς ἔχει τά γε τοιαῦτα μέμφεσθαι. ἀλλὰ πῶς δὴ λέγομεν, καὶ ποῖα; Πρῶτον μέν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ μέγιστον καὶ περὶ τῶν μεγίστων ψεῦδος ὁ εἰπὼν οὐ καλῶς ἐψεύσατο, ὡς Οὐρανός τε εἰργάσατο ἃ φησι δρᾶσαι αὐτὸν Ἡσίοδος, ὅ τε αὖ Κρόνος ὡς ἐτιμωρήσατο αὐτόν. τὰ δὲ δὴ τοῦ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέος, οὐδ' ἂν εἰ ἦν ἀληθῆ, ὥμην δεῖν ῥαδίως οὕτω λέγεσθαι πρὸς ἄφρονάς τε καὶ νέους, ἀλλὰ μάλιστα μὲν σιγᾶσθαι, εἰ δὲ ἀνάγκη τις ἦν λέγειν, δι' ἀπορρήτων ἀκούειν ὡς ὀλιγίστους, θυσαμένους οὐ χοῖρον ἀλλά τι μέγα καὶ ἄπορον θῦμα, ὅπως ὅτι ἐλαχίστους συνέβη ἀκοῦσαι. Καὶ γάρ, ἦ δ' ὅς, οὗτοί γε οἱ

3-8

quas maiores appelles, nequaquam intelligo. *So.* Quas Hesiodus et Homerus reliquique poëtae scripserunt. hi namque hominibus falsas fabulas effinxere, quae quotidie circumferuntur. *Adi.* Quas fabulas dicis? quidve in ipsis damnas? *So.* Quod et primo et maxime damnari oportet, praesertim cum aliquis non bene mentitur. *Adi.* Quid istud? *So.* Quando quis verbis male fingit, quales Dii et heroës sint: instar pictoris nulla ex parte similia figuratis ad ea, quae imitari conatur. *Adi.* Atqui talia merito vituperantur. verum quomodo dicimus et quae apud eos talia reperimus? *So.* Primum quidem et maximum et de maximis rebus mendacium, quod non probe mentitus est Hesiodus, quando gesta illa a Coelo fingit, additque quemadmodum Saturnus eum punivit; quaeve egit Saturnus recenset, et quae a filio perpessus est. Quae quidem etsi vera essent, non tamen putarem tam aperte ad homines mentis inopes adolescentesque proferenda, sed tacenda potius. sin autem necessitas esset loquendi, in arcanis audienda paucis, non porcum sacrificantibus, sed pretiosam quandam rarumque victimam, ut quam paucissimos audire contingat. *Adi.*

λόγοι χαλεποί. Καὶ οὐ λεκτέοι γ', ἔφην, ὦ Ἀδείμαντε, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει. οὐδὲ λεκτέον νέῳ ἀκούοντι ὡς ἀδικῶν τὰ ἔσχατα οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ποιοῖ, οὐδ' αὖ ἀδικοῦντα πατέρα κολάζων παντὶ τρόπῳ, ἀλλὰ δρᾴη ἂν ὅ περ θεῶν οἱ πρῶτοί τε καὶ μέγιστοι. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, οὐδ' αὐτῷ μοι δοκεῖ ἐπιτήδεια εἶναι λέγειν. Οὐδέ γε, ἦν δ' ἐγώ, τὸ παράπαν ὡς θεοὶ θεοῖς πολεμοῦσί τε καὶ ἐπιβουλεύουσι καὶ μάχονται· οὐδὲ γὰρ ἀληθῆ· εἴ γε δεῖ ἡμῖν τοὺς μέλλοντας τὴν πόλιν φυλάξειν αἴσχιστον νομίζειν τὸ ῥᾳδίως ἀλλήλοις ἀπεχθάνεσθαι. πολλοῦ δεῖ γιγαντομαχίας τε μυθολογητέον αὐτοῖς καὶ ποικιλτέον καὶ ἄλλας ἔχθρας πολλὰς καὶ παντοδαπὰς θεῶν τε καὶ ἡρώων πρὸς συγγενεῖς τε καὶ οἰκείους αὐτῶν, ἀλλ' εἴ πως μέλλομεν πείσειν ὡς οὐδεὶς πώποτε πολίτης ἕτερος ἑτέρῳ ἀπήχθετο οὐδ' ἔστι τοῦτο ὅσιον, τοιαῦτα λεκτέα μᾶλλον πρὸς τὰ παιδία εὐθὺς καὶ γέρουσι καὶ γραυσὶ καὶ πρεσβυτέροις γιγνομένοις, καὶ τοὺς ποιητὰς ἐγγὺς τούτων ἀναγκαστέον λογοποιεῖν. Ἥρας δὲ δεσμοὺς ὑπὸ υἱέος καὶ Ἡφαίστου ῥίψεις ὑπὸ πατρός, μέλλοντος τῇ μητρὶ τυπτομένῃ ἀμυνεῖν, καὶ θεομαχίας ὅσας Ὅμηρος πεποίη-

Profecto duri sunt hi sermones. *So.* Neque dicendi, o Adimante, in civitate nostra. neque dicendum iuveni audienti, quod, qui iniquissima facinora perpetrat, nihil mirum committat: aut qui peccantem patrem supplicio afficit, non multum praevaricetur: immo faciat, quod primi maximique Deorum efficiunt. *Adi.* Non per Iovem; nam neque mihi quidem digna haec videntur, quae dicantur. neque omnino, quod cum Diis Dii bellum gerant, insidientur et pugnent. neque enim vera: siquidem oportet futuros apud nos civitatis custodes turpe putare inter se invicem dissidere. quare nec ullo pacto narrandum illis gigantum bellum, proeliave permulta Deorum et heroum cognatis suis proximisque indicta: sed, si quo pacto persuasuri sumus nullum unquam civem civi adversatum esse, neque esse hoc sanctum, talia quaedam potius et pueris statim et adolescentibus a senioribus aniculisque narranda sunt, cogendique poëtae ut ad haec fabulas suas dirigant. vincula autem Iunoni a filio indita, proiectionemque Vulcani a patre, cum ille matri verberatae subvenire vellet, aut Deorum pugnas, quotcunque Homerus scripsit, minime in civitatem recipere debemus,

εἶν, οὐ παραδεκτέον εἰς τὴν πόλιν, οὔτ' ἐν ὑπονοίαις πεποιημένας οὔτ' ἄνευ ὑπονοιῶν. ὁ γὰρ νέος οὐχ οἷός τε κρίνειν ὅ τί τε ὑπόνοια καὶ ὃ μή, ἀλλ' ἃ ἂν τηλικοῦτος ὢν λάβῃ ἐν ταῖς δόξαις, δυσέκνιπτά τε καὶ ἀμετάστατα φιλεῖ γίγνεσθαι. ὧν δὴ ἕνεκα περὶ παντὸς ποιητέον, ἃ πρῶτα ἀκούουσιν, ὅτι κάλλιστα μεμυθολογημένα πρὸς ἀρετὴν ἀκούειν. Ἔχει γάρ, ἔφη, λόγον. ἀλλ' εἴ τις αὖ καὶ ταῦτα ἐρωτῴη ἡμᾶς αὐτὰ ἅπερ ἐσὶ καὶ τίνες οἱ μῦθοι, τίνας ἂν φαῖμεν; Καὶ ἐγὼ εἶπον Ὦ Ἀδείμαντε, οὐκ ἐσμὲν ποιηταὶ ἐγώ τε καὶ σὺ ἐν τῷ παρόντι, ἀλλ' οἰκισταὶ πόλεως. οἰκισταῖς δὲ 379
τοὺς μὲν τύπους προσήκει εἰδέναι ἐν οἷς δεῖ μυθολογεῖν τοὺς ποιητάς, παρ' οὓς ἐὰν ποιῶσιν οὐκ ἐπιτρεπτέον, οὐ μὴν αὐτοῖς γε ποιητέον μύθους. Ὀρθῶς, ἔφη· ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο οἱ τύποι περὶ θεολογίας τίνες ἂν εἶεν; Τοιοίδε πού τινες, ἦν δ' ἐγώ. οἷος τυγχάνει ὁ θεὸς ὤν, ἀεὶ δή που ἀποδοτέον, ἐάν τέ τις αὐτὸν ἐν ἔπεσι ποιῇ ἐάν τε ἐν μέλεσιν ἐάν τε ἐν τραγῳδίᾳ. Δεῖ γάρ. Οὐκοῦν ἀγαθὸς ὅ γε θεὸς τῷ ὄντι τε καὶ λεκτέον οὕτως; Τί μήν; Ἀλλὰ μὴν οὐδέν γε τῶν ἀγαθῶν βλαβερόν. ἢ γάρ; Οὔ μοι δοκεῖ. Ἆρ' οὖν,

sive per allegoriam dicta haec sint, sive sine allegoria. non enim adolescens haec dignoscere potest; sed quae in ea aetate opinionibus accipiuntur, altius inhaerere difficillimeque eraditari consueverunt. Quorum forte gratia danda omnino est opera, ut hae fabellae, quas primas audient, optime institutae ad virtutem sint. *Adi.* Non est procul a ratione, quod dicis. verum si quis interroget, hae quae sint et cuiusmodi fabulae, quidnam dicemus? *So.* O Adimante poëtae quidem nos in praesentia neque ego neque tu sumus, sed civitatis institutores. hos autem nosse oportet figuras, in quibus fingere poëtae fabulas debeant: quas si excesserint, fabulae huiusmodi admittendae non sunt: neque tamen ad civitatis institutores pertinet fabulas fingere. *Adi.* Recte loqueris: sed hoc mihi declara, quales istae circa theologiam figurae? *So.* Tales quaedam: qualis ipse Deus est, talis semper est describendus, sive carminibus describatur sive cantibus sive etiam tragoedia. *Adi.* Ita decet. *So.* Nonne bonus et ipse Deus est et ita dicendum? *Adi.* Procul dubio. *So.* Atqui nullum bonum noxium est. *Adi.* Nullum, ut arbitror. *So.* Quod innoxium est, num quid nocet? *Adi.* Nequaquam.

ὃ μὴ βλαβερόν, βλάπτει; Οὐδαμῶς. Ὃ δὲ μὴ βλάπτει, κακόν τι ποιεῖ; Οὐδὲ τοῦτο. Ὃ δέ γε μηδὲν κακὸν ποιεῖ, οὐδ' ἄν τινος εἴη κακοῦ αἴτιον; Πῶς γάρ; Τί δέ; ὠφέλιμον τὸ ἀγαθόν; Ναί. Αἴτιον ἄρα εὐπραγίας; Ναί. Οὐκ ἄρα πάντων γε αἴτιον τὸ ἀγαθόν, ἀλλὰ τῶν μὲν εὖ ἐχόντων αἴτιον, τῶν δὲ κακῶν ἀναίτιον. Παντελῶς γ', ἔφη. Οὐδ' ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὁ θεός, ἐπειδὴ ἀγαθός, πάντων ἂν εἴη αἴτιος, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἀλλ' ὀλίγων μὲν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιος, πολλῶν δὲ ἀναίτιος· πολὺ γὰρ ἐλάττω τἀγαθὰ τῶν κακῶν 1
ἡμῖν. καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον αἰτιατέον, τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἄττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια ἀλλ' οὐ τὸν θεόν. Ἀληθέστατα, ἔφη, δοκεῖς μοι λέγειν. Οὐκ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἀποδεκτέον οὔτε Ὁμήρου οὔτ' ἄλλου ποιητοῦ ταύτην τὴν ἁμαρτίαν περὶ τοὺς θεοὺς ἀνοήτως ἁμαρτάνοντος, καὶ λέγοντος ὡς δοιοὶ πίθοι

κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
Κηρῶν ἔμπλειοι, ὁ μὲν ἐσθλῶν, αὐτὰρ ὁ δειλῶν·
καὶ ᾧ μὲν ἂν μίξας ὁ Ζεὺς δῷ ἀμφοτέρων,
ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ· 2
ᾧ δ' ἂν μή, ἀλλ' ἄκρατα τὰ ἕτερα,
τὸν δὲ κακὴ βούβρωσις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει.

So. Quod non nocet, nunquid malum facit? *Adi.* Neque istud quidem. *So.* Quod autem nihil mali facit, nullius mali est causa? *Adi.* Nullius. *So.* Item, nonne conducibile bonum est? *Adi.* Prorsus. *So.* Ergo bene feliciterque agendi causa est. *Adi.* Est. *So.* Non igitur omnium causa bonum est, sed eorum, quae bene se habent, causa; eorum vero, quae male, nequaquam. *Adi.* Sic est omnino. *So.* Non igitur Deus, cum bonus sit, omnium causa est, ut multi dicunt: sed paucorum quidem hominibus in causa est, multorum vero extra causam. multo enim pauciora nobis sunt bona quam mala. et bonorum quidem solus Deus causa est dicendus: malorum autem quamlibet aliam praeter Deum causam quaerere decet. *Adi.* Verissima loqui mihi videris. *So.* Neque Homeri igitur neque alterius poëtae accipiendum est peccatum, stulte de Diis dicentis, in Iovis limine duo iacere dolia plena sortibus, bonis unum, malis alterum, eumque ex his Iuppiter invicem commixtis impertit alicui, alias huic bene, alias male esse: cui vero ex altero datur, hunc vesana fames super terras exagitat. neque vero admittendum est,

οὐδ' ὡς ταμίας ἡμῖν Ζεὺς
ἀγαθῶν τε κακῶν τε τέτυκται.

τὴν δὲ τῶν ὅρκων καὶ σπονδῶν σύγχυσιν, ἣν ὁ Πάνδαρος συνέχεεν, ἐάν τις φῇ δι' Ἀθηνᾶς τε καὶ Διὸς γεγονέναι, οὐκ ἐπαινεσόμεθα· οὐδὲ θεῶν ἔριν τε καὶ κρίσιν διὰ Θέμιτός τε καὶ Διός· οὐδ' αὖ ὡς Αἰσχύλος λέγει, 380
ἐκτέον ἀκούειν τοὺς νέους, ὅτι

θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

ἀλλ' ἐάν τις ποιῇ ἐν οἷς ταῦτα τὰ ἰαμβεῖα ἔνεστι, τὰ τῆς Νιόβης πάθη ἢ τὰ Πελοπιδῶν ἢ τὰ Τρωϊκὰ ἢ τι ἄλλο τῶν τοιούτων, ἢ οὐ θεοῦ ἔργα ἐατέον αὐτὰ λέγειν, ἢ εἰ θεοῦ, ἐξευρετέον αὐτοῖς σχεδὸν ὃν νῦν ἡμεῖς λόγον ζητοῦμεν, καὶ λεκτέον ὡς ὁ μὲν θεὸς δίκαιά τε καὶ ἀγαθὰ εἰργάζετο, οἱ δὲ ὠνίναντο κολαζόμενοι. ὡς δὲ ἄθλιοι μὲν οἱ δίκην διδόντες, ἦν δὲ δὴ ὁ δρῶν ταῦτα θεός, οὐκ ἐατέον λέγειν τὸν ποιητήν. ἀλλ' εἰ μὲν ὅτι ἐδεήθησαν κολάσεως λέγοιεν ὡς ἄθλιοι οἱ κακοί, διδόντες δὲ δίκην ὠφελοῦντο ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἐατέον· κακῶν δὲ αἴτιον φάναι θεόν τινι γίγνεσθαι ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχετέον παντὶ τρόπῳ μή τέ τινα λέγειν ταῦτα ἐν

Iovem nobis penuarium esse bonorum atque malorum. confusionem vero iuramentorum inductarumque, a Pandaro factam, si quis per Iovem et Minervam factam fuisse dixerit, nequaquam laudabimus: neque Deorum controversiam dissensionemque et iudicium per Themim atque Iovem. neque, quod dicit Aeschylus, adolescentes audiant, Deum mortalibus causam praebere, quando vult funditus domum subvertere. Verum si quis lambica inducat, in quibus passiones Niobes referantur vel Pelopidarum vel Troianorum aut aliquid huiusmodi, vel sinendum non est eum dicere haec Dei esse opera: vel si Dei sunt, educenda est in his ea, quam nunc quaerimus, ratio, dicendumque Deum quidem bona iustaque egisse, atque eos puniendo iuvisse. quod vero miseri sint, qui poenas pendent, sitque Deus qui sic afflixit, poetam dicere non est permittendum. sed si diceret malos homines, utpote miseros, poenis egere easque solventes a Deo iuvari, permittendum. malorum autem alicui causam esse ipsum Deum, cum bonus sit, refellendum est omnino; neque permittendum hoc quenquam dicere

τῇ αὐτοῦ πόλει, εἰ μέλλει εὐνομήσεσθαι, μὴ τέ τινα ἀκούειν, μήτε νεώτερον μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἐν μέτρῳ μήτε ἄνευ μέτρου μυθολογοῦντα, ὡς οὔθ' ὅσια ἂν λεγόμενα, εἰ λέγοιτο, οὔτε ξύμφορα ἡμῖν οὔτε ξύμφωνα αὐτὰ αὑτοῖς. Σύμψηφός σοί εἰμι, ἔφη, τούτου τοῦ νόμου, καί μοι ἀρέσκει. Οὗτος μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, εἷς ἂν εἴη τῶν περὶ θεοὺς νόμων τε καὶ τύπων, ἐν ᾧ δεήσει τοὺς λέγοντας λέγειν καὶ τοὺς ποιοῦντας ποιεῖν μὴ πάντων αἴτιον τὸν θεὸν ἀλλὰ τῶν ἀγαθῶν. Καὶ μάλ', ἔφη, ἀπόχρη. Τί δὲ δὴ ὁ δεύτερος ὅδε; ἆρα γόητα τὸν θεὸν οἴει εἶναι καὶ οἷον ἐξ ἐπιβουλῆς φαντάζεσθαι ἄλλοτε ἐν ἄλλαις ἰδέαις, τοτὲ μὲν αὐτὸν γιγνόμενον καὶ ἀλλάττοντα τὸ αὑτοῦ εἶδος εἰς πολλὰς μορφάς, τοτὲ δ' ἡμᾶς ἀπατῶντα καὶ ποιοῦντα περὶ αὑτοῦ τοιαῦτα δοκεῖν; ἢ ἁπλοῦν τε εἶναι καὶ πάντων ἥκιστα τῆς ἑαυτοῦ ἰδέας ἐκβαίνειν; Οὐκ ἔχω, ἔφη, νῦν γε οὕτως εἰπεῖν. Τί δὲ τόδε; οὐκ ἀνάγκη, εἴ πέρ τι ἐξίσαιτο τῆς αὑτοῦ ἰδέας, ἢ αὐτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ μεθίσασθαι ἢ ὑπ' ἄλλου; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν ὑπὸ μὲν ἄλλου τὰ ἄριστα ἔχοντα ἥκιστα ἀλλοιοῦται τε καὶ κινεῖται, οἷον σῶμα ὑπὸ σιτίων τε καὶ πο-

in sua civitate, si bonis institui legibus civitas debet; neque insuper quenquam audire, sive sit ille iunior sive senior, sive carminibus haec inserantur sive soluta oratione narrentur; tanquam quae neque dictu sancta sint neque nobis utilia neque inter se consona. *Adi.* Consuffragator tibi sum hac in lege ferenda. mihi nempe haec placent. *So.* Haec utique una sit lex atque figura ex his, quae circa Deos ferendae sunt, in qua cogatur unusquisque et dicere et inducere Deum non omnium causam, sed bonorum. *Adi.* Sufficit. *So.* Quid autem haec secunda? num existimas praestigiatorem esse Deum, et tanquam ex insidiis alias alia sub specie apparere? et alias quidem in multas formas speciem suam mutantem aliumque effectum, alias autem nos decipientem, vanasque de se nobis imagines offerentem? vel simplicem potius minimeque omnium sua ex specie discedentem? *Adi.* Nescio, quid in praesentia de his dicam. *So.* Quid autem hoc? nonne necesse est, si quid a specie sua discedat, vel ipsum a se mutari vel ab alio? *Adi.* Necesse. *So.* Haudquaquam ab alio, quae optime se habent, mutantur atque vertuntur, quemadmodum corpus a

τῶν καὶ πόνων, καὶ πᾶν φυτὸν ὑπὸ εἰλήσεών τε καὶ ἀνέμων καὶ τῶν τοιούτων παθημάτων, οὐ τὸ ὑγιέσατον καὶ ἰσχυρότατον ἥκιστα ἀλλοιοῦται; Πῶς δ' οὔ; Ψυχὴν δὲ αὐτὴν οὐ τὴν ἀνδρειοτάτην καὶ φρονιμωτάτην ἥκιστ' ἄν τι ἔξωθεν πάθος ταράξειέ τε καὶ ἀλλοιώσειεν; Ναί. Καὶ μήν που καὶ τά γε ξύνθετα πάντα σκεύη τε καὶ οἰκοδομήματα καὶ ἀμφιέσματα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τὰ εὖ εἰργασμένα καὶ εὖ ἔχοντα ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῶν ἄλλων παθημάτων ἥκιστα ἀλλοιοῦται. Ἔστι δὴ ταῦτα. Πᾶν δὴ τὸ καλῶς ἔχον ἢ φύσει ἢ τέχνῃ ἢ ἀμφοτέροις ἐλαχίστην μεταβολὴν ὑπ' ἄλλου ἐνδέχεται. Ἔοικεν. Ἀλλὰ μὴν ὁ θεός τε καὶ τὰ τοῦ θεοῦ πάντῃ ἄριστα ἔχει. Ὡς δ' οὔ; Ταύτῃ μὲν δὴ ἥκιστα ἂν πολλὰς μορφὰς ἴσχοι ὁ θεός. Ἥκιστα δῆτα. Ἀλλ' ἆρα αὐτὸς αὑτὸν μεταβάλλοι ἂν καὶ ἀλλοιοῖ; Δῆλον, ἔφη, ὅτι, εἴ περ ἀλλοιοῦται. Πότερον οὖν ἐπὶ τὸ βέλτιόν τε καὶ κάλλιον μεταβάλλει ἑαυτὸν ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ τὸ αἴσχιον ἑαυτοῦ; Ἀνάγκη, ἔφη, ἐπὶ τὸ χεῖρον, εἴ περ ἀλλοιοῦται· οὐ γάρ που ἐνδεᾷ γε φήσομεν τὸν θεὸν κάλλους ἢ ἀρετῆς εἶναι. Ὀρθότατα, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. καὶ οὕτως ἔχοντος δοκεῖ ἄν τίς σοι, ὦ Ἀδείμαντε, ἑκὼν

cibis et poculis et laboribus, et plantaria omnia ab aestu tempestatibusque ventorum et huiusmodi passionibus: ubi quod integerrimum est et robustissimum, minime permutatur. *Adi.* Ita certe. *So.* Nonne animum quoque fortissimum et sapientissimum externa perturbatio minime permutaret? *Adi.* Sane. *So.* Quin etiam composita omnia vasa, aedificia, vestimenta eadem ratione, bene constructa ac bene se habentia, minime vel tempore vel passionibus aliis immutantur. *Adi.* Est, ut dicis. *So.* Quicquid igitur bene se habet vel natura vel arte vel utrisque, minimam permutationem ab alio suscipit. *Adi.* Videtur. *So.* At vero Deus ipse, et quae Dei sunt, omni ex parte quam optime sese habent. *Adi.* Quidni? *So.* Hac igitur ratione minime formas plures Deus susciperet. *Adi.* Minime. *So.* Nunquid autem se ipse verteret mutaretque Deus? *Adi.* Manifestum hoc est, siquidem mutaretur. *So.* Utrum igitur in melius et pulchrius vel in pelus ac turpius? *Adi.* Necesse est, ut in peius: si modo mutatur. non enim indigum pulchritudinis et virtutis esse Deum dicimus. *So.* Recte nimium loqueris. verum cum haec ita se habeant, credisne tu sua sponte aliquem, sive Deum sive hominem, de-

αὐτὸν χείρω ποιεῖν ὁπηοῦν ἢ θεῶν ἢ ἀνθρώπων; Ἀδύνατον, ἔφη. Ἀδύνατον ἄρα, ἔφην, καὶ θεῷ ἐθέλειν αὐτὸν ἀλλοιοῦν, ἀλλ' ὡς ἔοικε, κάλλιστος καὶ ἄριστος ὢν εἰς τὸ δυνατὸν ἕκαστος αὐτῶν μένει ἀεὶ ἁπλῶς ἐν τῇ αὑτοῦ μορφῇ. Ἅπασα, ἔφη, ἀνάγκη ἔμοιγε δοκεῖ. Μηδεὶς ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὦ ἄριστε, λεγέτω ἡμῖν τῶν ποιητῶν ὡς

Θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,
παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας.

μηδὲ Πρωτέως καὶ Θέτιδος καταψευδέσθω μηδείς, μηδ' ἐν τραγῳδίαις μηδ' ἐν τοῖς ἄλλοις ποιήμασιν εἰσαγέτω Ἥραν ἠλλοιωμένην ὡς ἱέρειαν, ἀγείρουσαν

Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις·

καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ μὴ ἡμῖν ψευδέσθωσαν. μηδ' αὖ ὑπὸ τούτων ἀναπειθόμεναι αἱ μητέρες τὰ παιδία ἐκδειματούντων, λέγουσαι τοὺς μύθους κακῶς, ὡς ἄρα θεοί τινες περιέρχονται νύκτωρ πολλοῖς ξένοις καὶ παντοδαποῖς ἐνδαλλόμενοι, ἵνα μὴ ἅμα μὲν εἰς θεοὺς βλασφημιῶσιν, ἅμα δὲ τοὺς παῖδας ἀπεργάζωνται δειλοτέρους. Μὴ γάρ, ἔφη. Ἀλλ' ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, αὐτοὶ μὲν οἱ θεοὶ εἰσιν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, ἡμῖν δὲ ποιοῦσι δοκεῖν σφᾶς παντοδαποὺς φαίνεσθαι ἐξαπατῶντες καὶ γοητεύοντες; Ἴσως, ἔφη. Τί δέ; ἦν δ' ἐγώ· ψεύδε-

teriorem se facere? *Adi.* Impossibile certe istud. *So.* Impossibile igitur, Deum mutare se velle: sed, ut videtur, pulcherrimus optimusque cum sit Deorum quisque, quod fieri potest, omnes sua in forma sempiterna et simplici perseverant. *Adi.* Necessarium esse omnino hoc arbitror. *So.* Nullus igitur poëtarum nobis, o vir optime, dicat Deos hospitibus similes variis in formis urbes adire, neque aliquis de Proteo et Thetide similia mentiatur: neque in tragoediis aut aliis poëmatis inducat Iunonem in sacerdotis speciem permutatam Inachi Argivi fluminis filiis vita donatis munera colligentem: ceteraque talia nemo audeat fingere. neque matres vanis his fabulis pueros terreant, Deos quosdam nocte vagari peregrinis quibusdam, variis sub formis, persimiles; ne simul et in Deos male dicant et ipsos pueros timidiores reddant. *Adi.* Nullo modo. *So.* At vero nunquid Dii ipsi immutabiles sunt, sed quibusdam praestigiis nos decipientes varias in formas mutari videntur? *Adi.* Forsitan ita. *So.* Quid vero, mentirine Deus velit,

σθαι θεὸς ἐθέλοι ἂν ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ φάντασμα προτεί-
382 νων; Οὐκ οἶδα, ἦ δ' ὅς. Οὐκ οἶσθα, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι
τό γε ὡς ἀληθῶς ψεῦδος, εἰ οἷόν τε τοῦτο εἰπεῖν, πάν-
τες θεοί τε καὶ ἄνθρωποι μισοῦσιν; Πῶς, ἔφη, λέγεις;
Οὕτως, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι τῷ κυριωτάτῳ που ἑαυτῶν ψεύ-
δεσθαι καὶ περὶ τὰ κυριώτατα οὐδεὶς ἑκὼν ἐθέλει, ἀλλὰ
πάντων μάλιστα φοβεῖται ἐκεῖ αὐτὸ κεκτῆσθαι. Οὐδὲ
νῦν πω, ἦ δ' ὅς, μανθάνω. Οἴει γάρ τί με, ἔφην,
σεμνὸν λέγειν· ἐγὼ δὲ λέγω ὅτι τῇ ψυχῇ περὶ τὰ ὄντα
ψεύδεσθαί τε καὶ ἐψεῦσθαι καὶ ἀμαθῆ εἶναι καὶ ἐνταῦ- 10
θα ἔχειν τε καὶ κεκτῆσθαι τὸ ψεῦδος πάντες ἥκιστα ἂν
δέξαιντο καὶ μισοῦσι μάλιστα αὐτὸ ἐν τῷ τοιούτῳ. Πο-
λύ γε, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν ὀρθότατά γ' ἄν, ὃ νῦν δὴ ἔλε-
γον, τοῦτο ὡς ἀληθῶς ψεῦδος καλοῖτο, ἡ ἐν τῇ ψυχῇ
ἄγνοια ἡ τοῦ ἐψευσμένου, ἐπεὶ τό γε ἐν τοῖς λόγοις μί-
μημά τι τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ ἐξὶ παθήματος καὶ ὕστερον γε-
γονὸς εἴδωλον, οὐ πάνυ ἄκρατον ψεῦδος. ἦ οὐχ οὕ-
τως; Πάνυ μὲν οὖν. Τὸ μὲν δὴ τῷ ὄντι ψεῦδος οὐ
μόνον ὑπὸ θεῶν ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἀνθρώπων μισεῖται.
Δοκεῖ μοι. Τί δὲ δή; τὸ ἐν τοῖς λόγοις ψεῦδος πότε 20
καὶ τί χρήσιμον, ὥστε μὴ ἄξιον εἶναι μίσους; ἆρ' οὐ

aut verbis aut re falsam obiectans imaginem? *Adi.* Nescio istud. *So.* An nescis, quod ipsum revera mendacium, si modo dici id potest, omnes homines Diique oderunt? *Adi.* Qui istud ais? *So.* Sic inquam, nullus enim sponte vult ipso quodam sui praecipuo praestantissimoque, et circa res praecipuas praestantissimasque mentiri: sed summopere illud ibi mendacium timet. *Adi.* Neque nunc etiam intelligo. *So.* Putas me magnum aliquid dicere. ego autem dico, quod ipsa animâ circa res ipsas mentiri et mentitum esse, et inscitia falli, atque in ea habere accepisseque mendacium, nullus unquam eligeret, mendacium quippe habere in animo summopere omnes oderunt. *Adi.* Summopere. *So.* Atqui recte, quod modo dicebam, hoc revera mendacium vocaretur, in animo mentientis inscitia: quoniam quod est in sermone mendacium, imitatio quaedam est passionis eius, quae est in animo, et posterius procedens simulacrum, haud omnino purum mendacium; nonne ita? *Adi.* Ita prorsus. *So.* Ipsum itaque revera mendacium non solum Diis, sed hominibus etiam est odiosum. *Adi.* Mihi quidem videtur. Quid autem ipsum in verbis mendacium, quandonam et cui adeo utile est, ut non sit odio dignum?

πρός τε τοὺς πολεμίους καὶ τῶν καλουμένων φίλων, ὅταν διὰ μανίαν ἤ τινα ἄνοιαν κακόν τι ἐπιχειρῶσι πράττειν, τότε ἀποτροπῆς ἕνεκα ὡς φάρμακον χρήσιμον γίγνεται; καὶ ἐν αἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν ταῖς μυθολογίαις, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι ὅπῃ ταὐληθὲς ἔχει περὶ τῶν παλαιῶν, ἀφομοιοῦντες τῷ ἀληθεῖ τὸ ψεῦδος ὅτι μάλιστα, οὕτω χρήσιμον ποιοῦμεν; Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς, οὕτως ἔχει. Κατὰ τί δὴ οὖν τούτων τῷ θεῷ τὸ ψεῦδος χρήσιμον; πότερον διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὰ παλαιὰ ἀφομοιῶν ἂν ψεύδοιτο; Γελοῖον μέντ' ἂν εἴη, ἔφη. Ποιητὴς μὲν ἄρα ψευδὴς ἐν θεῷ οὐκ ἔνι. Οὔ μοι δοκεῖ. Ἀλλὰ δεδιὼς τοὺς ἐχθροὺς ψεύδοιτο; Πολλοῦ γε δεῖ. Ἀλλὰ δι' οἰκείων ἄνοιαν ἢ μανίαν; Ἀλλ' οὐδείς, ἔφη, τῶν ἀνοήτων καὶ μαινομένων θεοφιλής. Οὐκ ἄρ' ἔστιν οὗ ἕνεκα ἂν θεὸς ψεύδοιτο. Οὐκ ἔστιν. Πάντῃ ἄρα ἀψευδὲς τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ θεῖον. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Κομιδῇ ἄρα ὁ θεὸς ἁπλοῦν καὶ ἀληθὲς ἔν τε ἔργῳ καὶ ἐν λόγῳ, καὶ οὔτε αὐτὸς μεθίσταται οὔτε ἄλλους ἐξαπατᾷ, οὔτε κατὰ φαντασίας οὔτε κατὰ λόγους οὔτε κατὰ σημεῖον πομπάς, οὔθ' ὕπαρ οὔ-

So. Nonne adversus hostes atque eos qui vocantur amici, quando ob furorem atque aliquam inscitiam malum aliquod facinus aggrediuntur? tunc porro avertendi gratia, tanquam medicina quaedam, utile est: et in his, quas modo dicebamus, confabulationibus, eo quod non cognoscamus, in quo antiquarum rerum consistat veritas, assimilantes veritati mendacium. ita enim maxime id utile facimus. *Adi.* Sic est prorsus. *So.* Secundum ergo quid istorum mendacium est utile Deo? an, quia non cognoscat vetera, sub veritatis imagine mentiatur? *Adi.* Ridiculum istud quidem. *So.* Poëta igitur mendax in Deo non est. *Adi.* Non mihi videtur. *So.* Nunquid metu hostium mentietur? *Adi.* Longe abest. *So.* An propter familiarium dementiam atque insaniam? *Adi.* At nullus stultorum et insanorum Deo amicus est. *So.* Non igitur est, cur Deus mentiatur. *Adi.* Non. *Sq.* Ergo omnino sine mendacio est Deorum Daemonumque natura. *Adi.* Omnino. *So.* Quare et simplex omnino Deus et verax dictis ac factis: neque mutatur ipse, neque alios decipit, neque per visiones neque per sermones neque per signa, neque nobis dormientibus neque vigilantibus.

τ' ὄναρ. Οὕτως, ἔφη, ἔμοιγε καὶ αὐτῷ φαίνεναι σοῦ λέγοντος. Συγχωρεῖς ἄρα, ἔφην, τοῦτον δεύτερον 383
τύπον εἶναι ἐν ᾧ δεῖ περὶ θεῶν καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν, ὡς μήτε αὐτοὺς γόητας ὄντας τῷ μεταβάλλειν ἑαυτοὺς μήτε ἡμᾶς ψεύδεσι παράγειν ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ; Συγχωρῶ. Πολλὰ ἄρα Ὁμήρου ἐπαινοῦντες ἄλλα τοῦτο οὐκ ἐπαινεσόμεθα, τὴν τοῦ ἐνυπνίου πομπὴν ὑπὸ Διὸς τῷ Ἀγαμέμνονι· οὐδ' Αἰσχύλου, ὅταν φῇ ἡ Θέτις τὴν Ἀπόλλω ἐν τοῖς αὐτῆς γάμοις ᾄδοντα

ἐνδατεῖσθαι τὰς ἐὰς εὐπαιδίας,
νόσων τ' ἀπείρους καὶ μακραίωνας βίους.
ξύμπαντά τ' εἰπὼν θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας
Παιὼν ἐπευφήμησεν, εὐθυμῶν ἐμέ.
κἀγὼ τὸ Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα
ἤλπιζον εἶναι, μαντικῇ βρύον τέχνῃ.
ὁ δ', αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρών,
αὐτὸς τάδ' εἰπών, αὐτός ἐστιν ὁ κτανών
τὸν παῖδα τὸν ἐμόν.

ὅταν τις τοιαῦτα λέγῃ περὶ θεῶν, χαλεπανοῦμέν τε καὶ χορὸν οὐ δώσομεν, οὐδὲ τοὺς διδασκάλους ἐάσομεν ἐπὶ

Adi. Ita quoque mihi de hoc te dicente videtur. *So.* Concedis ergo hanc secundam esse figuram, in qua oportet de Diis ita dicere et audire, tanquam qui neque praestigiatores sint, neque se mutent, neque mendaciis nos aut dictis aut factis seducant? *Adi.* Concedo. *So.* Multa igitur ab Homero dicta laudantes, somnium ab Iove Agamemnoni missum nequaquam laudabimus: neque Aeschylum, cum Thetis inquit Apollinem filium eius interemisse, qui tamen in eius nuptiis discumbens cecinisset *bonam Thetidis stirpem fore longaevam morbisque intactam: Cecinit quippe multa Apollo*, inquit, *fortunasque meas Deo amicas fore praedixit, et laetitia me laudationibus suis affecit. atque ego os Phoebi sperabam divinum, veridicum fatidicumque esse, ipse vero idem, qui laudabat, in mensa et ipse discumbens, ipse haec fatus, ipse idem mihi filium interfecit.* Talia quaedam quotiens de Diis dicentur, protinus reclamabimus exsibilabimusque: neque permittemus, ut ludorum magistri ad iuventutis disciplinam istis utan-

παιδείᾳ χρῆσθαι τῶν νέων, εἰ μέλλουσιν ἡμῖν οἱ φύλακες θεοσεβεῖς τε καὶ θεῖοι γίγνεσθαι, καθ' ὅσον ἀνθρώπῳ ἐπὶ πλεῖστον οἷόν τε. Παντάπασιν, ἔφη, ἔγωγε τοὺς τύπους τούτους συγχωρῶ, καὶ ὡς νόμοις ἂν χρῴμην.

tur, si custodes apud nos pii atque divini, quoad homini possibile est, futuri sunt. *Adi.* Accipio equidem has figuras, proque legibus ubique utar.

Γ.

Τὰ μὲν δὴ περὶ θεούς, ἦν δ' ἐγώ, τοιαῦτ' ἄττα, ὡς 386
ἔοικεν, ἀκουστέον τε καὶ οὐκ ἀκουστέον εὐθὺς ἐκ παίδων τοῖς θεούς τε τιμήσουσι καὶ γονέας τήν τε ἀλλήλων φιλίαν μὴ περὶ σμικροῦ ποιησομένοις. Καὶ οἶμαί γ', ἔφη, ὀρθῶς ἡμῖν φαίνεσθαι. Τί δὲ δή; εἰ μέλλουσιν εἶναι ἀνδρεῖοι, ἆρ' οὐ ταῦτά τε λεκτέον καὶ οἷα αὐτοὺς ποιῆσαι ἥκιστα τὸν θάνατον δεδιέναι; ἢ ἡγεῖ τινά ποτ' ἂν γενέσθαι ἀνδρεῖον ἔχοντα ἐν αὑτῷ τοῦτο τὸ δεῖμα; Μὰ Δία, ἦ δ' ὅς, οὐκ ἔγωγε. Τί δὲ; τὰν Ἅιδου ἡγούμενον εἶναί τε καὶ δεινὰ εἶναι οἵει τινὰ θανάτου ἀδεᾶ ἔσεσθαι καὶ ἐν ταῖς μάχαις αἱρήσεσθαι πρὸ ἥττης τε καὶ δουλείας θάνατον; Οὐδαμῶς. Δεῖ δή, ὡς ἔοι-

Haec igitur sunt, ut mihi videtur, quae de Dîis audienda aut non audienda sint prima a pueritia his, qui Deos et parentes honoraturi sunt communemque amicitiam non parvi facturi. *Adi.* Existimo nobis sic recte videri. *So.* Quid autem his, qui fortes futuri sunt: nonne ea dicenda, quae ipsos mortis minime formidolosos reddant? an putas aliquem fortem esse unquam, qui hanc timeat? *Adi.* Minime per Iovem. *So.* Sed et qui ea, quae de inferis dicuntur, credat et terribilia esse existimet, putasne eum intrepidum ad mortem futurum, in ipsaque pugna mortem servituti et captivitati praepositurum? *Adi.* Nequaquam. *So.* Oportet itaque nos, ut videtur, et praecepta dare his, qui de his rebus

κεν, ἡμᾶς ἐπιςατεῖν καὶ περὶ τούτων τῶν μύθων τοῖς ἐπιχειροῦσι λέγειν, καὶ δεῖσθαι μὴ λοιδορεῖν ἁπλῶς οὕτω τὰ ἐν Ἅιδου ἀλλὰ μᾶλλον ἐπαινεῖν, ὡς οὔτ' ἀληθῆ λέγοντας οὔτ' ὠφέλιμα τοῖς μέλλουσι μαχίμοις ἔσεσθαι. Δεῖ μέντοι, ἔφη. Ἐξαλείψομεν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἔπους ἀρξάμενοι πάντα τὰ τοιαῦτα,

βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν·

καὶ τὸ

οἰκία δὲ θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανείη
σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε ςυγέουσι θεοί περ·

καὶ

ὢ πόποι, ἦ ῥά τις ἔςι καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι
ψυχὴ καὶ εἴδωλον, ἀτὰρ φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν·

καὶ τὸ

οἴῳ πεπνῦσθαι, ταὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι·

καὶ

ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδόςδε βεβήκει,
ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην·

387 καὶ τὸ

ψυχὴ δὲ κατὰ χθονός, ἠΰτε καπνός,
ᾤχετο τετριγυῖα·

καὶ

ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο

fabulantur, precarique, ne ita simpliciter, quae apud inferos sunt, vituperent, sed magis laudent: tanquam neque vera dicant neque utilia his, qui pugnaces futuri sunt. *Adi.* Oportet sane. *So.* Delebimus igitur eiusmodi omnia, ab hoc versu sumentes exordium: *Mallem equidem in re rustica conservo inopi servire, quam defunctis omnibus imperare.* et illud, *Domus profecto mortalibus immortalibusque horribilis, vasta fetensque videatur, quam etiam Dii odio habent.* et illud, *O miseri, nunquidnam apud inferos anima atque imago? at vero mens adest nulla.* et illud, *Soli sapiunt ceteri umbrae volitant.* item, *Anima soluta membris ad inferos volat, suam deplorans calamitatem, cum et fortem et teneram aetatem reliquerit.* item, *Anima sub terras, veluti fumus, eiulans abiit.* item, *Quemadmodum noctuae vasto sub antro ululantes vo-*

τρίζουσαι ποτέονται, ἐπεί κέ τις ἀποπέσῃσιν
ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης, ἀνά τ' ἀλλήλῃσιν ἔχονται,
ὡς αἱ τετριγυῖαι ἅμ' ἤεσαν.

ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα παραιτησόμεθα Ὁμηρόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς μὴ χαλεπαίνειν ἐὰν διαγράφωμεν, οὐχ ὡς οὐ ποιητικὰ καὶ ἡδέα τοῖς πολλοῖς ἀκούειν, ἀλλ' ὅσῳ ποιητικώτερα, τοσούτῳ ἧττον ἀκουσέον παισὶ καὶ ἀνδράσιν, οὓς δεῖ ἐλευθέρους εἶναι, δουλείαν θανάτου μᾶλλον πεφοβημένους. Παντάπασι μὲν οὖν. Οὐκοῦν ἔτι καὶ τὰ περὶ ταῦτα ὀνόματα πάντα τὰ δεινά τε καὶ φοβερὰ ἀποβλητέα, Κωκυτούς τε καὶ Στύγας καὶ ἐνέρους καὶ ἀλίβαντας, καὶ ἄλλα ὅσα τούτου τοῦ τύπου ὀνομαζόμενα φρίττειν δὴ ποιεῖ ὡς οἷόν τε πάντας τοὺς ἀκούοντας. καὶ ἴσως εὖ ἔχει πρὸς ἄλλο τι· ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ τῶν φυλάκων φοβούμεθα μὴ ἐκ τῆς τοιαύτης φρίκης θερμότεροι καὶ μαλακώτεροι τοῦ δέοντος γένωνται ἡμῖν. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη, φοβούμεθα. Ἀφαιρετέα ἄρα; Ναί. Τὸν δὲ ἐναντίον τύπον τούτοις λεκτέον τε καὶ ποιητέον; Δῆλα δή. Καὶ τοὺς ὀδυρμοὺς ἄρα ἐξαιρήσομεν καὶ τοὺς οἴκτους τοὺς τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν; Ἀνάγκη, ἔφη, εἴ περ καὶ τὰ πρότερα. Σκόπει δή, ἦν δ' ἐγώ, εἰ ὀρθῶς

lant, postquam aliquae de ordine ceciderunt ex petra, in qua cohaerebant: sic illae simul stridentes ibant. Haec utique et cetera talia, bona Homeri et reliquorum poëtarum venia, abiiciamus: non quia poëtica non sint et apud multos auditu iucunda; sed quoniam, quanto magis poëtica sunt, tanto minus audienda pueris atque viris, quos liberos fore oportet, servitutem magis quam mortem timentes. *Adi.* Sic est omnino. *So.* Nonne insuper nomina, quae his imposita sunt, horrenda terribiliaque abiicienda sunt? Cocytos inquam et Stygas et inferos nihil gustantes, aliaque eiusdem generis nomina, terrent vehementer quippe omnes quicunque audiunt. ac forte ad aliud quippiam conferunt: nos autem custodibus nostris ab huiusmodi nominibus valde metuimus, ne ex hoc pavore molliores, quam decet, reddantur. *Adi.* Et merito formidamus. *So.* Auferenda sunt igitur. *Adi.* Auferenda. *So.* Figura vero his contraria dicenda et inducenda est. *Adi.* Videlicet. *So.* Ergo lamentationes commiserationesque magnorum virorum auferimus. *Adi.* Necesse est, siquidem superiora sublata sint. *So.* Contemplare igitur, rectene an contra id faciamus. Di-

ἐξαιρήσομεν ἢ οὔ. φαμὲν δὲ δὴ ὅτι ὁ ἐπιεικὴς ἀνὴρ τῷ ἐπιεικεῖ, οὗ περ καὶ ἑταῖρός ἐστι, τὸ τεθνάναι οὐ δεινὸν ἡγήσεται. Φαμὲν γάρ. Οὐκ ἄρα ὑπέρ γ' ἐκείνου ὡς δεινόν τι πεπονθότος ὀδύροιτ' ἄν. Οὐ δῆτα. Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε λέγομεν, ὡς ὁ τοιοῦτος μάλιστα αὐτὸς αὑτῷ αὐτάρκης πρὸς τὸ εὖ ζῆν καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων ἥκιστα ἑτέρου προσδεῖται. Ἀληθῆ, ἔφη. Ἥκιστ' ἄρα αὐτῷ δεινὸν χεργθῆναι υἱέος ἢ ἀδελφοῦ ἢ χρημάτων ἢ ἄλλου του τῶν τοιούτων. Ἥκιστα μέντοι. Ἥκιστ' ἄρα καὶ ὀδύρεσθαι, φέρειν δὲ ὡς πραότατα, ὅταν τις αὐτὸν τοιαύτη ξυμφορὰ καταλάβῃ. Πολύ γε. Ὀρθῶς ἄρ' ἂν ἐξαιροῖμεν τοὺς θρήνους τῶν ὀνομαζῶν ἀνδρῶν, γυναιξὶ δ' ἀποδιδοῖμεν, καὶ οὐδὲ ταύταις σπουδαίαις, καὶ ὅσοι καποὶ
388 τῶν ἀνδρῶν, ἵνα ἡμῖν δυσχεραίνωσιν ὅμοια τούτοις ποιεῖν οὓς δὴ φαμεν ἐπὶ φυλακῇ τῆς χώρας τρέφειν. Ὀρθῶς, ἔφη. Πάλιν δὴ Ὁμήρου τε δεησόμεθα καὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν μὴ ποιεῖν Ἀχιλλέα θεᾶς παῖδα ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρᾶς κατακείμενον, ἄλλοτε δ' αὖτε ὕπτιον, ἄλλοτε δὲ πρηνῆ, τοτὲ δ' ὀρθὸν ἀναςάντα, πλωίζοντ' ἀλύοντ' ἐπὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, μηδὲ ἀμφοτέρῃσι χερσὶν ἑλόντα
2 κόνιν αἰθαλόεσσαν, χεύμενον κὰκ κεφαλῆς· μηδὲ ἄλλα

cimusne moderatum virum moderato viro amico suo orbatum non malum quidem illi mortem existimaturum? *Adi.* Dicimus quidem. *So.* Non igitur in morte illius, tanquam gravia passus, lamentabitur. *Adi.* Non. *So.* Enimvero et hoc asserimus, hominem huiusmodi se ipso ad bene vivendum contentum esse, minimeque omnium alio indigere. *Adi.* Vera narras. *So.* Minime igitur moleste feret, liberis aut fratribus aut divitiis reliquisque huiusmodi privari. *Adi.* Minime certe. *So.* Itaque neque lamentabitur, sed moderatissime feret, cum in aliquam huiusmodi sortem inciderit. *Adi.* Certe. *So.* Merito igitur clarorum virorum ploratus e medio tollere mus; relinqueremus autem mulieribus, neque his quidem inter mulieres aliquid egregium sapientibus, ac viris insuper duntaxat muliebribus et ignavis; ut dedignentur apud nos illi, quos ad regionis custodiam educamus, similia istis facere. *Adi.* Probe. *So.* Rursus Homerum et ceteros poëtas orabimus, ne Achillem Deae filium nunc in latus cubantem faciat, nunc supinum, nonnunquam etiam in faciem: aut exsurgentem errare tristitia affectum in littore maris: aut utraque manu ardentem pulverem capientem in

κλαίοντά τε καὶ ὀδυρόμενον ὅσα καὶ οἷα ἐκεῖνος ἐποίησε· μηδὲ Πρίαμον ἐγγὺς θεῶν γεγονότα λιτανεύοντά τε καὶ

κυλινδόμενον κατὰ κόπρον,

ἐξονομακλήδην ὀνομάζοντ' ἄνδρα ἕκαστον.

πολὺ δ' ἔτι τούτων μᾶλλον δεησόμεθα μή τοι θεούς γε ποιεῖν ὀδυρομένους καὶ λέγοντας

ὤμοι ἐγὼ δειλή, ὤμοι δυσαριζοτόκεια.

εἰ δ' οὖν θεούς, μή ποι τόν γε μέγιστον τῶν θεῶν τολμῆσαι οὕτως ἀνομοίως μιμήσασθαι, ὥστε ὦ πόποι φάναι

ἦ φίλον ἄνδρα διωκόμενον περὶ ἄστυ
ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι, ἐμὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ·

καὶ

αἶ αἶ ἐγών, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν
Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.

εἰ γάρ, ὦ φίλε Ἀδείμαντε, τὰ τοιαῦθ' ἡμῖν οἱ νέοι σπουδῇ ἀκούοιεν καὶ μὴ καταγελῷεν ὡς ἀναξίως λεγομένων, σχολῇ ἄν ἑαυτόν γέ τις ἄνθρωπον ὄντα ἀνάξιον ἡγήσαιτο τούτων καὶ ἐπιπλήξειεν, εἰ καὶ ἐπίοι αὐτῷ τοιοῦτον ἢ λέγειν ἢ ποιεῖν, ἀλλ' οὐδὲν αἰσχυνόμενος οὐδὲ καρτερῶν πολλοὺς ἐπὶ σμικροῖσι παθήμασι θρήνους

caput fundere: neque alia einlanten et lamentantem, quot et qualia ipse fecit. neque Priamum, qui iuxta Deos fuit, supplicantem et se luto provolventem, singulosque nominatim clamantem. multoque magis Homerum eundem orabimus, ne Deos in hunc modum plangentes inducat: *Hei mihi miserae, hei mihi, quam infeliciter optimum filium peperi!* quod si quos Deos, saltem non Deorum maximum usque adeo dissimili figura imitari audeat, ut eum ita inducat dicentem, *Heu, quam carum mihi virum circa urbem meis oculis profligatum cerno? unde mihi cor moeret.* atque item, *O me miserum, quandoquidem dilectissimum mihi omnium Sarpedonem fatum cogit a Patroclo Menoetiade domari.* Si enim, o amice Adimante, studiose iuvenes haec audirent, neque ridicula putarent, tanquam praeter dignitatem dicta: nunquam, cum se homines esse scirent, aut illa se indigna existimarent aut se continerent, cum quid illis eiuscemodi vel dicendum vel faciendum in mentem veniret: quin immo sine ullo vel pudore vel tolerantia, in minimis etiam quibusque iacturis in maximos ploratus

ἂν ᾄδοι καὶ ὀδυρμούς. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Δεῖ δὲ γε οὔχ, ὡς ἄρτι ἡμῖν ὁ λόγος ἐσήμαινεν· ᾧ πειστέον, ἕως ἄν τις ἡμᾶς ἄλλῳ καλλίονι πείσῃ. Οὐ γὰρ οὖν δεῖ. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ φιλογέλωτάς γε δεῖ εἶναι. σχεδὸν γὰρ ὅταν τις ἐφιῇ ἰσχυρῷ γέλωτι, ἰσχυρὰν καὶ μεταβολὴν ζητεῖ τὸ τοιοῦτον. Δοκεῖ μοι, ἔφη. Οὔτε ἄρα ἀνθρώπους ἀξίους λόγου κρατουμένους ὑπὸ γέλωτος ἄν τις ποιῇ,
389 ἀποδεκτέον· πολὺ δὲ ἧττον, ἐὰν θεούς. Πολὺ μέντοι, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν Ὁμήρου οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἀποδεξόμεθα περὶ θεῶν,

ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν
ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.

οὐκ ἀποδεκτέον κατὰ τὸν σὸν λόγον. Εἰ σύ, ἔφη, βούλει ἐμὸν τιθέναι, οὐ γὰρ οὖν δὴ ἀποδεκτέον. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀληθειάν γε περὶ πολλοῦ ποιητέον. εἰ γὰρ ὀρθῶς ἐλέγομεν ἄρτι καὶ τῷ ὄντι θεοῖσι μὲν ἄχρηστον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει, δῆλον ὅτι τό γε τοιοῦτον ἰατροῖς δοτέον, ἰδιώταις δὲ οὐχ ἁπτέον. Δῆλον, ἔφη. Τοῖς ἄρχουσι δὴ τῆς πόλεως, εἴ πέρ τισιν ἄλλοις, προσήκει ψεύδεσθαι ἢ πολεμίων ἢ πολιτῶν ἕνεκα ἐπ' ὠφελείᾳ τῆς πόλεως· τοῖς δὲ ἄλλοις

---

cinlatusque erumperent. *Adi.* Vera nimium loqueris. *So.* Neque vero id decet, ut ratio nobis paulo ante dictabat: cui, nisi quid melius interim nacti fuerimus, credendum est. *Adi.* Non decet profecto. *So.* Sed neque in risum nimium profusos nos esse oportet. nam effusum risum vehemens mutatio sequitur. *Adi.* Ita mihi quoque videtur. *So.* Non igitur admittendum est, quando quis summae auctoritatis viros in risum resolutos inducit: et multo minus, quando Deos. *Adi.* Multo certe minus. *So.* Ergo neque Homerum audiemus, cum dicit: *Inextinguibilis risus Diis concitus est, dum Vulcanum per domum properantem viderent, utpote qui claudus esset.* haud enim admittendum est hoc secundum tuum sermonem. *Adi.* Si meum vis sermonem hunc ponere, nequaquam admittere decet. *So.* Quin etiam pluris facienda veritas est. si enim recte paulo ante dicebamus, Diis inutile est mendacium, hominibus autem pro medicamento est utile. quare publicis medicis concedendum, privatis autem hominibus minime attingendum. *Adi.* Patet. *So.* Igitur rem publicam administrantibus praecipue, si quibus aliis, mentiri licet, vel hostium vel civium causa, ad communem civitatis utilitatem:

πᾶσιν οὐχ ἁπτέον τοῦ τοιούτου, ἀλλὰ πρός γε δὴ τοὺς τοιούτους ἄρχοντας ἰδιώτῃ ψεύσασθαι ταὐτὸν καὶ μεῖζον ἁμάρτημα φήσομεν ἢ κάμνοντι πρὸς ἰατρὸν ἢ ἀσκοῦντι πρὸς παιδοτρίβην περὶ τῶν τοῦ αὑτοῦ σώματος παθημάτων μὴ τἀληθῆ λέγειν, ἢ πρὸς κυβερνήτην περὶ τῆς νεώς τε καὶ τῶν ναυτῶν μὴ τὰ ὄντα λέγοντι, ὅπως ἢ αὐτὸς ἢ τὶς τῶν ξυνναυτῶν πράξεως ἔχει. Ἀληθέστατα, ἔφη. Ἂν ἄρ' ἄλλον τινὰ λαμβάνῃ ψευδόμενον ἐν τῇ πόλει τῶν

οἳ δημιοεργοὶ ἔασι,
μάντιν ἢ ἰητῆρα κακῶν ἢ τέκτονα δούρων,

κολάσει ὡς ἐπιτήδευμα εἰσάγοντα πόλεως ὥσπερ νεὼς ἀνατρεπτικόν τε καὶ ὀλέθριον. Ἐάν γε, ἦ δ' ὅς, ἐπί γε λόγῳ ἔργα τελῆται. Τί δαί; σωφροσύνης ἆρα οὐ δεήσει ἡμῖν τοῖς νεανίαις; Πῶς δ' οὔ; Σωφροσύνης δὲ ὡς πλήθει οὐ τὰ τοιάδε μέγιστα, ἀρχόντων μὲν ὑπηκόους εἶναι, αὐτοὺς δὲ ἄρχοντας τῶν περὶ πότους καὶ ἀφροδίσια καὶ περὶ ἐδωδὰς ἡδονῶν; Ἔμοιγε δοκεῖ. Τὰ δὴ τοιάδε φήσομεν, οἶμαι, καλῶς λέγεσθαι, οἷα καὶ Ὁμήρῳ Διομήδης λέγει,

τέττα, σιωπῇ ἧσο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ,

reliquis autem a mendacio abstinendum est. Sed adversus huiusmodi principes privatum mentiri maius peccatum est, quam aegrotum mentiri erga medicum; vel se exercentem erga ludimagistrum circa sui corporis vitia; vel erga navis gubernatorem de nave et nautis minime vera dicere, quemadmodum vel sua cuique vel sociorum sese res habeat. *Adi.* Vera narras. *So.* Si quidem ergo deprehenderis alium in civitate mentientem ex eorum genere; qui artifices sunt, vatem videlicet vel morborum medicum vel lignarium fabrum, eum punito tanquam rem quandam inferentem, ex qua civitatis ipsius, veluti navis, submersio et pernicies sequitur. *Adi.* Sic plane agendum, si quidem sermone opera peraguntur. *So.* Quid praeterea? nonne temperantia nostris adolescentibus opus erit? *Adi.* Absque dubio. *So.* Temperantiae autem nonne haec talia quoad subditos maxima sunt, ut videlicet obtemperent magistratibus: quoad ipsos autem principes, ut ad venereorum epularumque et poculorum usum continentes sint? *Adi.* Mihi sane videtur. *So.* Haec itaque talia bene dicta asseverabimus, qualia apud Homerum Diomedes ait: *Eia, age, silentio conside,*

πρός τε τοὺς πολεμίους καὶ τῶν καλουμένων φίλων, ὅταν διὰ μανίαν ἤ τινα ἄνοιαν κακόν τι ἐπιχειρῶσι πράττειν, τότε ἀποτροπῆς ἕνεκα ὡς φάρμακον χρήσιμον γίγνεται; καὶ ἐν αἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν ταῖς μυθολογίαις, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι ὅπῃ ταὐληθὲς ἔχει περὶ τῶν παλαιῶν, ἀφομοιοῦντες τῷ ἀληθεῖ τὸ ψεῦδος ὅτι μάλιστα, οὕτω χρήσιμον ποιοῦμεν; Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς, οὕτως ἔχει. Κατὰ τί δὴ οὖν τούτων τῷ θεῷ τὸ ψεῦδος χρήσιμον; πότερον διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὰ παλαιὰ ἀφομοιῶν ἂν ψεύδοιτο; Γελοῖον μέντ' ἂν εἴη, ἔφη. Ποιητὴς μὲν ἄρα ψευδὴς ἐν θεῷ οὐκ ἔνι. Οὔ μοι δοκεῖ. Ἀλλὰ δεδιὼς τοὺς ἐχθροὺς ψεύδοιτο; Πολλοῦ γε δεῖ. Ἀλλὰ δι' οἰκείων ἄνοιαν ἢ μανίαν; Ἀλλ' οὐδείς, ἔφη, τῶν ἀνοήτων καὶ μαινομένων θεοφιλής. Οὐκ ἄρ' ἔστιν οὗ ἕνεκα ἂν θεὸς ψεύδοιτο. Οὐκ ἔστιν. Πάντῃ ἄρα ἀψευδὲς τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ θεῖον. Παντάπασιν μὲν οὖν, ἔφη. Κομιδῇ ἄρα ὁ θεὸς ἁπλοῦν καὶ ἀληθὲς ἔν τε ἔργῳ καὶ ἐν λόγῳ, καὶ οὔτε αὐτὸς μεθίσταται οὔτε ἄλλους ἐξαπατᾷ, οὔτε κατὰ φαντασίας οὔτε κατὰ λόγους οὔτε κατὰ σημείων πομπάς, οὔθ' ὕπαρ οὔ-

So. Nonne adversus hostes atque eos qui vocantur amici, quando ob furorem atque aliquam inscitiam malum aliquod facinus aggrediuntur? tunc porro avertendi gratia, tanquam medicina quaedam, utile est: et in his, quas modo dicebamus, confabulationibus, eo quod non cognoscamus, in quo antiquarum rerum consistat veritas, assimilantes veritati mendacium. ita enim maxime id utile facimus. *Adi.* Sic est prorsus. *So.* Secundum ergo quid istorum mendacium est utile Deo? an, quia non cognoscat vetera, sub veritatis imagine mentiatur? *Adi.* Ridiculum istud quidem. *So.* Poëta igitur mendax in Deo non est. *Adi.* Non mihi videtur. *So.* Nunquid metu hostium mentietur? *Adi.* Longe abest. *So.* An propter familiarium dementiam atque insaniam? *Adi.* At nullus stultorum et insanorum Deo amicus est. *So.* Non igitur est, cur Deus mentiatur. *Adi.* Non. *So.* Ergo omnino sine mendacio est Deorum Daemonumque natura. *Adi.* Omnino. *So.* Quare et simplex omnino Deus et verax dictis ac factis: neque mutatur ipse, neque alios decipit, neque per visiones neque per sermones neque per signa, neque nobis dormientibus neque vigilantibus.

τ' ὄναρ. Οὕτως, ἔφη, ἔμοιγε καὶ αὐτῷ φαίνεται σοῦ λέγοντος. Συγχωρεῖς ἄρα, ἔφην, τοῦτον δεύτερον 383
τύπον εἶναι ἐν ᾧ δεῖ περὶ θεῶν καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν, ὡς μήτε αὐτοὺς γόητας ὄντας τῷ μεταβάλλειν ἑαυτοὺς μήτε ἡμᾶς ψεύδεσι παράγειν ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ; Συγχωρῶ. Πολλὰ ἄρα Ὁμήρου ἐπαινοῦντες ἄλλα τοῦτο οὐκ ἐπαινεσόμεθα, τὴν τοῦ ἐνυπνίου πομπὴν ὑπὸ Διὸς τῷ Ἀγαμέμνονι· οὐδ' Αἰσχύλου, ὅταν φῇ ἡ Θέτις τὸν Ἀπόλλω ἐν τοῖς αὐτῆς γάμοις ᾄδοντα

ἐνδατεῖσθαι τὰς ἑὰς εὐπαιδίας,
νόσων τ' ἀπείρους καὶ μακραίωνας βίους.
ξύμπαντά τ' εἰπὼν θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας
Παιὼν ἐπευφήμησεν, εὐθυμῶν ἐμέ.
κἀγὼ τὸ Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα
ἤλπιζον εἶναι, μαντικῇ βρύον τέχνῃ.
ὁ δ', αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρών,
αὐτὸς τάδ' εἰπών, αὐτός ἐστιν ὁ κτανών
τὸν παῖδα τὸν ἐμόν.

ὅταν τις τοιαῦτα λέγῃ περὶ θεῶν, χαλεπανοῦμέν τε καὶ χορὸν οὐ δώσομεν, οὐδὲ τοὺς διδασκάλους ἐάσομεν ἐπὶ

Adi. Ita quoque mihi de hoc te dicente videtur. *So.* Concedis ergo hanc secundam esse figuram, in qua oportet de Diis ita dicere et audire, tanquam qui neque praestigiatores sint, neque se mutent, neque mendaciis nos aut dictis aut factis seducant? *Adi.* Concedo. *So.* Multa igitur ab Homero dicta laudantes, somnium ab Iove Agamemnoni missum nequaquam laudabimus; neque Aeschylum, cum Thetis inquit Apollinem filium eius interemisse, qui tamen in eius nuptiis discumbens cecinisset *bonam Thetidis stirpem fore longaevam morbisque intactam: Cecinit quippe multa Apollo*, inquit, *fortunasque meas Deo amicas fore praedixit, et laetitia me laudationibus suis affecit. atque ego os Phoebi sperabam divinum, veridicum fatidicumque esse, ipse vero idem, qui laudabat, in mensa et ipse discumbens, ipse haec fatus, ipse idem mihi filium interfecit.* Talia quaedam quotiens de Diis dicentur, protinus reclamabimus exsibilabimusque: neque permittemus, ut ludorum magistri ad iuventutis disciplinam istia utan-

παιδείᾳ χρῆσθαι τῶν νέων, εἰ μέλλουσιν ἡμῖν οἱ φύλακες θεοσεβεῖς τε καὶ θεῖοι γίγνεσθαι, καθ' ὅσον ἀνθρώπῳ ἐπὶ πλεῖον οἷόν τε. Παντάπασιν, ἔφη, ἔγωγε τοὺς τύπους τούτους συγχωρῶ, καὶ ὡς νόμοις ἂν χρῴμην.

tur, si custodes apud nos pii atque divini, quoad homini possibile est, futuri sunt. *Adi.* Accipio equidem has figuras, proque legibus ubique utar.

Γ.

Τὰ μὲν δὴ περὶ θεούς, ἦν δ' ἐγώ, τοιαῦτ' ἄττα, ὡς 386
ἔοικεν, ἀκουστέον τε καὶ οὐκ ἀκουστέον εὐθὺς ἐκ παίδων τοῖς θεούς τε τιμήσουσι καὶ γονέας τήν τε ἀλλήλων φιλίαν μὴ περὶ σμικροῦ ποιησομένοις. Καὶ οἶμαί γ', ἔφη, ὀρθῶς ἡμῖν φαίνεσθαι. Τί δὲ δή; εἰ μέλλουσιν εἶναι ἀνδρεῖοι, ἆρ' οὐ ταῦτά τε λεκτέον καὶ οἷα αὐτοὺς ποιῆσαι ἥκιστα τὸν θάνατον δεδιέναι; ἢ ἡγεῖ τινά ποτ' ἂν γενέσθαι ἀνδρεῖον ἔχοντα ἐν αὑτῷ τοῦτο τὸ δεῖμα; Μὰ Δία, ἦ δ' ὅς, οὐκ ἔγωγε. Τί δὲ; τὰν Ἅιδου ἡγούμενον εἶναί τε καὶ δεινὰ εἶναι οἴει τινὰ θανάτου ἀδεᾶ ἔσεσθαι καὶ ἐν ταῖς μάχαις αἱρήσεσθαι πρὸ ἥττης τε καὶ δουλείας θάνατον; Οὐδαμῶς. Δεῖ δή, ὡς ἔοι-

Haec igitur sunt, ut mihi videtur, quae de Dîis audienda aut non audienda sint prima a pueritia his, qui Deos et parentes honoraturi sunt communemque amicitiam non parvi facturi. *Adi.* Existimo nobis sic recte videri. *So.* Quid autem his, qui fortes futuri sunt: nonne ea dicenda, quae ipsos mortis minime formidolosos reddant? an putas aliquem fortem esse unquam, qui hanc timeat? *Adi.* Minime per Iovem. *So.* Sed et qui ea, quae de inferis dicuntur, credat et terribilia esse existimet, putasne eum intrepidum ad mortem futurum, in ipsaque pugna mortem servituti et captivitati praepositurum? *Adi.* Nequaquam. *So.* Oportet itaque nos, ut videtur, et praecepta dare his, qui de his rebus

κεν, ἡμᾶς ἐπιςατεῖν καὶ περὶ τούτων τῶν μύθων τοῖς ἐπιχειροῦσι λέγειν, καὶ δεῖσθαι μὴ λοιδορεῖν ἁπλῶς οὕτω τὰ ἐν Ἅιδου ἀλλὰ μᾶλλον ἐπαινεῖν, ὡς οὔτ' ἀληθῆ λέγοντας οὔτ' ὠφέλιμα τοῖς μέλλουσι μαχίμοις ἔσεσθαι. Δεῖ μέντοι, ἔφη. Ἐξαλείψομεν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἔπους ἀρξάμενοι πάντα τὰ τοιαῦτα,

βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν·

καὶ τὸ

οἰκία δὲ θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανείη
σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε ςυγέουσι θεοί περ·

καὶ

ὢ πόποι, ἦ ῥά τις ἔςι καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι
ψυχὴ καὶ εἴδωλον, ἀτὰρ φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν·

καὶ τὸ

οἴῳ πεπνῦσθαι, ταὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι·

καὶ

ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδόςδε βεβήκει,
ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην·

587 καὶ τὸ

ψυχὴ δὲ κατὰ χθονός, ἠΰτε καπνός,
ᾤχετο τετριγυῖα·

καὶ

ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο

fabulantur, precarique, ne ita simpliciter, quae apud inferos sunt, vituperent, sed magis laudent: tanquam neque vera dicant neque utilia his, qui pugnaces futuri sunt. *Adi.* Oportet sane. *So.* Delebimus igitur eiusmodi omnia, ab hoc versu sumentes exordium: *Mallem equidem in re rustica conservo inopi servire, quam defunctis omnibus imperare.* et illud, *Domus profecto mortalibus immortalibusque horribilis, vasta fetensque videatur, quam etiam Dii odio habent.* et illud, *O miseri, nunquidnam apud inferos anima atque imago? at vero mens adest nulla.* et illud, *Soli sapiunt ceteri umbrae volitant.* item, *Anima soluta membris ad inferos volat, suam deplorans calamitatem, cum et fortem et teneram aetatem reliquerit.* item, *Anima sub terras, veluti fumus, eiulans abiit.* item, *Quemadmodum noctuae vasto sub antro ululantes vo-*

τρίζουσαι ποτέονται, ἐπεί κέ τις ἀποπίσῃσιν
ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης, ἀνά τ' ἀλλήλῃσιν ἔχονται,
ὡς αἱ τετριγυῖαι ἅμ' ἦεσαν.

ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα παραιτησόμεθα Ὁμηρόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς μὴ χαλεπαίνειν ἐὰν διαγράφωμεν, οὐχ ὡς οὐ ποιητικὰ καὶ ἡδέα τοῖς πολλοῖς ἀκούειν, ἀλλ' ὅσῳ ποιητικώτερα, τοσούτῳ ἧττον ἀκουστέον παισὶ καὶ ἀνδράσιν, οὓς δεῖ ἐλευθέρους εἶναι, δουλείαν θανάτου μᾶλλον πεφοβημένους. Παντάπασι μὲν οὖν. Οὐκοῦν ἔτι καὶ τὰ περὶ ταῦτα ὀνόματα πάντα τὰ δεινά τε καὶ φοβερὰ ἀποβλητέα, Κωκυτούς τε καὶ Στύγας καὶ ἐνέρους καὶ ἀλίβαντας, καὶ ἄλλα ὅσα τούτου τοῦ τύπου ὀνομαζόμενα φρίττειν δὴ ποιεῖ ὡς οἷόν τε πάντας τοὺς ἀκούοντας. καὶ ἴσως εὖ ἔχει πρὸς ἄλλο τι· ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ τῶν φυλάκων φοβούμεθα μὴ ἐκ τῆς τοιαύτης φρίκης θερμότεροι καὶ μαλακώτεροι τοῦ δέοντος γένωνται ἡμῖν. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη, φοβούμεθα. Ἀφαιρετέα ἄρα; Ναί. Τὸν δὲ ἐναντίον τύπον τούτοις λεκτέον τε καὶ ποιητέον; Δῆλα δή. Καὶ τοὺς ὀδυρμοὺς ἄρα ἐξαιρήσομεν καὶ τοὺς οἴκτους τοὺς τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν; Ἀνάγκη, ἔφη, εἴ περ καὶ τὰ πρότερα. Σκόπει δή, ἦν δ' ἐγώ, εἰ ὀρθῶς

lant, postquam aliquae de ordine ceciderunt ex petra, in qua cohaerebant: sic illae simul stridentes ibant. Haec utique et cetera talia, bona Homeri et reliquorum poëtarum venia, abiiciamus: non quia poëtica non sint et apud multos auditu iucunda; sed quoniam, quanto magis poëtica sunt, tanto minus audienda pueris atque viris, quos liberos fore oportet, servitutem magis quam mortem timentes. *Adi.* Sic est omnino. *So.* Nonne insuper nomina, quae his imposita sunt, horrenda terribiliaque abiicienda sunt? Cocytos inquam et Stygas et inferos nihil gustantes, aliaque eiusdem generis nomina, terrent vehementer quippe omnes, quicunque audiunt, ac forte ad aliud quippiam conferunt: nos autem custodibus nostris ab huiusmodi nominibus valde metuimus, ne ex hoc pavore molliores, quam decet, reddantur. *Adi.* Et merito formidamus. *So.* Auferenda sunt igitur. *Adi.* Auferenda. *So.* Figura vero his contraria dicenda et inducenda est. *Adi.* Videlicet. *So.* Ergo lamentationes commiserationesque magnorum virorum auferimus. *Adi.* Necesse est, siquidem superiora sublata sint. *So.* Contemplare igitur, rectene an contra id faciamus. Di-

ἐξαιρήσομεν ἢ οὔ. φαμὲν δὲ δὴ ὅτι ὁ ἐπιεικὴς ἀνὴρ τῷ ἐπιεικεῖ, οὗ περ καὶ ἑταῖρός ἐστι, τὸ τεθνάναι οὐ δεινὸν ἡγήσεται. Φαμὲν γάρ. Οὐκ ἄρα ὑπέρ γ' ἐκείνου ὡς δεινόν τι πεπονθότος ὀδύροιτ' ἄν. Οὐ δῆτα. Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε λέγομεν, ὡς ὁ τοιοῦτος μάλιστα αὐτὸς αὐτῷ αὐτάρκης πρὸς τὸ εὖ ζῆν καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων ἥκιστα ἑτέρου προσδεῖται. Ἀληθῆ, ἔφη. Ἥκιστ' ἄρα αὐτῷ δεινὸν στερηθῆναι υἱέος ἢ ἀδελφοῦ ἢ χρημάτων ἢ ἄλλου του τῶν τοιούτων. Ἥκιστα μέντοι. Ἥκιστ' ἄρα καὶ ὀδύροσθαι, φέρειν δὲ ὡς πραότατα, ὅταν τις αὐτὸν τοιαύτη 10
ξυμφορὰ καταλάβῃ. Πολύ γε. Ὀρθῶς ἄρ' ἂν ἐξαιροῖμεν τοὺς θρήνους τῶν ὀνομαστῶν ἀνδρῶν, γυναιξὶ δ' ἀποδιδοίμεν, καὶ οὐδὲ ταύταις σπουδαίαις, καὶ ὅσοι κακοὶ
388 τῶν ἀνδρῶν, ἵνα ἡμῖν δυσχεραίνωσιν ὅμοια τούτοις ποιεῖν οὓς δή φαμεν ἐπὶ φυλακῇ τῆς χώρας τρέφειν. Ὀρθῶς, ἔφη. Πάλιν δὴ Ὁμήρου τε δεησόμεθα καὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν μὴ ποιεῖν Ἀχιλλέα θεᾶς παῖδα ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρᾶς κατακείμενον, ἄλλοτε δ' αὖτε ὕπτιον, ἄλλοτε δὲ πρηνῆ, τοτὲ δ' ὀρθὸν ἀναςάντα, πλωΐζοντ' ἀλύοντ' ἐπὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, μηδὲ ἀμφοτέρῃσι χερσὶν ἑλόντα 20
πόνιν αἰθαλόεσσαν, χεύαμενον κὰκ κεφαλῆς· μηδὲ ἄλλα

cimusne moderatum virum moderato viro amico suo orbatum non malum quidem illi mortem existimaturum? *Adi.* Dicimus quidem. *So.* Non igitur in morte illius, tanquam gravia passus, lamentabitur. *Adi.* Non. *So.* Enimvero et hoc asserimus, hominem huiusmodi se ipso ad bene vivendum contentum esse, minimeque omnium alio indigere. *Adi.* Vera narras. *So.* Minime igitur moleste feret, liberis aut fratribus aut divitiis reliquisque huiusmodi privari. *Adi.* Minime certe. *So.* Itaque neque lamentabitur, sed moderatissime feret, cum in aliquam huiusmodi sortem inciderit. *Adi.* Certe. *So.* Merito igitur clarorum virorum ploratus e medio tollemus; relinquemus autem mulieribus, neque his quidem inter mulieres aliquid egregium sapientibus, ac viris insuper duntaxat muliebribus et ignavis; ut dedignentur apud nos illi, quos ad regionis custodiam educamus, similia istis facere. *Adi.* Probe. *So.* Rursus Homerum et ceteros poëtas orabimus, ne Achillem Deae filium nunc in latus cubantem faciat, nunc supinum, nonnunquam etiam in faciem: aut exsurgentem errare tristitia affectum in littore maris: aut utraque manu ardentem pulverem capientem in

κλαίοντά τε καὶ ὀδυρόμενον ὅσα καὶ οἷα ἐκεῖνος ἐποίησε· μηδὲ Πρίαμον ἐγγὺς θεῶν γεγονότα λιτανεύοντά τε καὶ

κυλινδόμενον κατὰ κόπρον,

ἐξονομακλήδην ὀνομάζοντ' ἄνδρα ἕκαστον.

πολὺ δ' ἔτι τούτων μᾶλλον δεησόμεθα μή τοι θεούς γε ποιεῖν ὀδυρομένους καὶ λέγοντας

ὤμοι ἐγὼ δειλή, ὤμοι δυσαριζοτόκεια.

εἰ δ' οὖν θεούς, μή τοι τόν γε μέγιστον τῶν θεῶν τολμῆσαι οὕτως ἀνομοίως μιμήσασθαι, ὥστε ὦ πόποι φάναι

ἦ φίλον ἄνδρα διωκόμενον περὶ ἄξυ

ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι, ἐμὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ·

καὶ

αἲ αἲ ἐγών, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν

Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.

εἰ γάρ, ὦ φίλε Ἀδείμαντε, τὰ τοιαῦθ' ἡμῖν οἱ νέοι σπουδῇ ἀκούοιεν καὶ μὴ καταγελῷεν ὡς ἀναξίως λεγομένων, σχολῇ ἂν ἑαυτόν γέ τις ἄνθρωπον ὄντα ἀνάξιον ἡγήσαιτο τούτων καὶ ἐπιπλήξειεν, εἰ καὶ ἐπίοι αὐτῷ τοιοῦτον ἢ λέγειν ἢ ποιεῖν, ἀλλ' οὐδὲν αἰσχυνόμενος οὐδὲ καρτερῶν πολλοὺς ἐπὶ σμικροῖσι παθήμασι θρήνους

caput fundere: neque alia einlanten et lamentantem, quot et qualia ipse fecit. neque Priamum, qui iuxta Deos fuit, supplicantem et se luto provolventem, singulosque nominatim clamantem. multoque magis Homerum eundem orabimus, ne Deos in hunc modum plangentes inducat: *Hei mihi miserae, hei mihi, quam infeliciter optimum filium peperi!* quod si quos Deos, saltem non Deorum maximum usque adeo dissimili figura imitari audeat, ut eum ita inducat dicentem, *Heu, quam carum mihi virum circa urbem meis oculis profligatum cerno? unde mihi cor moeret.* atque item, *O me miserum, quandoquidem dilectissimum mihi omnium Sarpedonem fatum cogit a Patroclo Menoetiade domari.* Si enim, o amice Adimante, studiose iuvenes haec audirent, neque ridicula putarent, tanquam praeter dignitatem dicta: nunquam, cum se homines esse scirent, aut illa se indigna existimarent aut se continerent, cum quid illis eiuscemodi vel dicendum vel faciendum in mentem veniret: quin immo sine ullo vel pudore vel tolerantia, in minimis etiam quibusque iacturis in maximos ploratus

ἂν ᾄδοι καὶ ὀδυρμούς. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Δεῖ δέ γε οὔχ, ὡς ἄρτι ἡμῖν ὁ λόγος ἐσήμαινεν· ᾧ πειστέον, ἕως ἄν τις ἡμᾶς ἄλλῳ καλλίονι πείσῃ. Οὐ γὰρ οὖν δεῖ. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ φιλογέλωτάς γε δεῖ εἶναι. σχεδὸν γὰρ ὅταν τις ἐφιῇ ἰσχυρῷ γέλωτι, ἰσχυρὰν καὶ μεταβολὴν ζητεῖ τὸ τοιοῦτον. Δοκεῖ μοι, ἔφη. Οὔτε ἄρα ἀνθρώπους ἀξίους λόγου κρατουμένους ὑπὸ γέλωτος ἄν τις ποιῇ, 389 ἀποδεκτέον· πολὺ δὲ ἧττον, ἐὰν θεούς. Πολὺ μέντοι, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν Ὁμήρου οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἀποδεξόμεθα περὶ θεῶν, 10

ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν
ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.

οὐκ ἀποδεκτέον κατὰ τὸν σὸν λόγον. Εἰ σύ, ἔφη, βούλεσθε ἐμὸν τιθέναι, οὐ γὰρ οὖν δή ἀποδεκτέον. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀληθειάν γε περὶ πολλοῦ ποιητέον. εἰ γὰρ ὀρθῶς ἐλέγομεν ἄρτι καὶ τῷ ὄντι θεοῖσι μὲν ἄχρηστον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει, δῆλον ὅτι τό γε τοιοῦτον ἰατροῖς δοτέον, ἰδιώταις δὲ οὐχ ἁπτέον. Δῆλον, ἔφη. Τοῖς ἄρχουσι δὴ τῆς πόλεως, εἴ πέρ τισιν ἄλλοις, προσήκει ψεύδεσθαι ἢ πολεμίων ἢ πολιτῶν ἕνεκα ἐπ' ὠφελείᾳ τῆς πόλεως· τοῖς δὲ ἄλλοις 20

einlatusque erumperent. *Adi.* Vera nimium loqueris. *So.* Neque vero id decet, ut ratio nobis paulo ante dictabat: cui, nisi quid melius interim nacti fuerimus, credendum est. *Adi.* Non decet profecto. *So.* Sed neque in risum nimium profusos nos esse oportet. nam effusum risum vehemens mutatio sequitur. *Adi.* Ità mihi quoque videtur. *So.* Non igitur admittendum est, quando quis summae auctoritatis viros in risum resolutos inducit: et multo minus, quando Deos. *Adi.* Multo certè minus. *So.* Ergo neque Homerum audiemus, cum dicit: *Inextinguibilis risus Diis concitus est, dum Vulcanum per domum properantem viderent, utpotè qui claudus esset.* haud enim admittendum est hoc secundum tuum sermonem. *Adi.* Si meum vis sermonem hunc ponere, nequaquam admittere decet. *So.* Quin etiam pluris facienda veritas est. si enim rectè paulo ante dicebamus, Diis inutile est mendacium, hominibus autem pro medicamento est utile. quare publicis medicis concedendum, privatis autem hominibus minime attingendum. *Adi.* Patet. *So.* Igitur rem publicam administrantibus praecipue, si quibus aliis, mentiri licet, vel hostium vel civium causa, ad communem civitatis utilitatem:

πᾶσιν οὐχ ἁπτέον τοῦ τοιούτου, ἀλλὰ πρός γε δὴ τοὺς τοιούτους ἄρχοντας ἰδιώτῃ ψεύσασθαι ταὐτὸν καὶ μεῖζον ἁμάρτημα φήσομεν ἢ κάμνοντι πρὸς ἰατρὸν ἢ ἀσκοῦντι πρὸς παιδοτρίβην περὶ τῶν τοῦ αὐτοῦ σώματος παθημάτων μὴ τἀληθῆ λέγειν, ἢ πρὸς κυβερνήτην περὶ τῆς νεώς τε καὶ τῶν ναυτῶν μὴ τὰ ὄντα λέγοντι, ὅπως ἢ αὐτὸς ἤ τις τῶν ξυνναυτῶν πράξεως ἔχει. Ἀληθέσατα, ἔφη. Ἂν ἄρ' ἄλλον τινὰ λαμβάνῃ ψευδόμενον ἐν τῇ πόλει τῶν

οἳ δημιοεργοί ἔασι,

μάντιν ἢ ἰητῆρα κακῶν ἢ τέκτονα δούρων,

κολάσει ὡς ἐπιτήθευμα εἰσάγοντα πόλεως ὥς περ νεὼς ἀνατρεπτικόν τε καὶ ὀλέθριον. Ἐάν γε, ἦ δ' ὅς, ἐπί γε λόγῳ ἔργα τελῆται. Τί δαί; σωφροσύνης ἆρα οὐ δεήσει ἡμῖν τοῖς νεανίαις; Πῶς δ' οὔ; Σωφροσύνης δὲ ὡς πλήθει οὐ τὰ τοιάδε μέγιστα, ἀρχόντων μὲν ὑπηκόους εἶναι, αὐτοὺς δὲ ἄρχοντας τῶν περὶ πότους καὶ ἀφροδίσια καὶ περὶ ἐδωδὰς ἡδονῶν; Ἔμοιγε δοκεῖ. Τὰ δὴ τοιάδε φήσομεν, οἶμαι, καλῶς λέγεσθαι, οἷα καὶ Ὁμήρῳ Διομήδης λέγει,

τέττα σιωπῇ ἧσο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ,

reliquis autem à mendacio abstinendum est. Sed adversus huiusmodi principes privatum mentiri maius peccatum est, quam aegrotum mentiri erga medicum; vel se exercentem erga ludimagistrum circa sui corporis vitia; vel erga navis gubernatorem de nave et nautis minime vera dicere, quemadmodum vel sua cuique vel sociorum sese res habeat. *Adi.* Vera narras. *So.* Si quidem ergo deprehenderis alium in civitate mentientem ex eorum genere, qui artifices sunt, vatem videlicet vel morborum medicum vel lignarium fabrum, eum punito tanquam rem quandam inferentem, ex qua civitatis ipsius, veluti navis, submersio et perditio sequitur. *Adi.* Sic plane agendum, si quidem sermone opera peraguntur. *So.* Quid praeterea? nonne temperantia nostris adolescentibus opus erit? *Adi.* Absque dubio. *So.* Temperantiae autem nonne haec talia quoad subditos maxima sunt, ut videlicet obtemperent magistratibus? quoad ipsos autem principes, ut ad venereorum epularumque et potulorum usum continentes sint? *Adi.* Mihi sane videtur. *So.* Haec itaque talia bene dicta asseverabimus, qualia apud Homerum Diomedes ait: *Εἶσ', ἄγε, σιωπῇ ἧσο,*

καὶ τὰ τούτων ἐχόμενα, τὰ

ἴσαν μένεα πνείοντες Ἀχαιοί,

σιγῇ δειδιότες σημάντορας,

καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Καλῶς. Τί δέ; τὰ τοιάδε

οἰνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο

καὶ τὰ τούτων ἐξῆς ἆρα καλῶς, καὶ ὅσα ἄλλα τις ἐν λόγῳ ἢ ἐν ποιήσει εἴρηκε νεανιεύματα ἰδιωτῶν εἰς ἄρχοντας; Οὐ καλῶς. Οὐ γάρ, οἶμαι, εἴς γε σωφροσύνην νέοις ἐπιτήδεια ἀκούειν. εἰ δέ τινα ἄλλην ἡδονὴν παρέχεται, θαυμαστὸν οὐδέν. ἢ πῶς σοι φαίνεται; Οὕτως, ἔφη. Τί δέ; ποιεῖν ἄνδρα τὸν σοφώτατον λέγοντα ὡς δοκεῖ αὐτῷ κάλλιστον εἶναι πάντων, ὅταν

παραπλεῖαι ὦσι τράπεζαι

σίτου καὶ κρειῶν, μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων

οἰνοχόος φορέῃσι καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσι,

δοκεῖ σοι ἐπιτήδειον εἶναι πρὸς ἐγκράτειαν ἑαυτοῦ ἀκούειν νέῳ; ἢ τὸ

λιμῷ δ' οἰκτιστὸν θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν;

ἢ Δία, καθευδόντων τῶν ἄλλων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων ὡς μόνος ἐγρηγορὼς ἃ ἐβουλεύσατο, τούτων πάντων ῥᾳδίως ἐπιλανθανόμενον διὰ τὴν τῶν ἀφροδισίων ἐπιθυμίαν, καὶ

ac meis verbis obtempera. et alia his similia: *Ibant robur efflantes Achivi silentio, duces timentes.* et alia, quaecunque in hanc sententiam dicuntur. *Adi.* Probe. *So.* Quid autem haec? *Vinolente, cervis oculos habens, cor autem cervi* et cetera, quae sequuntur. nunquid recte? et alia huiusmodi ipsorum privatorum in superiores superbe dicta, sive quis soluta in oratione sive poëmate inserat, an recte dicuntur? *Adi.* Nequaquam. *So.* Non enim existimo ad iuvenum temperantiam haec, ut audiantur, conferre. nihil autem mirum, si quo modo delectent. vel quomodo tibi videtur? *Adi.* Ita. *So.* Quid autem? videturne tibi idoneum esse hoc iuveni ad continentiam consequendam, si quando audierit virum sapientissimum apud poëtam ita loquentem, *Pulcherrimum omnium esse mihi videtur, cum plenae adsunt mensae dapibus carnibusque, vinum autem e cratere hauriens pinceruа poculis infundit atque circumfert?* vel illud, *Miserrimum esse fame perire et sortem subire adversam?* sive cum dicitur Iovem ceteris tum Diis tum hominibus dormientibus, omnium, quae vigilando tractaverat, coitus cupiditate oblitum, usque adeo libidine percul-

οὕτως ἐκπλαγέντα ἰδόντα τὴν Ἥραν, ὥστε μηδ' εἰς τὸ δωμάτιον ἐθέλειν ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτοῦ βουλόμενον χαμαὶ ξυγγίγνεσθαι, καὶ λέγοντα ὡς οὕτως ὑπὸ ἐπιθυμίας ἔχεται, ὡς οὐδ' ὅτε τὸ πρῶτον ἐφοίτων πρὸς ἀλλήλους

φίλους λήθοντε τοκῆας;

οὐδ' Ἄρεός τε καὶ Ἀφροδίτης ὑπὸ Ἡφαίστου δεσμὸν δι' ἕτερα τοιαῦτα. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, οὐ μοι φαίνεται ἐπιτήδειον. Ἀλλ' εἴ πού τινες, ἦν δ' ἐγώ, καρτερίαι πρὸς ἅπαντα καὶ λέγονται καὶ πράττονται ὑπὸ ἐλλογίμων ἀνδρῶν, θεατέον τε καὶ ἀκουστέον, οἷον καὶ τὸ

στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ·

τέτλαθι δὴ κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Οὐ μὲν δὴ δωροδόκους γε ἐατέον εἶναι τοὺς ἄνδρας οὐδὲ φιλοχρημάτους. Οὐδαμῶς. Οὐδ' ᾠδέον αὐτοῖς ὅτι

δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας.

οὐδὲ τὸν τοῦ Ἀχιλλέως παιδαγωγὸν Φοίνικα ἐπαινετέον, ὡς μετρίως ἔλεγε συμβουλεύων αὐτῷ δῶρα μὲν λαβόντι ἐπαμύνειν τοῖς Ἀχαιοῖς, ἄνευ δὲ δώρων μὴ ἀπαλλάττεσθαι τῆς μήνιος. οὐδ' αὐτὸν τὸν Ἀχιλλέα ἀξιώσομεν οὐδ' ὁμολογήσομεν οὕτω φιλοχρήματον εἶναι, ὥστε πα-

sum esse, ut quoad cubile ipsum ascenderet, non sustinuerit, sed ibidem humi congredi statim voluerit, dicens vehementiori se cupidine inflammari quam olim, cum primum caros latentes genitores invicem congressi fuerunt? sive cum narratur, quemadmodum Vulcanus Martem ac Venerem coeuntes rete comprehendit? *Adi.* Non per iovem mihi videtur idoneum. *So.* Verum sicubi modeste et constanter virorum excellentium facta vel dicta narrantur, animadvertenda et audienda haec sunt. veluti cum dicitur, *Pectus percutiens increpuit, dicens, perpetere, o cor: nam longe alias graviora tulisti. Adi.* Omnino sic est agendum. *So.* Neque etiam muneribus corrumpi ipsos cives permittendum est, neque avaros esse. *Adi.* Nullo pacto. *So.* Non ipsis igitur canendum, *Munera, credo mihi, placant homines que deosque*: neque laudandus Phoenix Achillis praeceptor, quasi probe locutus fuerit, dum consuleret ipsi muneta accipienti Achivis auxilium ferre, non accipienti vero ab ira nequaquam recedere. neque rursus Achillem ipsum dignum existimabimus, consentiemusque adeo pecuniae cupidum

ρὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος δῶρα λαβεῖν, καὶ τιμὴν αὖ λα-
391 βόντα νεκροῦ ἀπολύειν, ἄλλως δὲ μὴ ἐθέλειν. Οὔκουν δίκαιόν γε, ἔφη, ἐπαινεῖν τὰ τοιαῦτα. Ὀκνῶ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, δι' Ὅμηρον λέγειν ὅτι οὐδ' ὅσιον ταῦτά γε κατὰ Ἀχιλλέως φάναι καὶ ἄλλων λεγόντων πείθεσθαι. καὶ αὖ ὡς πρὸς τὸν Ἀπόλλω εἶπεν

ἔβλαψάς μ' ἑκάεργε, θεῶν ὀλοώτατε πάντων·
ἦ σ' ἂν τισαίμην, εἴ μοι δύναμίς γε παρείη.

καὶ ὡς πρὸς τὸν ποταμὸν θεὸν ὄντα ἀπειθῶς εἶχε καὶ μάχεσθαι ἕτοιμος ἦν· καὶ αὖ τὰς τοῦ ἑτέρου ποταμοῦ Σπερχειοῦ ἱερὰς τρίχας Πατρόκλῳ ἥρωϊ, ἔφη, κόμην ὀπάσαιμι φέρεσθαι, νεκρῷ ὄντι, καὶ ὡς ἔδρασε τοῦτο, οὐ πειστέον. τάς τε αὖ Ἕκτορος ἕλξεις περὶ τὸ σῆμα τὸ Πατρόκλου καὶ τὰς τῶν ζωγρηθέντων σφαγὰς εἰς τὴν πυράν, ξύμπαντα ταῦτα οὐ φήσομεν ἀληθῆ εἰρῆσθαι, οὐδ' ἐάσομεν πείθεσθαι τοὺς ἡμετέρους ὡς Ἀχιλλεὺς θεᾶς ὢν παῖς καὶ Πηλέως, σωφρονεστάτου τε καὶ τρίτου ἀπὸ Διός, καὶ ὑπὸ τῷ σοφωτάτῳ Χείρωνι τεθραμμένος, τοσαύτης ἦν ταραχῆς πλέως, ὥστ' ἔχειν ἐν αὑτῷ νοσήματε δύο ἐναντίω ἀλλήλοιν, ἀνελευθερίαν μετὰ φιλοχρηματίας καὶ αὖ ὑπερηφανίαν θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων. Ὀρθῶς, ἔφη, λέ-

esse debere, ut ab Agamemnone recipiat munera, atque ut Hectoris cadaver sine pretio reddere nolit. *Adi.* Certe talia laudare non decet. *So.* Vereor equidem dicere: quoniam fas non est Homerum haec praedicasse de Achille, aliisve dicentibus credere. et eundem rursus adversus Apollinem dixisse, *Perdidisti me, Apollo, Deorum perniciosissime omnium: quem certe ulciscarer, si mihi potestas adesset.* atque ut ad fluvium Deum pervicaciter se habuerit, etiam pugnare paratus. quodve inquit comas Sperchio flumini consecratas, daturum se comas ferre Patroclo heroi mortuo, dicaturque id egisse, nequaquam credendum. tractus autem Hectoris circa Patrocli sepulcrum, et ingulationes captivorum supra rogum, cunctaque huiusmodi neque vera esse affirmabimus neque sinemus nostris persuaderi, quod Achilles Deae filius et Pelei temperatissimi viri et ab Iove tertii, a Chirone sapientissimo educatus, tanta perturbatione agitatus sit, ut duobus contrariis morbis animi laboraverit, illiberalitate cum avaritia, atque item Deorum hominumque contemptu. *Adi.* Recte admodum loqueris. *So.* Rursus

γεις. Μὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, μήτε τάδε πειθώμεθα, μήτ' ἐῶμεν λέγειν ὡς Θησεὺς Ποσειδῶνος υἱὸς Πειρίθους τε Διὸς ὥρμησαν οὕτως ἐπὶ δεινὰς ἁρπαγάς, μηδέ τιν' ἄλλον θεοῦ παῖδά τε καὶ ἥρω τολμῆσαι ἂν δεινὰ καὶ ἀσεβῆ ἐργάσασθαι, οἷα νῦν καταψεύδονται αὐτῶν· ἀλλὰ προσαναγκάζωμεν τοὺς ποιητὰς ἢ μὴ τούτων αὐτὰ ἔργα φάναι ἢ τούτους μὴ εἶναι θεῶν παῖδας, ἀμφότερα δὲ μὴ λέγειν, μηδὲ ἡμῖν ἐπιχειρεῖν πείθειν τοὺς νέους ὡς οἱ θεοὶ κακὰ γεννῶσι καὶ ἥρωες ἀνθρώπων οὐδὲν βελτίους. ὃ περ γὰρ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγομεν, οὔθ' ὅσια ταῦτα οὔτ' ἀληθῆ· ἐπεδείξαμεν γάρ που ὅτι ἐκ θεῶν κακὰ γίγνεσθαι ἀδύνατον. Πῶς γὰρ οὔ; Καὶ μὴν τοῖς γε ἀκούουσι βλαβερά. πᾶς γὰρ ἑαυτῷ ξυγγνώμην ἕξει κακῷ ὄντι, πεισθεὶς ὡς ἄρα τοιαῦτα πράττουσί τε καὶ ἔπραττον καὶ

οἱ θεῶν ἀγχίσποροι,
οἱ Ζηνὸς ἐγγύς, ὧν κατ' Ἰδαῖον πάγον
Διὸς πατρῴου βωμὸς ἐς' ἐν αἰθέρι,
κοὔ πώ σφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων.

ὧν ἕνεκα παυσέον τοὺς τοιούτους μύθους, μὴ ἡμῖν πολλὴν εὐχέρειαν ἐντίκτωσι τοῖς νέοις πονηρίας. Κομιδῇ 392
μὲν οὖν, ἔφη.

neque haec credamus, neque dici sinamus Theseum Neptuni filium et Perithoum filium Iovis in rapinas adeo maximas irruisse, neque alterius Dei filium sive heroëm ausum esse unquam gravia impiaque patrare, qualia de ipsis quotidie mentiuntur. verum poëtas ipsos cogamus vel negare horum haec esse opera, vel non affirmare filios Deorum esse: ambo vero haec una nequaquam asserere, neque operam dare ut nostris iuvenibus persuadeant, quod ex Diis mala aliqua oriantur, quodve heroës hominibus nihilo meliores sint: quoniam, ut iam dictum est, neque sancta haec sunt neque vera. ostendimus enim ex Diis mala aliqua provenire non posse. *Adi.* Ostendimus plane. *So.* Quin etiam audientibus haec nocent. omnes quippe pravitati suae ignoscent, persuasi talia quaedam facere fecisseque et illos, qui proxime ex Deorum genere nati sunt, de quibus illud dicitur, diis proxime nati, Iovi propinqui, quorum circa Idaeum verticem *Iovis patrii ara exstat in aethere, neque dum ipsis evanuit sanguis Deorum.* quamobrem fabulae huiusmodi recipiendae non sunt, ne facilem occasionem ad nequitiam nostris adolescen-

Τί οὖν ἡμῖν, ἦν δ' ἐγώ, ἔτι λοιπὸν εἶδος λόγων
ὡς ὁριζομένοις οἵους τε λεκτέον καὶ μή; περὶ γὰρ θεῶν
δεῖ λέγεσθαι εἴρηται, καὶ περὶ δαιμόνων τε καὶ
ρώων καὶ τῶν ἐν Ἅιδου. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν καὶ
περὶ ἀνθρώπων τὸ λοιπὸν εἴη ἄν; Δῆλα δή. Ἀδύνα-
τον δή, ὦ φίλε, ἡμῖν τοῦτά γε ἐν τῷ παρόντι τάξαι.
Πῶς; Ὅτι οἶμαι ἡμᾶς ἐρεῖν ὡς ἄρα καὶ ποιηταὶ καὶ
λογοποιοὶ κακῶς λέγουσι περὶ ἀνθρώπων τὰ μέγιστα, ὅτε
εἰσὶν ἄδικοι μέν, εὐδαίμονες δὲ πολλοί, δίκαιοι δὲ ἄθλιοι,
καὶ ὡς λυσιτελεῖ τὸ ἀδικεῖν, ἐὰν λανθάνῃ, ἡ δὲ δικαιοσύ-
νη ἀλλότριον μὲν ἀγαθόν, οἰκεία δὲ ζημία· καὶ τὰ μὲν
τοιαῦτα ἀπερεῖν λέγειν, τὰ δ' ἐναντία τούτων προστάξειν
ᾄδειν τε καὶ μυθολογεῖν, ἢ οὐκ οἴει; Εὖ μὲν οὖν, ἔφη,
οἶδα. Οὐκοῦν ἐὰν ὁμολογῇς ὀρθῶς με λέγειν, φήσω σε
ὡμολογηκέναι ἃ πάλαι ἐζητοῦμεν; Ὀρθῶς, ἔφη, ὑπό-
λαβες. Οὐκοῦν περὶ ἀνθρώπων ὅτι τοιούτους δεῖ λό-
γους λέγεσθαι, τότε διομολογησόμεθα ὅταν εὕρωμεν
οἷόν ἐστι δικαιοσύνη καὶ ὡς φύσει λυσιτελοῦν τῷ ἔχοντι,
ἐάν τε δοκῇ ἐάν τε μὴ τοιοῦτος εἶναι; Ἀληθέστατα,
ἔφη. Τὰ μὲν δὴ λόγων πέρι ἐχέτω τέλος, τὸ δὲ λέξεως,

tibus praebeant, *Adi.* Sic prorsus agendum. *So.* Quae deinceps reliqua nobis species est sermonum, disserentibus, quales cuique narrandi vel non narrandi sint? de Diis enim quemadmodum loqui deçet, est dictum: itemque de ipsis daemonibus et heroibus et his, quae sunt apud inferos. *Adi.* Satis abunde. *So.* An esset fortasse reliquum, ut de hominibus diceremus? *Adi.* Certe. *So.* Impossibile istud in praesentia, o amice, disponere. *Adi.* Curnam? *So.* Quoniam existimo nos dicturos poëtas oratoresque de hominibus circa ea quae maximi momenti sunt, male dicere, cum scribunt iniustos quidem multos felices esse, iustos autem infelices; conducereque iniuste agere, si lateat: ipsamque iustitiam alienum bonum esse, propriam vero iacturam; et cetera huiusmodi damnaturos esse, iussurosque ne dicant, contraria vero horum et canant et fabulis inserant, an non putas? *Adi.* Certe non vi, *So.* Nonne igitur, si confitearis recte me dicere, dicam te consessisse, quae iamdiu quaerimus? *Adi.* Recte nimium accepis. *So.* Nonne et de hominibus, quod tales oporteat sermones fer tunc una concedemus, cum, qualis iustitia sit, invenerimus, et qu natura ipsa prosit habenti, seu videatur esse iustus sive non vid tur? *Adi.* Vera loqueris. *So.* De his ergo, quae dicenda quaeve non, satis est disputatum; deinceps de dicendi rati

ὡς ἐγῷμαι, μετὰ τοῦτο σκεπτέον, καὶ ἡμῖν ἆ τε λεκτέον καὶ ὡς λεκτέον παντελῶς ἐσκέψεται.

Καὶ ὁ Ἀδείμαντος, Τοῦτο, ἦ δ' ὅς, οὐ μανθάνω ὅ τε λέγεις. Ἀλλὰ μέντοι, ἦν δ' ἐγώ, δεῖ γε. ἴσως οὖν τῇδε μᾶλλον εἴσει. ἆρ' οὐ πάντα ὅσα ὑπὸ μυθολόγων ἢ ποιητῶν λέγεται, διήγησις οὖσα τυγχάνει ἢ γεγονότων ἢ ὄντων ἢ μελλόντων; Τί γάρ, ἔφη, ἄλλο; Ἆρα οὖν οὐχὶ ἤτοι ἁπλῇ διηγήσει ἢ διὰ μιμήσεως γιγνομένῃ ἢ δι' ἀμφοτέρων περαίνουσιν; Καὶ τοῦτο, ἦ δ' ὅς, ἔτι δέομαι σαφέστερον μαθεῖν. Γελοῖος, ἦν δ' ἐγώ, ἔοικα διδάσκαλος εἶναι καὶ ἀσαφής. ὥς περ οὖν οἱ ἀδύνατοι λέγειν, οὐ κατὰ ὅλον ἀλλ' ἀπολαβὼν μέρος τι πειράσομαί σοι ἐν τούτῳ δηλῶσαι ὃ βούλομαι. καί μοι εἰπέ· ἐπίσασαι τῆς Ἰλιάδος τὰ πρῶτα, ἐν οἷς ὁ ποιητὴς φησι τὸν μὲν Χρύσην δεῖσθαι τοῦ Ἀγαμέμνονος ἀπολῦσαι τὴν θυγατέρα, τὸν δὲ χαλεπαίνειν, τὸν δέ, ἐπειδὴ οὐκ ἐτύγχανε, κατεύχεσθαι τῶν Ἀχαιῶν πρὸς τὸν θεόν; Ἔγωγε. Οἶσθ' οὖν ὅτι μέχρι μὲν τούτων τῶν ἐπῶν 393

καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς,
Ἀτρείδα δὲ μάλιστα δύω κοσμήτορε λαῶν

λέγει τε αὐτὸς ὁ ποιητὴς καὶ οὐδ' ἐπιχειρεῖ ἡμῶν τὴν

ut arbitror, est disserendum: atque ita nobis, et quae et quomodo dicenda sint, compertum erit. *Adi.* Quid dicas, non satis intelligo. *So.* Oportet tamen id te intelligere: atque ita fortasse clarius hoc intelliges. an non quaecunque a poëtis vel fictoribus fabularum dicuntur, narrationem esse dicimus vel praeteritorum vel praesentium vel futurorum? *Adi.* Quid enim aliud? *So.* Num ergo vel simplici narratione vel per imitationem facta vel etiam utroque narrant? *Adi.* Clarius hoc quoque exponi requiro. *So.* Ridiculus equidem praeceptor, et inprimis obscurus videor. quemadmodum igitur qui dicendo parum valent efficere solent, ita ego nunc non universum ipsum, sed partem aliquam sumens, in ea tibi, quod volo, conabor ostendere. et primum mihi dicito, nostin' Iliados principia, in quibus ait poëta Chrysem Agamemnoni supplicasse, ut sibi filiam restitueret, Agamemnonem vero turbato animo denegasse: quod postquam non impetravit, imprecatum ait ipsum contra Achivos Deum? *Adi.* Equidem. *So.* Et illud credo nosti, quod usque ad hos versus *Precatus est omnes Achivos duosque inprimis Atrei filios gentium duces* ipse poëta loquitur, neque tentat alio mentem nostram convertere, tan-

ἔφη. Μάνθανε τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ταύτης αὖ ἐναντία γίγνεται, ὅταν τις τὰ τοῦ ποιητοῦ τὰ μεταξὺ τῶν ῥήσεων ἐξαιρῶν τὰ ἀμοιβαῖα καταλείπῃ. Καὶ τοῦτο, ἔφη, μανθάνω, ὅτι ἔξι τὸ περὶ τὰς τραγῳδίας τοιοῦτον. Ὀρθότατα, ἔφην, ὑπέλαβες, καὶ οἶμαί σοι ἤδη δηλοῦν ὃ ἔμπροσθεν οὐχ οἷός τ' ἦ, ὅτι τῆς ποιήσεώς τε καὶ μυθολογίας ἡ μὲν διὰ μιμήσεως ὅλη ἐξίν, ὡς περ σὺ λέγεις, τραγῳδία τε καὶ κωμῳδία, ἡ δὲ δι' ἀπαγγελίας αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ — εὕροις δ' ἂν αὐτὴν μάλιστά που ἐν διθυράμβοις —, ἡ δ' αὖ δι' ἀμφοτέρων ἔν τε τῇ τῶν ἐπῶν ποιήσει, πολλαχοῦ δὲ καὶ ἄλλοθι, εἴ μοι μανθάνεις. Ἀλλὰ ξυνίημι, ἔφη, ἃ τότε ἐβούλου λέγειν. Καὶ τὸ πρὸ τούτου δὴ ἀναμνήσθητι, ὅτι ἔφαμεν, ἃ μὲν λεκτέον, ἤδη εἰρῆσθαι, ὡς δὲ λεκτέον, ἔτι σκεπτέον εἶναι. Ἀλλὰ μέμνημαι. Τοῦτο τοίνυν αὐτὸ ἦν ὃ ἔλεγον, ὅτι χρείη διομολογήσασθαι πότερον ἐάσομεν τοὺς ποιητὰς μιμουμένους ἡμῖν τὰς διηγήσεις ποιεῖσθαι ἢ τὰ μὲν μιμουμένους, τὰ δὲ μή, καὶ ὁποῖα ἑκάτερα, ἢ οὐδὲ μιμεῖσθαι. Μαντεύομαι, ἔφη, σκοπεῖσθαί σε εἴτε παραδεξόμεθα τραγῳδίαν τε καὶ κωμῳδίαν εἰς τὴν πόλιν εἴτε καὶ οὔ.

iam. *So.* Et illud praeterea scito, contrariam huic esse, cum remotis poëtae verbis, quae inter orationes intercedere solent, orationes ipsae vicissim continuatae relinquuntur. *Adi.* Id quoque intelligo. est enim huiusmodi tragoedia atque comoedia. *So.* Recte admodum accepisti: existimoque tibi iam nunc aperire, quod in superioribus percipere non valebas, poësin videlicet fabularumque figmenta aut esse omnino per imitationem, quemadmodum ipse dicebas, in tragoedia atque comoedia: aut per enuntiationem poëtae proferri, quod maxime in dithyrambis inspicitur: aut per utraque confici, ut in heroicis aliisque multis apparet, si modo intelligis. *Adi.* Intelligo iam, quod tunc inferre volebas. *So.* Atqui etiam ante hoc memento, quod dicebamus, quae dicenda essent, iam expositum esse: quo autem modo dicendum esset, deinceps exponere oportere. *Adi.* Memini equidem *So.* Hoc igitur erat, quod oportere dicebam inter nos convenire, utrum sinamus poëtas imitatione perpetua uti, an partim imitari partim minime: et qualia utraque sint: an nihil penitus imitari. *Adi.* Auguror equidem consideraturum te, utrum recipienda sit comoedia et tragoedia in civitate, necne. *So.* Fortasse autem et

Ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πλείω ἔτι τούτων. οὐ γὰρ δὴ ἔγωγέ πω οἶδα, ἀλλ' ὅπῃ ἂν ὁ λόγος ὥς περ πνεῦμα φέρῃ, ταύτῃ ἰτέον. Καὶ καλῶς γ', ἔφη, λέγεις. Τόδε τοίνυν, ὦ Ἀδείμαντε, ἄθρει, πότερον μιμητικοὺς ἡμῖν δεῖ εἶναι τοὺς φύλακας ἢ οὔ. ἦ καὶ τοῦτο τοῖς ἔμπροσθεν ἕπεται, ὅτι εἷς ἕκαστος ἓν μὲν ἂν ἐπιτήδευμα καλῶς ἐπιτηδεύοι, πολλὰ δ' οὔ, ἀλλ' εἰ τοῦτο ἐπιχειροῖ, πολλῶν ἐφαπτόμενος πάντων ἀποτυγχάνοι ἄν, ὥστ' εἶναί που ἐλλόγιμος; Τί δ' οὔ μέλλει; Οὐκοῦν καὶ περὶ μιμήσεως ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι πολλὰ ὁ αὐτὸς μιμεῖσθαι εὖ ὥς περ ἓν οὐ δυνατός; Οὐ γὰρ οὖν. Σχολῇ ἄρα ἐπιτηδεύσει τέ τι ἅμα τῶν ἀξίων 395
λόγου ἐπιτηδευμάτων καὶ πολλὰ μιμήσεται καὶ ἔξαι μιμητικός, ἐπεί που οὐδὲ τὰ δοκοῦντα ἐγγὺς ἀλλήλων εἶναι δύο μιμήματα δύνανται οἱ αὐτοὶ ἅμα εὖ μιμεῖσθαι, οἷον κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ποιοῦντες. ἢ οὐ μιμήματε ἄρτι τούτω ἐκάλεις; Ἔγωγε, καὶ ἀληθῆ γε λέγεις ὅτι οὐ δύνανται οἱ αὐτοί. Οὐδὲ μὴν ῥαψῳδοί γε καὶ ὑποκριταὶ ἅμα. Ἀληθῆ. Ἀλλ' οὐδέ τοι ὑποκριταὶ κωμῳδοῖς τε καὶ τραγῳδοῖς οἱ αὐτοί· πάντα δὲ ταῦτα μιμήματα, ἢ οὔ; Μιμήματα. Καί ἔτι γε τούτων, ὦ Ἀδείμαντε, φαίνεταί μοι εἰς σμικρότερα κατακεκερματίσθαι ἢ

his plura, nondum enim novi: sed qua ratio ut ventus feret, eo eundum est. *Adi.* Praeclare loqueris. *So.* Hoc igitur, o Adimante, considera, utrum imitatores nos habere custodes oporteat, necne, vel hoc ex superioribus pendet, quod singuli singula recte conficere possunt, plura vero minime: quod si quis plura tractare aggrediatur, in singulis ita deficiet, ut in nullo evadat egregius. *Adi.* Sic prorsus accideret. *So.* Nonne et de imitatione eadem ratio, quod plura aliquis aeque ac unum bene imitari non potest? *Adi.* Non certe. *So.* Nunquam igitur studio alicui aestimatione digno quis simul incumbet, et imitabitur multa eritve imitator idoneus: quando neque duas quidem imitationes, quae parum differre inter se videntur, iidem homines bene simul tractare possunt; ut comoediam simul et tragoediam, an non imitationes quasdam nuper istas esse dicebas? *Adi.* Equidem. ac vera dicis, quod iidem nequeant. *So.* Neque etiam rhapsodi (id est, cantores heroicorum) simul esse et histriones possunt. *Adi.* Vera. *So.* Sed neque tragoedis aut comoedis tragici aut comici iidem. haec autem omnia imitationes quaedam sunt: an non? *Adi.* Imitationes. *So.* Quin etiam in minora his videtur, o Adimante, natura hominis esse con-

τοῦ ἀνθρώπου φύσις, ὥστ' ἀδύνατος εἶναι πολλὰ καλῶς μιμεῖσθαι ἢ αὐτὰ ἐκεῖνα πράττειν ὧν δὴ καὶ τὰ μιμήματά ἐσιν ἀφομοιώματα. Ἀληθέσατα, ἦ δ' ὅς. Εἰ ἄρα τὸν πρῶτον λόγον διασώσομεν, τοὺς φύλακας ἡμῖν τῶν ἄλλων πασῶν δημιουργιῶν ἀφειμένους δεῖν εἶναι δημιουργοὺς ἐλευθερίας τῆς πόλεως πάνυ ἀκριβεῖς καὶ μηδὲν ἄλλο ἐπιτηδεύειν ὅ τι μὴ εἰς τοῦτο φέρει, οὐδὲν δὴ δέοι ἂν αὐτοὺς ἄλλο πράττειν οὐδὲ μιμεῖσθαι· ἐὰν δὲ μιμῶνται, μιμεῖσθαι τὰ τούτοις προσήκοντα εὐθὺς ἐκ παίδων, ἀνδρείους, σώφρονας, ὁσίους, ἐλευθέρους καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, τὰ δ' ἀνελεύθερα μήτε ποιεῖν μήτε δεινοὺς εἶναι μιμήσασθαι, μηδ' ἄλλο μηδὲν τῶν αἰσχρῶν, ἵνα μὴ ἐκ τῆς μιμήσεως τοῦ εἶναι ἀπολαύσωσιν. ἢ οὐκ ἤσθησαί ὅτι αἱ μιμήσεις, ἐὰν ἐκ νέων πόρρω διατελέσωσιν, εἰς ἔθη τε καὶ φύσιν καθίστανται καὶ κατὰ σῶμα καὶ φωνὰς καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν; Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς. Οὐ δὴ ἐπιτρέψομεν, ἦν δ' ἐγώ, ὧν φαμὲν κήδεσθαι καὶ δεῖν αὐτοὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι, γυναῖκα μιμεῖσθαι ἄνδρας ὄντας, ἢ νέαν ἢ πρεσβυτέραν, ἢ ἀνδρὶ λοιδορουμένην ἢ πρὸς θεοὺς ἐρίζουσάν τε καὶ μεγαλαυχουμένην, οἰομένην εὐδαίμονα εἶναι ἢ ἐν ξυμφο-

cisa, ut nullo modo possit bene plura imitari, vel etiam ea facere, quorum imitationes ipsae similitudines quaedam sunt. *Adi.* Est, ut dicis. *So.* Si ergo rationem superiorem ratam haberi volumus, custodes nostros a reliquis omnibus artificiis alienos patriae libertatis artifices esse oportere, valde quidem solertes; neque aliud quicquam curare, quod huc non tendat: nihil aliud agere eos vel imitari oportet, vel si imitentur, imitari quae istis consentanea sint statim a pueritia, fortes scilicet, temperatos, sanctos, liberales et reliqua eiusmodi: illiberalia autem neque facere neque imitari posse, neque aliud quicquam turpe; ne ex ipsa imitatione tales efficiantur, quale id, quod aemulantur. an non animadvertisti imitationes, si a teneris annis incipiant perseverentque, in mores et naturam abire, tum quantum spectat ad corpus, tum ad vocem, tum ad cogitationem ipsam? *Adi.* Et maxime quidem. *So.* Non permittimus igitur ullo modo eos, quorum habere curam dicimus, quosve praestantes viros fore desideramus, cum viri sint, mulierem imitari vel iuvenem vel vetulam, vel viro conviciantem, vel adversus deos contendentem et iactantem, cum se putet felicem esse;

ραῖς τε καὶ πένθεσι καὶ θρήνοις ἐχομένην· κάμνουσαν δὲ ἢ ἐρῶσαν ἢ ὠδίνουσαν, πολλοῦ καὶ δεήσομεν. Παντάπασι μὲν οὖν, ἦ δ' ὅς. Οὐδέ γε δούλας τε καὶ δούλους πράττοντας ὅσα δούλων. Οὐδὲ τοῦτο. Οὐδέ γε ἄνδρας κακούς, ὡς ἔοικε, δειλούς τε καὶ τἀναντία πράττοντας ὧν νῦν δὴ εἴπομεν, κακηγοροῦντάς τε καὶ κωμῳδοῦντας ἀλλήλους καὶ αἰσχρολογοῦντας, μεθύοντας ἢ καὶ νήφοντας, ἢ καὶ ἄλλα ὅσα οἱ τοιοῦτοι 396
καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις ἁμαρτάνουσιν εἰς αὑτούς τε
10 καὶ εἰς ἄλλους. οἶμαι δ' οὐδὲ μαινομένοις ἐθιξέον ἀφομοιοῦν αὑτοὺς ἐν λόγοις οὐδ' ἐν ἔργοις· γνωξέον μὲν γὰρ καὶ μαινομένους καὶ πονηροὺς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ποιητέον δ' οὐδὲν τούτων οὐδὲ μιμητέον. Ἀληθέστατα, ἔφη. Τί δ', ἦν δ' ἐγώ, χαλκεύοντας ἤ τι ἄλλο δημιουργοῦντας, ἢ ἐλαύνοντας τριήρεις ἢ κελεύοντας τούτοις ἤ τι ἄλλο τῶν περὶ ταῦτα μιμητέον; Καὶ πῶς, ἔφη, οἷς γε οὐδὲ προσέχειν τὸν νοῦν τούτων οὐδενὶ ἐξέσται; Τί δέ; ἵππους χρεμετίζοντας καὶ ταύρους μυκωμένους καὶ ποταμοὺς ψοφοῦντας καὶ θάλατταν κτυ-
20 ποῦσαν καὶ βροντὰς καὶ πάντα αὖ τὰ τοιαῦτα ἢ μιμήσονται; Ἀλλ' ἀπείρηται αὐτοῖς, ἔφη, μήτε μαίνεσθαι μή-

vel aerumnis circumventam flentem atque eiulantem, laborantem, amore accensam, dolore partus oppressam. *Adi.* Nullo modo. *So.* Neque servas et servos, ea quae servorum sunt facientes. *Adi.* Neque hoc quidem. *So.* Neque viros item pravos, ut videtur, timidos, et contraria eorum, quae diximus, facientes, conviciantes, irrigantes turpiaque invicem obloquentes, sive ebrios sive vigiles sobriosque: et alia quotcunque homines isti et in verbis et in operibus tum in se ipsos tum in alios peccant. neque etiam debent, ut arbitror, similes se per imitationem, vel verbis vel actionibus, insanientibus reddere. cognoscendi enim insani et mali sunt, tam viri quam mulieres: nihil tamen ex eorum dictis et factis vel agendum est vel imitandum. *Adi.* Verissima loqueris. *So.* Quid autem? artificesne ex aere aliquid fabricantes, vel aliud quippiam molientes, vel remiges navium, vel praecipientes istis, vel aliud aliquid circa haec imitari eos decet? *Adi.* Quonam pacto? cum neque rebus ullis huiusmodi mentem adhibere his liceat. *So.* Nunquid equos hinnientes vel mugientes tauros, aut fragorem immurmurationemque fluviorum, aut maris fremitum vel tonitrus vel cetera eiusdem generis imitabuntur? *Adi.* Atqui prohibitum

τε μαινομένοις ἀφομοιοῦσθαι. Εἰ ἆρ', ἦν δ' ἐγώ, μανθάνω ἃ σὺ λέγεις, ἔστι τι εἶδος λέξεώς τε καὶ διηγήσεως ἐν ᾧ ἂν διηγοῖτο ὁ τῷ ὄντι καλὸς κἀγαθός, ὁπότε τι δέοι αὐτὸν λέγειν, καὶ ἕτερον αὖ ἀνόμοιον τούτῳ εἶδος οὗ ἂν ἔχοιτο ἀεὶ καὶ ἐν ᾧ διηγοῖτο ὁ ἐναντίως ἐκείνῳ φύς τε καὶ τραφείς. Ποῖα δή, ἔφη, ταῦτα; Ὁ μέν μοι δοκεῖ, ἦν δ' ἐγώ, μέτριος ἀνήρ, ἐπειδὰν ἀφίκηται ἐν τῇ διηγήσει ἐπὶ λέξιν τινὰ ἢ πρᾶξιν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, ἐθελήσειν ὡς αὐτὸς ὢν ἐκεῖνος ἀπαγγέλλειν καὶ οὐκ αἰσχυνεῖσθαι ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ μιμήσει, μάλιστα μὲν μιμούμενος τὸν ἀγαθὸν ἀσφαλῶς τε καὶ ἐμφρόνως πράττοντα, ἐλάττω δὲ καὶ ἧττον ἢ ὑπὸ νόσων ἢ ὑπὸ ἐρώτων ἐσφαλμένον ἢ καὶ ὑπὸ μέθης ἤ τινος ἄλλης ξυμφορᾶς· ὅταν δὲ γίγνηται κατά τινα ἑαυτοῦ ἀνάξιον, οὔτε ἐθελήσειν σπουδῇ ἀπεικάζειν ἑαυτὸν τῷ χείρονι, εἰ μὴ ἄρα κατὰ βραχύ, ὅταν τι χρηστὸν ποιῇ, ἀλλ' αἰσχυνεῖσθαι, ἅμα μὲν ἀγύμναστος ὢν τοῦ μιμεῖσθαι τοὺς τοιούτους, ἅμα δὲ καὶ δυσχεραίνων αὐτὸν ἐκμάττειν τε καὶ ἐνιξάναι εἰς τοὺς τῶν κακιόνων τύπους, ἀτιμάζων τῇ διανοίᾳ, ὅ τι μὴ παιδιᾶς χάριν. Εἰκός, ἔφη. Οὐκοῦν διηγήσει χρήσεται οἵᾳ ἡμεῖς ὀλίγον πρότερον διήλθομεν

illis est et insanire et insanientibus se similes reddere. *So.* Si igitur quae dicis intelligo, est quaedam orationis et narrationis species, in qua vir optimus, cum quid dicturus est, enarrat: et alia quaedam huic dissimilis, qua utitur, qui contra ac ille natus atque nutritus est. *Adi.* Quales vero hae sunt? *So.* Videtur mihi vir moderatus, quando in narratione deveneriit ad aliquam viri boni vel orationem vel actionem, perinde ac si ipse ille esset, pronuntiaturus et sine ullo rubore aut dedecore imitationem huiusmodi susceperus: maxime quidem et ut plurimum, imitans virum bonum prudenter et sine errore agentem, rarius autem ac minus, morbis vel amore labantem, aut ebrietate, aut casu quovis alio. quando autem ad aliquem indignum se venerit, nolet, ut arbitror, dedita opera similem se deteriori praebere, nisi breviter quidem, et cum boni quicquam peragit: sed erubescet, cum rudis sit ad hos imitandos et aegre ferat deteriorum figuras induere, spernens imagines huiuscemodi; nisi forte ioci oblectamentique causa id fecerit. *Adi.* Non iniuria. *So.* Nonne igitur narratione utetur tali, qualem paulo ante in versibus Homeri di-

περὶ τὰ τοῦ Ὁμήρου ἔπη, καὶ ἔξαι αὐτοῦ ἡ λέξις μετέχουσα μὲν ἀμφοτέρων, μιμήσεώς τε καὶ τῆς ἄλλης διηγήσεως, σμικρὸν δέ τι μέρος μιμήσεως ἐν πολλῷ λόγῳ τῆς διηγήσεως; ἢ οὐδὲν λέγω; Καὶ μάλα, ἔφη, οἷόν γε ἀνάγκη τὸν τύπον εἶναι τοῦ τοιούτου ῥήτορος. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, 397
ὃ μὴ τοιοῦτος αὖ, ὅσῳ ἂν φαυλότερος ᾖ, πάντα τε μᾶλλον διηγήσεται καὶ οὐδὲν ἑαυτοῦ ἀνάξιον οἰήσεται εἶναι, ὥστε πάντα ἐπιχειρήσει μιμεῖσθαι σπουδῇ τε καὶ ἐναντίον πολλῶν, καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, βροντάς τε καὶ ψόφους ἀνέμων τε καὶ χαλαζῶν καὶ ἀξόνων καὶ τροχιλίων καὶ σαλπίγγων καὶ αὐλῶν καὶ συρίγγων καὶ πάντων ὀργάνων φωνάς, καὶ ἔτι κυνῶν καὶ προβάτων καὶ ὀρνέων φθόγγους· καὶ ἔσαι δὴ ἡ τούτου λέξις ἅπασα διὰ μιμήσεως φωναῖς τε καὶ σχήμασιν, ἢ σμικρόν τι διηγήσεως ἔχουσα; Ἀνάγκη, ἔφη, καὶ τοῦτο. Ταῦτα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἔλεγον τὰ δύο εἴδη τῆς λέξεως. Καὶ γὰρ ἔξιν, ἔφη. Οὐκοῦν αὐτοῖν τὸ μὲν σμικρὰς τὰς μεταβολὰς ἔχει, καὶ ἐάν τις ἀποδιδῷ πρέπουσαν ἁρμονίαν καὶ ῥυθμὸν τῇ λέξει, ὀλίγου πρὸς τὴν αὐτὴν ἀεὶ γίγνεται λέγειν τῷ ὀρθῶς λέγοντι καὶ ἐν μιᾷ ἁρμονίᾳ — σμικραὶ γὰρ αἱ μεταβολαί — καὶ δὴ ἐν

ceham? eritque oratio sua particeps utriusque, imitationis videlicet et narrationis alterius? exigua vero pars imitationis longa in oratione erit? Dicone aliquid, an nihil? *Adi.* Dicis certe, qualem necesse est esse rhetoris istius figuram. *So.* Nonne igitur qui talis non erit, quo erit ineptior et indoctior, eo plura narrabit, et omnia imitabitur, nihilque se indignum esse existimabit? quare omnia imitari aggredietur, et in conspectu quidem multorum: ea praesertim, quae paulo ante commemorabamus, tonitrus, murmura ventorum, et grandinis, axis, rotarum, tubarum, tibiarum, fistularum, et omnium denique organorum sonitus: praeterea canum, pecudum et avium voces. eritque huius oratio universa paene per imitationem voce ac gestu, vel paulum quid narrationis habebit. *Adi.* Necessarium quoque istud. *So.* Atque hae sunt orationis species duae, quas supra dicebam. *Adi.* Sunt plane. *So.* Nonne ipsarum una quidem parum quid mutationis habet? et si quis decentem consonantiam et rhythmum orationi tribuat, ferme ad eandem orationis formam semper dicendum est recte loquenti, atque in una insuper consonantia? exiguae namque mutationes; eodemque modo in rhythmo

ῥυθμιῷ ὡσαύτως παραπλησίῳ τινί. Κομιδῇ μὲν οὖν, ἔφη, οὕτως ἔχει. Τί δέ; τὸ τοῦ ἑτέρου εἶδος οὐ τῶν ἐναντίων δεῖται, πασῶν μὲν ἁρμονιῶν, πάντων δὲ ῥυθμῶν, εἰ μέλλει αὖ οἰκείως λέγεσθαι, διὰ τὸ παντοδαπὰς μορφὰς τῶν μεταβολῶν ἔχειν; Καὶ σφόδρα γε οὕτως ἔχει. Ἆρ' οὖν πάντες οἱ ποιηταὶ καὶ οἵ τι λέγοντες ἢ τῷ ἑτέρῳ τούτων ἐπιτυγχάνουσι τύπῳ τῆς λέξεως ἢ τῷ ἑτέρῳ ἢ ἐξ ἀμφοτέρων τινὶ ξυγκεραννύντες; Ἀνάγκη, ἔφη. Τί οὖν ποιήσομεν; ἦν δ' ἐγώ· πότερον εἰς τὴν πόλιν πάντας τούτους παραδεξόμεθα ἢ τῶν ἀκράτων τὸν ἕτερον ἢ τὸν μεμιγμένον; Ἐὰν ἢ ἐμή, ἔφη, νικᾷ, τὸν τοῦ ἐπιεικοῦς μιμητὴν τὸν ἄκρατον. Ἀλλὰ μήν, ὦ Ἀδείμαντε, ἡδύς γε καὶ ὁ μεμιγμένος, πολὺ δὲ ἥδιστος παισί τε καὶ παιδαγωγοῖς ὁ ἐναντίος ᾧ σὺ αἱρεῖ, καὶ τῷ πλείστῳ ὄχλῳ. Ἥδιστος γάρ. Ἀλλ' ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, οὐκ ἂν αὐτὸν ἁρμόττειν φαίης τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ, ὅτι οὐκ ἔστι διπλοῦς ἀνὴρ παρ' ἡμῖν οὐδὲ πολλαπλοῦς, ἐπειδὴ ἕκαστος ἓν πράττει. Οὐ γὰρ οὖν ἁρμόττει. Οὐκοῦν διὰ ταῦτα ἐν μόνῃ τῇ τοιαύτῃ πόλει τόν τε σκυτοτόμον σκυτοτόμον εὑρήσομεν καὶ οὐ κυβερνήτην πρὸς τῇ σκυτοτομίᾳ, καὶ τὸν γεωργὸν

fermè consimili. *Adi.* Omnino sic se res habet. *So.* Quid autem alterius species? nonne contrariis indiget, omnibus videlicet consonantiis omnibusque rhythmis, si proprie dicenda est, cum multas et varias habeat mutationum formas? *Adi.* Sic est omnino. *So.* Nonne et poëtae et alii omnes, qui aliquid dicunt, vel harum una dicendi figura utuntur vel altera vel utrisque commixtis? *Adi.* Necesse est. *So.* Quid igitur faciemus? utrum has omnes in civitate suscipiemus, vel alterum simplicium, vel permixtam? *Adi.* Si in mea optione constiterit, simplicem decori imitatricem. *So.* Atqui, o Adimante, mixta quoque iucunda est: multo autem iucundior pueris et paedagogis contraria illius, quam tu eligis, et plurimae turbae. *Adi.* Iucundissima prorsus. *So.* At forte, ut arbitror, rei publicae nostrae convenire eam non existimabis, quoniam non sit duplex vir neque multiplex apud nos, quandoquidem singuli singula faciunt. *Adi.* Non convenit certe. *So.* Nonne igitur sola in civitate huiusmodi coriarium inveniemus dumtaxat coriarium esse, non gubernatorem praeterea? et agricultorem dum-

γεωργὸν καὶ οὐ δικαστὴν πρὸς τῇ γεωργίᾳ, καὶ τὸν πολεμικὸν πολεμικὸν καὶ οὐ χρηματιστὴν πρὸς τῇ πολεμικῇ, καὶ πάντας οὕτως; Ἀληθῆ, ἔφη. Ἄνδρα δή, ὡς ἔοικε, δυνάμενον ὑπὸ σοφίας παντοδαπὸν γίγνεσθαι καὶ μι- 398
μεῖσθαι πάντα χρήματα, εἰ ἡμῖν ἀφίκοιτο εἰς τὴν πόλιν αὐτός τε καὶ τὰ ποιήματα βουλόμενος ἐπιδείξασθαι, προσκυνοῖμεν ἂν αὐτὸν ὡς ἱερὸν καὶ θαυμαστὸν καὶ ἡδύν, εἴποιμεν δ' ἂν ὅτι οὐκ ἔστι τοιοῦτος ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει παρ' ἡμῖν οὐδὲ θέμις ἐγγενέσθαι, ἀποπέμποιμέν τε ἂν εἰς ἄλλην πόλιν μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες καὶ ἐρίῳ στέψαντες, αὐτοὶ δ' ἂν τῷ αὐστηροτέρῳ καὶ ἀηδεστέρῳ ποιητῇ χρώμεθα καὶ μυθολόγῳ ὠφελείας ἕνεκα, ὃς ἡμῖν τὴν τοῦ ἐπιεικοῦς λέξιν μιμοῖτο καὶ τὰ λεγόμενα λέγοι ἐν ἐκείνοις τοῖς τύποις οἷς κατ' ἀρχὰς ἐνομοθετησάμεθα, ὅτε τοὺς στρατιώτας ἐπεχειροῦμεν παιδεύειν. Καὶ μάλ', ἔφη, οὕτως ἂν ποιοῖμεν, εἰ ἐφ' ἡμῖν εἴη. Νῦν δή, εἶπον ἐγώ, ὦ φίλε, κινδυνεύει ἡμῖν τῆς μουσικῆς τὸ περὶ λόγους τε καὶ μύθους παντελῶς διαπεπεράνθαι· ἃ τε γὰρ λεπτέον καὶ ὡς λεκτέον εἴρηται. Καὶ αὐτῷ μοι δοκεῖ, ἔφη.

Οὐκοῦν μετὰ τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, τὸ περὶ ᾠδῆς

taxat agricultorem, non insuper iudicem? militem quoque militem, non etiam nummularium? ceterosque eodem modo? *Adi.* Vera haec sunt. *So.* Si quis ergo in nostram urbem venerit, qui prae sapientia in omnes possit se vertere formas et omnia imitari, volueritque eius poëmata ostentare, venerabimur quidem ipsum ut sacrum, admirabilem et iucundum: dicemus autem non esse eiusmodi hominem in re publica nostra, neque fas esse ut insit: mittemusque in aliam urbem unguento caput eius perungentes lanaque coronantes. nos autem austeriori minusque iucundo utemur poëta fabularumque fictore, utilitatis gratia, qui decori nobis orationem exprimat, et quae dicuntur dicat in his formulis, quas a principio pro legibus tulimus, quando milites erudire aggressi sumus. *Adi.* Ita prorsus, si esset in nobis, efficeremus. *So.* Videmur iam, o amice, satis de ea musicae parte dixisse, quae circa orationes fabulasque versatur. nam et quae dicenda sunt et quomodo, exposuimus. *Adi.* Mihi quoque idem videtur. *So.* Restat de cantus et melodiae ratione disserere. *Adi.* Certe. *So.* An non

τρόπου καὶ μελῶν λοιπόν. Δῆλα δή. Ἆρ' οὖν οὐ πᾶς ἤδη ἂν εὕροι ἃ ἡμῖν λεκτέον περὶ αὐτῶν, οἷα δεῖ εἶναι, εἴ περ μέλλομεν τοῖς προειρημένοις συμφωνήσειν; Καὶ ὁ Γλαύκων ἐπιγελάσας, Ἐγὼ τοίνυν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, κινδυνεύω ἐκτὸς τῶν πάντων εἶναι· οὔκουν ἱκανῶς γε ἔχω ἐν τῷ παρόντι ξυμβαλέσθαι ποῖ' ἄττα δεῖ ἡμᾶς λέγειν, ὑποπτεύω μέντοι. Πάντως δή που, ἦν δ' ἐγώ, πρῶτον μὲν τόδε ἱκανῶς ἔχεις λέγειν, ὅτι τὸ μέλος ἐκ τριῶν ἐστὶ συγκείμενον, λόγου τε καὶ ἁρμονίας καὶ ῥυθμοῦ. Ναί, ἔφη, τοῦτό γε. Οὐκοῦν 10
ὅσον γε αὐτοῦ λόγος ἐστίν, οὐδὲν δή που διαφέρει τοῦ μὴ ᾀδομένου λόγου πρὸς τὸ ἐν τοῖς αὐτοῖς δεῖν τύποις λέγεσθαι οἷς ἄρτι προείπομεν καὶ ὡσαύτως; Ἀληθῆ, ἔφη. Καὶ μὴν τήν γε ἁρμονίαν καὶ ῥυθμὸν ἀκολουθεῖν δεῖ τῷ λόγῳ. Πῶν δ' οὔ; Ἀλλὰ μέντοι θρήνων τε καὶ ὀδυρμῶν ἔφαμεν ἐν λόγοις οὐδὲν προσδεῖσθαι. Οὐ γὰρ οὖν. Τίνες οὖν θρηνώδεις ἁρμονίαι; λέγε μοι· σὺ γὰρ μουσικός. Μιξολυδιστί, ἔφη, καὶ συντονολυδιστὶ καὶ τοιαῦταί τινες. Οὐκοῦν αὗται, ἦν δ' ἐγώ, ἀφαιρετέαι· ἄχρηστοι γὰρ καὶ γυναιξὶν ἃς δεῖ ἐπιεικεῖς 20
εἶναι, μὴ ὅτι ἀνδράσιν. Πάνυ γε. Ἀλλὰ μὴν μέθη γε φύλαξιν ἀπρεπέστατον καὶ μαλακία καὶ ἀργία. Πῶς

omnis iam inveniret, quae nobis de his dicenda sunt, qualia esse oporteat, si quidem ante dictis concinere debeamus? Tum Glauco arridens, Ego, inquit, extra omnes esse videor. non enim satis in praesentia possum coniicere, qualia dicenda sint. *So.* Opinamur tamen omnino hoc primum nos posse dicere, melodiam ex tribus constare, oratione, harmonia, rhythmo. *Glau.* Hoc equidem possum. *So.* Nonne melodiae pars oratio nihilo differt ab oratione illa, quae sine cantu est, quoad hoc, ut oporteat in eisdem formulis exprimi, de quibus paulo ante dicebamus, et eodem modo? *Glau.* Vera loqueris. *So.* Atqui harmonia et rhythmus orationem sequi debent. *Glau.* Quidni? *So.* Quin etiam lamentatione luctuque dicebamus in orationibus nos minime indigere. *Glau.* Non certe. *So.* Quaenam igitur querulae harmoniae sunt? dic mihi, tu enim musicus es. *Glau.* Lydiae mixtae Lydiaeque acutae, ceteraeque huiusmodi. *So.* Nonne removendae hae sunt? inutiles enim etiam mulieribus, quas oportet decentes esse: nedum viris. *Glau.* Valde quidem. *So.* Praeterea vinolentia, mollities et pi-

γὰρ οὔ; Τίνες οὖν μαλακαί τε καὶ συμποτικαὶ τῶν ἁρμονιῶν; Ἰαστί, ἦ δ' ὅς, καὶ λυδιστί, αἵ τινες χαλαραὶ καλοῦνται. Ταύταις οὖν, ὦ φίλε, ἐπὶ πολεμικῶν ἀν- 399
δρῶν ἔσθ' ὅ τι χρήσει; Οὐδαμῶς, ἔφη· ἀλλὰ κινδυνεύει σοι δωριστὶ λείπεσθαι καὶ φρυγιστί. Οὐκ οἶδα, ἔφην ἐγώ, τὰς ἁρμονίας, ἀλλὰ κατάλιπε ἐκείνην τὴν ἁρμονίαν ἣ ἔν τε πολεμικῇ πράξει ὄντος ἀνδρείου καὶ ἐν πάσῃ βιαίῳ ἐργασίᾳ πρεπόντως ἂν μιμήσαιτο φθόγγους τε καὶ προσῳδίας, καὶ ἀποτυχόντος ἢ εἰς τραύ-
ματα ἢ εἰς θανάτους ἰόντος ἢ εἴς τινα ἄλλην ξυμφορὰν πεσόντος, ἐν πᾶσι τούτοις παρατεταγμένως καὶ καρτερούντως ἀμυνομένου τὴν τύχην· καὶ ἄλλην αὖ ἐν εἰρηνικῇ τε καὶ μὴ βιαίῳ ἀλλ' ἐν ἑκουσίῳ πράξει ὄντος, ἢ τινά τι πείθοντός τε καὶ δεομένου, ἢ εὐχῇ θεὸν ἢ διδαχῇ καὶ νουθετήσει ἄνθρωπον, ἢ τοὐναντίον ἄλλῳ δεομένῳ ἢ διδάσκοντι ἢ μεταπείθοντι ἑαυτὸν ὑπέχοντα, καὶ ἐκ τούτων πράξαντα κατὰ νοῦν, καὶ μὴ ὑπερηφάνως ἐχόντα, ἀλλὰ σωφρόνως τε καὶ μετρίως ἐν πᾶσι τούτοις πράττοντά τε καὶ τὰ ἀποβαί-
νοντα ἀγαπῶντα. ταύτας δύο ἁρμονίας, βίαιον, ἑκού-

gritia custodes minime decent. *Glau.* Minime. *So.* Quaenam igitur molles et temulentae harmoniae? *Glau.* Ionicae et Lydiae, quotcunque chalaraе, id est relaxae remissaeque et resolutae vocantur. *So.* His igitur, o amice, num quoquo modo uteris ad militum utilitatem? *Glau.* Nullo modo, sed videtur iam tibi reliqua esse Dorica et Phrygia harmonia. *So.* Haud equidem harmonias novi, sed sustipe harmoniam illam, quae; ut decet, imitatur fortiter euntis in proelium et ad quodlibet negotium violentum viriliter se gerentis voces atque accentus, et periclitantis, sive in vulnera sive in mortem irruentis, sive in aliam gravem sortem incidentis, in omnibus istis fortunam constanter atque viriliter propulsantis. aliamque iterum susciperé harmoniam, quae voces imitatur atque accentus hominis in tranquilla et minime violenta actione versantis, vel aliquid alicui persuadentis, vel supplicantis, vel votis Deo vel doctrina et admonitione homini: vel econtra hominis alii supplicanti aut docenti aut dissuadenti facilem se praebentis, et qui, licet voti compos sit factus, non tamen superbia efferatur, sed in his omnibus temperate et modeste se gerat, sortemque utramque recte ferat, hasque duas sequatur harmonias,

σιον, δυστυχούντων, εὐτυχούντων, σωφρόνων, ἀνδρείων αἵ τινες φθόγγους μιμήσονται κάλλιστα, ταύτας λεῖπε. Ἀλλ', ἦ δ' ὅς, οὐκ ἄλλας αἰτεῖς λείπειν ἢ ἃς νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον. Οὐκ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, πολυχορδίας γε οὐδὲ παναρμονίου ἡμῖν δεήσει ἐν ταῖς ᾠδαῖς τε καὶ μέλεσιν. Οὔ μοι, ἔφη, φαίνεται. Τριγώνων ἄρα καὶ πηκτίδων καὶ πάντων ὀργάνων ὅσα πολύχορδα καὶ πολυαρμόνια, δημιουργοὺς οὐ θρέψομεν; Οὐ φαινόμεθα. Τί δέ; αὐλοποιοὺς ἢ αὐλητὰς παραδέξει εἰς τὴν πόλιν; ἢ οὐ τοῦτο πολυχορδότατον, καὶ αὐτὰ τὰ παναρμόνια αὐλοῦ τυγχάνει ὄντα μιμήματα; Δῆλα δή, ἦ δ' ὅς. Λύρα δή σοι, ἦν δ' ἐγώ, καὶ κιθάρα λείπεται, καὶ κατὰ πόλιν χρήσιμα· καὶ αὖ κατ' ἀγροὺς τοῖς νομεῦσι σύριγξ ἄν τις εἴη. Ὡς γοῦν, ἔφη, ὁ λόγος ἡμῖν σημαίνει. Οὐδέν γε, ἦν δ' ἐγώ, καινὸν ποιοῦμεν, ὦ φίλε, κρίνοντες τὸν Ἀπόλλω καὶ τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος ὄργανα πρὸ Μαρσύου τε καὶ τῶν ἐκείνου ὀργάνων. Μὰ Δί', ἦ δ' ὅς, οὔ μοι φαινόμεθα. Καὶ νὴ τὸν κύνα, εἶπον, λελήθαμέν γε διακαθαίροντες πάλιν ἣν ἄρτι τρυφᾶν ἔφαμεν πόλιν. Σωφρονοῦντές γε ἡμεῖς, ἦ δ' ὅς. Ἴθι δή, ἔφην, καὶ τὰ λοιπὰ καθαίρω-

violentam, voluntariam; fortunatorum, infortunatorum; temperantium ac fortium: et omnino quaecunque ipsorum accentus pulcherrime imitantur, has omnes suscipe harmonias. *Glau.* At vero non alias eligi inbes, quam eas quas ego supra dicebam. *So.* Non igitur opus erit nobis in cantibus et melodiis harmonia, quae multis constat chordis omnibusque concentibus? *Glau.* Non, ut mihi videtur. *So.* Ergo trigonum et pectidarum et quorumcunque instrumentorum, quae multis constant chordis et plurimis consonantiis, fabros non nutriemus. *Glau.* Non, ut videmur. *So.* Quid autem? tibiarum fabros et tibicines in civitate suscipies? an non instrumenta multarum chordarum harmoniarumque omnium tibiam imitantur? *Glau.* Patet. *So.* Lyra itaque restat et cithara in civitate utilis, et fistula in agris pastoribus commoda. *Glau.* Ita ratio nobis ostendit. *So.* Nihil alienum inducimus, o amice, dum Apollinem ipsum et Apollinis instrumenta Marsyae ipsi et organis, quae Marsyae sunt, praeponimus. *Glau.* Non per Iovem, ut mihi videtur. *So.* Per canem ipsum, sensim et clanculum purgare coepimus civitatem, quam supra nimiis deliciis deditam dicebamus. *Glau.* Ipsi nos videlicet temperate agen-

μεν. ἑπόμενον γὰρ δὴ ταῖς ἁρμονίαις ἂν ἡμῖν εἴη τὸ περὶ ῥυθμούς, μὴ ποικίλους αὐτοὺς διώκειν μηδὲ παντοδαπὰς βάσεις, ἀλλὰ βίου ῥυθμοὺς ἰδεῖν κοσμίου τε καὶ ἀνδρείου τίνες εἰσίν· οὓς ἰδόντα τὸν πόδα τῷ τοιούτῳ λόγῳ ἀναγκάζειν ἕπεσθαι καὶ τὸ μέλος, ἀλλὰ μὴ λόγον ποδί τε καὶ μέλει. οἵ τινες δ' ἂν εἶεν οὗτοι οἱ ῥυθμοί, σὸν ἔργον, ὥς περ τὰς ἁρμονίας, φράσαι. Ἀλλὰ μά Δί', ἔφη, οὐκ ἔχω λέγειν. ὅτι μὲν γὰρ τρία ἄττα ἐξ ἰν εἴδη ἐξ ὧν αἱ βάσεις πλέκονται, ὥς περ ἐν τοῖς φθόγγοις τέτταρα ὅθεν αἱ πᾶσαι ἁρμονίαι, τεθεαμένος ἂν εἴποιμι· ποῖα δ' ὁποίου βίου μιμήματα, λέγειν οὐκ ἔχω. Ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ μετὰ Δάμωνος βουλευσόμεθα, τίνες τε ἀνελευθερίας καὶ ὕβρεως ἢ μανίας καὶ ἄλλης κακίας πρέπουσαι βάσεις, καὶ τίνας τοῖς ἐναντίοις λεπτέον ῥυθμούς. οἶμαι δέ με ἀκηκοέναι οὐ σαφῶς ἐνόπλιόν τέ τινα ὀνομάζοντος αὐτοῦ ξύνθετον καὶ δάκτυλον καὶ ἡρῷόν γε, οὐκ οἶδα ὅπως διακοσμοῦντος καὶ ἴσον ἄνω καὶ κάτω τιθέντος, εἰς βραχύ τε καὶ μακρὸν γιγνόμενον, καὶ ὡς ἐγῷμαι, ἴαμβον καί τιν' ἄλλον τροχαῖον ὠνόμαζε, μήκη δὲ καὶ

tes. *So.* Age, purgemus et reliqua. sequitur ad ea, quae de harmoniis dicta sunt, ut rhythmos ita prosequamur, ne per varios admodum circumvagemur, neve per quaslibet bases; sed qui vitae fortis et temperatae rhythmi sint, dignoscamus. quibus cognitis, pedem cantumque cogamus orationem huiusmodi viri sequi, non orationem sequi pedem et cantum. qui vero sint rhythmi tales, tua interest declarare, quemadmodum harmonias exposuisti. *Glau.* Per Iovem, quid dicam non habeo. quod enim tres quaedam species sunt, ex quibus bases texuntur atque flectuntur, quemadmodum in vocibus quatuor, unde omnes harmoniae conficiuntur, animadverterim, dicere possem: quales autem qualis vitae imitationes sint, aperire nequeo. *So.* At de his quidem cum D. mone deliberabimus, quaenam pedum progressiones propriae sint illiberalitatis, petulantiae, insaniae ac reliquae pravitatis: quive rhythmi contrariis congruant. arbitror autem audisse, quamvis non satis aperte, cum ipse basem quandam pedum bellicosam nominaret compositam dactylum atque etiam heroicum: quem nescio quo modo digerebat, supraque infraque aequalem, in brevem longumque effectum: utque existimo, iambum, et alium quendam trochaeum appellabat. longitudines autem et brevitates adhibuit. et

βραχύτητας προσῆπτε, καὶ τούτων τισὶν οἶμαι τὰς ἀγωγὰς τοῦ ποδὸς αὐτὸν οὐχ ἧττον ψέγειν τε καὶ ἐπαινεῖν ἢ τοὺς ῥυθμοὺς αὐτούς, ἤτοι ξυναμφότερόν τι· οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω λέγειν. ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὥς περ εἶπον, εἰς Δάμωνα ἀναβεβλήσθω· διελέσθαι γὰρ οὐ σμικροῦ λόγου. ἢ σὺ οἴει; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Ἀλλὰ τόδε γε, ὅτι τὸ τῆς εὐσχημοσύνης τε καὶ ἀσχημοσύνης τῷ εὐρύθμῳ τε καὶ ἀῤῥύθμῳ ἀκολουθεῖ, δύνασαι διελέσθαι; Πῶς δ' οὔ; Ἀλλὰ μὴν τὰ εὔρυθμόν γε καὶ ἄῤῥυθμον τὸ μὲν τῇ καλῇ λέξει ἕπεται ὁμοιούμενον, τὸ δὲ τῇ ἐναντίᾳ, καὶ τὸ εὐάρμοστον καὶ ἀνάρμοστον ὡσαύτως, εἴ περ ῥυθμός γε καὶ ἁρμονία λόγῳ, ὥς περ ἄρτι ἐλέγετο, ἀλλὰ μὴ λόγος τούτοις. Ἀλλὰ μήν, ἦ δ' ὅς, ταῦτά γε λόγῳ ἀκολουθητέον. Τί δ' ὁ τρόπος τῆς λέξεως, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ὁ λόγος; οὐ τῷ τῆς ψυχῆς ἤθει ἕπεται; Πῶς γὰρ οὔ; Τῇ δὲ λέξει τἄλλα; Ναί. Εὐλογία ἄρα καὶ εὐαρμοστία καὶ εὐσχημοσύνη καὶ εὐρυθμία εὐήθειᾳ ἀκολουθεῖ, οὐχ ἣν ἄνοιαν οὖσαν ὑποκοριζόμενοι καλοῦμεν ὡς εὐήθειαν, ἀλλὰ τὴν ὡς ἀληθῶς εὖ τε καὶ καλῶς τὸ ἦθος κατε-

in aliquibus istorum arbitror eum vituperare vel laudare ductiones pedis, non minus quam rhythmos ipsos, vel aliquid ex utrisque commixtum, neque enim declarare satis haec possum, verum haec, ut dicebam, in Damonem ipsum reiecta dilataque sint, prolixa quippe oratione ad haec distinguenda opus esset, nunquid putas? *Glau.* Prolixa per Iovem. *So.* Hoc autem ita discernere potes, quod concinnitas atque ineptitudo congruitatem et incongruitatem rhythmi sequuntur. *Glau.* Quidni? *So.* Atqui congruum quidem pulchram orationem sequitur, et tanquam simile imitatur: incongruum vero contrariam. quin etiam consonum ipsum et dissonum eodem modo: quandoquidem rhythmus et harmonia, ut paulo ante dictum fuit, orationem sequuntur, non ipsa oratio rhythmum et harmoniam sequitur. *Glau.* Certe orationem sequi haec debent. *So.* Quid vero loquendi modus ipsaque oratio? nonne animi affectionem sequitur? *Glau.* Absque dubio. *So.* Orationem vero cetera quoque sequuntur? *Glau.* Nempe. *So.* Sermonis itaque decor, consonantia, venustas et rhythmi congruentia affectionem animi moderatam sequuntur, quam euethiam appellant. non eam dico, quam saepe, cum inscitia quaedam sit, blanda quadam derisione bonitatem nominamus, sub nomine boni moris fatuitatem quandam significantes: immo vero eam euethiam

σκευασμένην διάνοιαν. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ πανταχοῦ ταῦτα διωκτέα τοῖς νέοις, εἰ μέλλουσι τὸ αὑτῶν πράττειν; Διωκτέα μὲν οὖν. Ἔστι δέ γέ που πλήρης μὲν γραφικὴ αὐτῶν καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη δημιουργία, πλήρης δὲ ὑφαντικὴ καὶ ποικιλία καὶ οἰκοδομία καὶ πᾶσα αὖ ἡ τῶν ἄλλων σκευῶν ἐργασία, ἔτι δὲ ἡ τῶν σωμάτων φύσις καὶ ἡ τῶν ἄλλων φυτῶν· ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις ἔνεστιν εὐσχημοσύνη ἢ ἀσχημοσύνη. καὶ ἡ μὲν ἀσχημοσύνη καὶ ἀῤῥυθμία καὶ ἀναρμοστία κακολογίας καὶ κακοηθείας ἀδελφά, τὰ δ' ἐναντία τοῦ ἐναντίου, σώφρονός τε καὶ ἀγαθοῦ ἤθους, ἀδελφά τε καὶ μιμήματα. Παντελῶς μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν τοῖς ποιηταῖς ἡμῖν μόνον ἐπιστατητέον καὶ προσαναγκαστέον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ εἰκόνα ἤθους ἐμποιεῖν τοῖς ποιήμασιν ἢ μὴ παρ' ἡμῖν ποιεῖν, ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις δημιουργοῖς ἐπιστατητέον καὶ διακωλυτέον τὸ κακόηθες τοῦτο καὶ ἀκόλαστον καὶ ἀνελεύθερον καὶ ἄσχημον μήτε ἐν εἰκόσι ζώων μήτε ἐν οἰκοδομήμασι μήτε ἐν ἄλλῳ μηδενὶ δημιουργουμένῳ ἐμποιεῖν, ἢ ὁ μὴ οἷός τε ὢν οὐκ ἐατέος παρ' ἡμῖν δημιουργεῖν, ἵνα μὴ ἐν κακίας εἰκόσι τρε-

inquam, quae revera cogitationem significat more optimo praeditam. *Glau.* Sic est omnino. *So.* Nonne igitur ubique haec iuvenes sequi debent, si rem suam agere volunt? *Glau.* Debent equidem. *So.* Est autem ars pingendi universa horum plena, et omne huiusmodi artificium: plena quoque texendi facultas, et variorum ingeniositas operum studiumque aedificandi, omnis praeterea ceterorum supellectilium instrumentorumque effectio: quin et corporum plantarumque natura. porro in omnibus istis aut condecentia quaedam inest aut indecentia. et indecentia quidem et rhythmi inconcinnitas atque dissonantia sermonis turpis et improbi moris sorores sunt: contraria vero contrarii, temperati et optimi, germana et imitationes quaedam sunt. *Glau.* Est, ut dicis. *So.* Nunquid poëtis solis insistendum, cogendumque ut imaginem boni moris in suis poëmatis exprimant, vel apud nos non scribant? an praeterea curandum, ne artifices alii mali moris simulacrum aliquod, non bene castigatum opus, illiberale, deforme et indecens, sive in figuris animalium, sive in aedificiis, sive in quovis alio artificio faciant? vel si quis hoc praestare non potest, ne quid apud nos agat prohibendus est: ne in pravitatis imagini-

φόμενοι ἡμῖν οἱ φύλακες ὥς περ ἐν κακῇ βοτάνῃ, πολλὰ ἑκάσης ἡμέρας κατὰ σμικρὸν ἀπὸ πολλῶν δρεπόμενοί τε καὶ νεμόμενοι, ἔν τι ξυνισάντες λανθάνωσι κακὸν μέγα ἐν τῇ αὑτῶν ψυχῇ· ἀλλ' ἐκείνους ζητητέον τοὺς δημιουργοὺς τοὺς εὐφυῶς δυναμένους ἰχνεύειν τὴν τοῦ καλοῦ τε καὶ εὐσχήμονος φύσιν, ἵν' ὥς περ ἐν ὑγιεινῷ τόπῳ οἰκοῦντες οἱ νέοι ἀπὸ παντὸς ὠφελῶνται, ὁπόθεν ἂν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν καλῶν ἔργων ἢ πρὸς ὄψιν ἢ πρὸς ἀκοήν τι προσβάλῃ ὥς περ αὔρα φέρουσα ἀπὸ χρηστῶν τόπων ὑγίειαν, καὶ εὐθὺς ἐκ παίδων λανθάνῃ εἰς ὁμοιότητά τε καὶ φιλίαν καὶ ξυμφωνίαν τῷ καλῷ λόγῳ ἄγουσα; *Πολὺ γὰρ ἄν*, ἔφη, *κάλλιστα οὕτω τραφείεν.* Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, τούτων ἕνεκα κυριωτάτη ἐν μουσικῇ τροφή, ὅτι μάλιστα καταδύεται εἰς τὸ ἐντὸς τῆς ψυχῆς ὅ τε ῥυθμὸς καὶ ἁρμονία καὶ ἐῤῥωμενέστατα ἅπτεται αὐτῆς φέροντα τὴν εὐσχημοσύνην, καὶ ποιεῖ εὐσχήμονα, ἐάν τις ὀρθῶς τραφῇ, εἰ δὲ μή, τοὐναντίον; καὶ ὅτι αὖ τῶν παραλειπομένων καὶ μὴ καλῶς δημιουργηθέντων ἢ μὴ καλῶς φύντων ὀξύτατ' ἂν αἰσθάνοιτο ὁ ἐκεῖ τραφεὶς ὡς ἔδει, καὶ ὀρθῶς δὴ δυσχεραίνων τὰ μὲν καλὰ ἐπαι-

bus nobis enutriti custodes, tanquam in noxio gramine, et multa quotidie paulatim a multis decerpentes pascentesque, unum aliquod maximum malum ignari in animo contrahant? Quamobrem illi inquirendi sunt artifices, qui naturali quadam industria possint tanquam per vestigia exprimere pulchri ipsius decorique naturam, ut tanquam in loco salubri habitantes iuniores undique adiuventur: quandoquidem a pulchris honestisque operibus sive ad oculos sive ad aures eorum honesti aliquid pervenit, veluti suavis aura quaedam a locis salubribus afferens sanitatem: quae quidem statim afflare a primis annis incipiens, sensim animos hominum in similitudinem, amicitiam et concordiam honestae orationi rationique conciliat. *Glau.* Egregie admodum isto pacto nutrirentur. *So.* Ob hanc igitur causam, Glauco, ex ipsa principali secundum musicam nutritione rhythmus et harmonia interiora animi penetrant, pulsantque vehementissime animum, decoram quandam figuram ferentia, per quam decorus et pulcher efficitur, quisquis recte in musica eruditur: contra verò, si contra quis fuerit educatus. Et quoniam rursus deficientia neque recte fabricata aut non bene orta acutissime sentiet, qui illic, quemadmodum oportet, nutritus fuerit: merito aegre haec ferens pulchra quidem lau-

νοῖ, καὶ χαίρων καὶ καταδεχόμενος εἰς τὴν ψυχὴν τρέφοι-
τ' ἂν ἀπ' αὐτῶν καὶ γίγνοιτο καλός τε κἀγαθός, τὰ δ' αἰ- 402
σχρὰ ψέγοι τ' ἂν ὀρθῶς καὶ μισοῖ ἔτι νέος ὤν, πρὶν λό-
γον δυνατὸς εἶναι λαβεῖν, ἐλθόντος δὲ τοῦ λόγου ἀσπά-
ζοιτ' ἂν αὐτὸν γνωρίζων δι' οἰκειότητα μάλιστα ὁ οὕτω
τραφείς; Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ, ἔφη, τῶν τοιούτων ἕνεκα ἐν
μουσικῇ εἶναι ἡ τροφή. Ὡς περ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, γραμ-
μάτων πέρι τότε ἱκανῶς εἴχομεν, ὅτε τὰ στοιχεῖα μὴ
λανθάνοι ἡμᾶς ὀλίγα ὄντα ἐν ἅπασιν οἷς ἐσὶ περιφερό-
μενα, καὶ οὔτ' ἐν σμικρῷ οὔτ' ἐν μεγάλῳ ἠτιμάζομεν αὐτά,
ὡς οὐ δέοι αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ πανταχοῦ προὐθυμούμεθα
διαγιγνώσκειν, ὡς οὐ πρότερον ἐσόμενοι γραμματικοὶ
πρὶν οὕτως ἔχοιμεν. Ἀληθῆ. Οὐκοῦν καὶ εἰκόνας γραμ-
μάτων, εἴ που ἢ ἐν ὕδασιν ἢ ἐν κατόπτροις ἐμφαί-
νοιντο, οὐ πρότερον γνωσόμεθα, πρὶν ἂν αὐτὰ γνῶ-
μεν, ἀλλ' ἔσι τῆς αὐτῆς τέχνης τε καὶ μελέτης; Παν-
τάπασι μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν ὃ λέγω, πρὸς θεῶν, οὕτως οὐδὲ
μουσικοὶ πρότερον ἐσόμεθα, οὔτε αὐτοὶ οὔτε οὓς φαμεν
ἡμῖν παιδευτέον εἶναι, τοὺς φύλακας, πρὶν ἂν τὰ τῆς
σωφροσύνης εἴδη καὶ ἀνδρίας καὶ ἐλευθεριότητος καὶ με-
γαλοπρεπείας καὶ ὅσα τούτων ἀδελφὰ καὶ τὰ τούτων αὖ

dabit, eaque amans avideque arripiens ipsis aletur ac bonus inde efficietur et pulcher; turpia vero iure vituperabit oderitque, etiam in ea aetate, in qua rationem nondum susceperit. adventantem denique rationem, qui ita nutritus erit, libenter amplectetur, eam ex ipsa propinquitate familiaritateque prorsus agnoscens. *Glau.* Mihi quoque harum rerum gratia in musica nutriendi videntur. *So.* Quemadmodum tunc profecto litteras satis recte callemus, quando elementa nos non fugiunt, pauca quidem in omnibus quibuscunque insunt, neque in parvis neque in magnis ea sprevimus, tanquam non oporteret intelligere; sed ubique discernere illa proposuimus, utpote qui prius grammatici futuri non simus, quam nos ita comparaverimus. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Imagines praeterea litterarum sicubi vel in aquis vel in speculis appareant, non prius cognoscemus, quam ipsas litteras noverimus. est enim hoc artis et exercitationis eiusdem. *Glau.* Est ut dicis omnino. *So.* Quorsum haec inquam? nempe eadem ratione neque musici prius erimus, vel nos vel ipsi quos ad urbis custodiam erudimus, quam temperantiae species et fortitudinis et liberalitatis et magnificentiae, et quaecunque harum sorores sunt, ipsisque contraria cognoverimus,

ἐναντία πανταχοῦ περιφερόμενα γνωρίζωμεν καὶ ἐνόντα ἐν οἷς ἔνεξιν αἰσθανώμεθα, καὶ αὐτὰ καὶ εἰκόνας αὐτῶν, καὶ μήτε ἐν σμικροῖς μήτε ἐν μεγάλοις ἀτιμάζωμεν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς οἰώμεθα τέχνης εἶναι καὶ μελέτης; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτου ἂν ξυμπίπτῃ ἔν τε τῇ ψυχῇ καλὰ ἤθη ἐνόντα καὶ ἐν τῷ εἴδει ὁμολογοῦντα ἐκείνοις καὶ ξυμφωνοῦντα, τοῦ αὐτοῦ μετέχοντα τύπου, τοῦτ' ἂν εἴη κάλλιστον θέαμα τῷ δυναμένῳ θεᾶσθαι; Πολύ γε. Καὶ μὴν τό γε κάλλιστον ἐρασμιώτατον. Πῶς δ' οὔ; Τῶν δὴ ὅτι μάλιστα τοιούτων ἀνθρώπων ὅ γε μουσικὸς ἐρῴη ἄν· εἰ δὲ ἀξύμφωνος εἴη, οὐκ ἂν ἐρῴη. Οὐκ ἄν, εἴ γέ τι, ἔφη, κατὰ τὴν ψυχὴν ἐλλείποι· εἰ μέντοι τι κατὰ τὸ σῶμα, ὑπομείνειεν ἂν ὥστ' ἐθέλειν ἀσπάζεσθαι. Μανθάνω, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἔξι σοι ἢ γέγονε παιδικὰ τοιαῦτα· καὶ συγχωρῶ. ἀλλὰ τόδε μοι εἰπέ· σωφροσύνῃ καὶ ἡδονῇ ὑπερβαλλούσῃ ἔξι τις κοινωνία; Καὶ πῶς, ἔφη, ἥ γε ἔκφρονα ποιεῖ οὐχ ἧττον ἢ λύπη; Ἀλλὰ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ;
403 Οὐδαμῶς. Τί δέ; ὕβρει τε καὶ ἀκολασίᾳ; Πάντων μάλιστα. Μείζω δέ τινα καὶ ὀξυτέραν ἔχεις εἰπεῖν ἡδονὴν

ubicunque insint: ita ut et haec et ipsorum imagines, quibuscunque insunt, persentiamus; neque in parvis neque in magnis contemserimus, sed eiusdem esse putaverimus et artis et studii? *Glau.* Necesse est omnino. *So.* Si quo in homine haec concurrant, ut in animo pulchri mores insint et in corporis specie illis singula correspondeant consentiantque, eandem suscipientia rationem; pulcherrimum hoc erit ei, qui inspicere possit, spectaculum? *Glau.* Valde quidem. *So.* Atqui quod maxime pulchrum, et amabile maxime, *Glau.* Prorsus. *So.* Tales quosdam homines maxime vir musicus adamaret; si quid vero absonum adverteret, minime. *Glau.* Non certe, si defectu animi dissonaret: si quid vero dumtaxat deesset corpori, sufferret quidem adeo, ut diligere gratularique velit. *So.* Intelligo equidem, quia tales quidam vel amantur abs te vel amati iam sunt; atque assentior. sed hoc mihi dicas: estne ullum temperantiae cum resoluta voluptate commercium? *Glau.* Quonam pacto? quippe cum voluptas huiusmodi non minus, quam dolor, mentem e suo statu dimoveat. *So.* Aliis vero virtutibus? *Glau.* Minime. *So.* Quid autem? petulantia intemperantiaque habent cum excedente voluptate communionem? *Glau.* Maxime omnium. *So.* Habesne maiorem et ve-

τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια; Οὐκ ἔχω, ἦ δ' ὅς, οὐδέ γε μανικωτέραν. Ὁ δὲ ὀρθὸς ἔρως πέφυκε κοσμίου τε καὶ καλοῦ σωφρόνως τε καὶ μουσικῶς ἐρᾶν; Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς. Οὐδὲν ἄρα προσοιξέον μανικὸν οὐδὲ ξυγγενὲς ἀκολασίας τῷ ὀρθῷ ἔρωτι; Οὐ προσοιξέον. Οὐ προσοιστέον ἄρα αὐτῷ ἡδονήν, οὐδὲ κοινωνητέον αὐτῆς ἐραστῇ τε καὶ παιδικοῖς ὀρθῶς ἐρῶσί τε καὶ ἐρωμένοις; Οὐ μέντοι μὰ Δί', ἔφη, ὦ Σώκρατες, προσοιξέον. Οὕτω δή, ὡς ἔοικε, νομοθετήσεις ἐν τῇ οἰκιζομένῃ πόλει φιλεῖν μὲν καὶ ξυνεῖναι καὶ ἅπτεσθαι ὥς περ υἱέος παιδικῶν ἐραστήν, τῶν καλῶν χάριν, ἐὰν πείθῃ· τὰ δ' ἄλλα οὕτως ὁμιλεῖν πρὸς ὃν τις σπουδάζοι, ὥστε μηδέποτε δόξει μακρότερα τούτων ξυγγίγνεσθαι· εἰ δὲ μή, ψόγον ἀμουσίας καὶ ἀπειροκαλίας ὑφέξοντα. Οὕτως, ἔφη. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ σοὶ φαίνεται τέλος ἡμῖν ἔχειν ὁ περὶ μουσικῆς λόγος; οἱ γοῦν δεῖ τελευτᾶν, τετελεύτηκε· δεῖ δέ που τελευτᾶν τὰ μουσικὰ εἰς τὰ τοῦ καλοῦ ἐρωτικά. Ξύμφημι, ἦ δ' ὅς.

Μετὰ δὴ μουσικὴν γυμναστικῇ θρεπτέοι οἱ νεανίαι. Τί μήν; Δεῖ μὲν δὴ καὶ ταύτῃ ἀκριβῶς τρέφεσθαι ἐκ παίδων διὰ βίου, ἔχει δέ πως, ὡς ἐγῷμαι, ὧδε· σκόπει δὲ καὶ

lamentiorem voluptatem, quam quae circa venerea? *Glau.* Neque vehementiorem ullam habeo neque furiosiorem. *So.* Rectus autem amor ipsa sui natura temperate et musice amat pulchrum atque decorum. *Glau.* Prorsus. *So.* Nihil ergo furiosum vel intemperantiae proprium recto amori est admovendum. *Glau.* Non certe. *So.* Neque igitur iungenda illi est voluptas ipsa veneris, neque in ea communicare debent amatores cum legitime dilectis adolescentibus amantesque cum amatis. *Glau.* Per Iovem nullo modo, o Socrates. *So.* Sic igitur, ut videtur, in civitate recte instituta legem condes, amatorem amare, una esse et tangere amatum, si persuaserit, tanquam filium, honestorum causa: atque in omnibus sic versari cum eo, quem amat, ut nihil unquam praeter honestum videatur ab adolescente requirere: si contra faciat, vituperium subeat, tanquam qui nihil omnino sapiat musicum, nihil pulchrum. *Glau.* Sic prorsus, *So.* Nonne tibi videtur finem suum iam sermo de musica consecutus? quo enim finiri debet, iam applicuit. oportet enim musicam in amatoria pulchri finiri. *Glau.* Assentior equidem. *So.* Post musicam vero gymnastica exercendi sunt iuvenes. *Glau.* Quidni? *So* Oportet enim et in hac per omnem vitam diligenter a pueris educari, id autem

σύ. ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐ φαίνεται, ὃ ἂν χρησὸν ᾖ σῶμα, τοῦτο τῇ αὑτοῦ ἀρετῇ ψυχὴν ἀγαθὴν ποιεῖν, ἀλλὰ τοὐναντίον ψυχὴ ἀγαθὴ τῇ αὑτῆς ἀρετῇ σῶμα παρέχειν ὡς οἷόν τε βέλτιστον· σοὶ δὲ πῶς φαίνεται; Καὶ ἐμοί, ἔφη, οὕτως. Οὐκοῦν εἰ τὴν διάνοιαν ἱκανῶς θεραπεύσαντες παραδοῖμεν αὐτῇ τα περὶ τὸ σῶμα ἀκριβολογεῖσθαι, ἡμεῖς δὲ ὅσον τοὺς τύπους ὑφηγησαίμεθα, ἵνα μὴ μακρολογῶμεν, ὀρθῶς ἂν ποιοῖμεν; Πάνυ μὲν οὖν. Μέθης μὲν δὴ εἴπομεν ὅτι ἀφεκτέον αὐτοῖς· παντὶ γάρ που μᾶλλον ἐγχωρεῖ ἢ φύλακι μεθυσθέντι μὴ εἰδέναι ὅπου γῆς ἐσίν. Γελοῖον γάρ, ἦ δ' ὅς, τόν γε φύλακα φύλακος δεῖσθαι. Τί δὲ δὴ σίτων πέρι; ἀθληταὶ μὲν γὰρ οἱ ἄνδρες τοῦ μεγίστου ἀγῶνος. ἢ οὐχί; Ναί. Ἆρ' οὖν ἡ τῶνδε τῶν ἀσκητῶν ἕξις προσήκουσ' ἂν εἴη τούτοις;
404 Ἴσως. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ὑπνώδης αὕτη γέ τις καὶ σφαλερὰ πρὸς ὑγίειαν. ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι καθεύδουσί τε τὸν βίον, καὶ ἐὰν σμικρὰ ἐκβῶσι τῆς τεταγμένης διαίτης, μεγάλα καὶ σφόδρα νοσοῦσιν οὗτοι οἱ ἀσκηταί; Ὁρῶ. Κομψοτέρας δή τινος, ἦν δ' ἐγώ, ἀσκήσεως δεῖ τοῖς πολεμικοῖς ἀθληταῖς, οὕς γε ὡς περ κύνας ἀγρύπνους

ita se habet quodammodo, ut opinor. animadverte et tu. mihi quidem non videtur bene affectum corpus virtute sua bonum animum facere, sed contra bene affectus animus virtute sua corpus, quoad fieri potest, optimum reddere. tibi vero quidnam videtur? *Glau.* Quod et tibi. *So.* Nonne si, postquam mentem sufficienter instruxerimus, trademus ei, ut quae ad corpus pertinent, diligenter et exacte inquirat et curet, nos autem quasi quasdam formulas proponemus, ne longiores simus, recte utique faciemus? *Glau.* Omnino. *So.* Ab ebrietate itaque ipsis diximus abstinendum. unicuique enim magis conceditur quam custodi, ut ebrietate gravatus, ubi terrarum sit, nesciat. *Glau.* Nempe ridiculum esset, custode indigere custodem. *So.* De cibis autem quid dicemus? athletae enim hi viri sunt, et maximi quidem certaminis. nonne? *Glau.* Maximi plane. *So.* Nunquid aliorum athletarum habitudo custodibus conveniens esset? *Glau.* Fortasse. *So.* At vero somnolenta haec est, et ad valetudinem dubia. an non vides, quod vitam edormiunt, et si parum quidem ab instituto victu discedunt, graviter aegrotant exercitatores huiusmodi? *Glau.* Video equidem. *Glau.* Elegantiore igitur aliqua exercitatione opus est bellicosis athletis: quos tanquam canes insomnes esse oportet, et quam

τε ἀνάγκη εἶναι καὶ ὅτι μάλιστα ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ πολλὰς μεταβολὰς ἐν ταῖς στρατείαις μεταβάλλοντας ὑδάτων τε καὶ τῶν ἄλλων σίτων καὶ εἰλήσεων καὶ χειμώνων μὴ ἀκροσφαλεῖς εἶναι πρὸς ὑγίειαν. Φαίνεταί μοι. Ἆρ' οὖν ἡ βελτίστη γυμναστικὴ ἀδελφή τις ἂν εἴη τῆς ἁπλῆς μουσικῆς, ἣν ὀλίγον πρότερον διῄμεν; Πῶς λέγεις; Ἁπλῆ που καὶ ἐπιεικὴς γυμναστικὴ καὶ μάλιστα ἡ τῶν περὶ τὸν πόλεμον. Πῇ δή; Καὶ παρ' Ὁμήρου, ἦν δ' ἐγώ, τά γε τοιαῦτα μάθοι ἄν τις. οἶσθα γὰρ ὅτε ἐπὶ στρατείας ἐν ταῖς τῶν ἡρώων ἑστιάσεσιν οὔτε ἰχθύσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ, καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας, οὔτε ἑφθοῖς κρέασιν ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς, ἃ δὴ μάλιστα ἄν εἴη στρατιώταις εὔπορα· πανταχοῦ γὰρ ὡς ἔπος εἰπεῖν αὐτῷ τῷ πυρὶ χρῆσθαι εὐπορώτερον ἢ ἀγγεῖα ξυμπεριφέρειν. Καὶ μάλα. Οὐδὲ μὴν ἡδυσμάτων, ὡς ἐγῷμαι, Ὅμηρος πώποτε ἐμνήσθη. ἢ τοῦτο μὲν καὶ οἱ ἄλλοι ἀσκηταὶ ἴσασιν, ὅτι τῷ μέλλοντι σώματι εὖ ἕξειν ἀφεκτέον τῶν τοιούτων ἁπάντων; Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη, ἴσασί τε καὶ ἀπέχονται. Συρακοσίαν δέ, ὦ φίλε, τράπεζαν καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψου, ὡς ἔοικας, οὐκ αἰνεῖς, εἴ πέρ σοι ταῦτα δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν. Οὔ μοι δοκῶ. Ψέγεις ἄρα

scutissime videre atque audire, et multas mutationes in exercitu aquarum, ciborum, aestus et frigoris ita perpeti, ut se a morbis defendant. *Glau.* Ita mihi videtur. *So.* Optima igitur gymnastica soror esset simplicis musicae, de qua paulo ante tractavimus. *Glau.* Quomodo istud? *So.* Simplex utique et conveniens gymnastica, militum exercitatio. *Glau.* Quo pacto? *So.* Ab Homero quidem id discere possumus. nosti enim, quemadmodum in belli expeditionibus in heroum mensis neque pisces parat. quamvis ipsi in Hellesponto mari essent, neque elixas carnes. sed assas, quae facilius a militibus praeparantur: ubique enim facilius est. ut ita loquar, ipso igne uti, quam vasa circumferre. neque unquam variorum condimentorum. ut arbitror, Homerus meminit. sed hoc et alii sciunt, quicunque exercentur, quod cui corpus robustum esse debet, a cunctis huiusmodi rebus est abstinendum. *Glau.* Recte quidem et sciunt et abstinent. *So.* Syracusanas itaque, o amice, mensas, et Sicula, ut videris, admodum varia non laudas obsonia: si quidem haec ita tibi recte se habere videntur. *Glau.* Non certe. ut mihi quidem videor. *So.* Vituperas et Corinthium luxum blandiem-

καὶ Κορινθίαν κόρην φίλην εἶναι ἀνδράσι μέλλουσιν εὖ σώματος ἕξειν. Παντάπασι μὲν οὖν. Οὐκοῦν καὶ Ἀττικῶν πεμμάτων τὰς δοκούσας εἶναι εὐπαθείας; Ἀνάγκη. Ὅλην γάρ, οἶμαι, τὴν τοιαύτην σίτησιν καὶ δίαιταν τῇ μελοποιίᾳ τε καὶ ᾠδῇ τῇ ἐν τῷ παναρμονίῳ καὶ ἐν πᾶσι ῥυθμοῖς πεποιημένῃ ἀπεικάζοντες ὀρθῶς ἂν ἀπεικάζοιμεν. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν ἐκεῖ μὲν ἀκολασίαν ἡ ποικιλία ἐνέτικτεν, ἐνταῦθα δὲ νόσον· ἡ δ' ἁπλότης κατὰ μὲν μουσικὴν ἐν ψυχαῖς σωφροσύνην, κατὰ δὲ γυμναστικὴν ἐν σώμασιν ὑγίειαν; Ἀληθέστατα, ἔφη. Ἀκολασίας δὲ καὶ νόσων πληθυουσῶν ἐν πόλει ἆρ' οὐ δικαστήριά τε καὶ ἰατρεῖα πολλὰ ἀνοίγεται καὶ δικανικὴ τε καὶ ἰατρικὴ σεμνύνονται, ὅταν δὴ καὶ ἐλεύθεροι πολλοὶ καὶ σφόδρα περὶ αὐτὰ σπουδάζωσιν; Τί γὰρ οὔ μέλλει; Τῆς δὲ κακῆς τε καὶ αἰσχρᾶς παιδείας ἐν πόλει ἆρα μή τι μεῖζον ἔξεις λαβεῖν τεκμήριον ἢ τὸ δεῖσθαι ἰατρῶν καὶ δικαστῶν ἄκρων μὴ μόνον τοὺς φαύλους τε καὶ χειροτέχνας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν ἐλευθέρῳ σχήματι προσποιουμένους τεθράφθαι; ἢ οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ καὶ ἀπαιδευσίας μέγα τεκμήριον τὸ ἐπιακτῷ παρ' ἄλλων, ὡς δεσποτῶν τε καὶ κρι-

tium puellarum in his, qui optima corporis habitudine futuri sunt. *Glau.* Summopere. *So.* Quin etiam Attica bellaria condimentaque, quae iucunda plurimis et delicata videntur. *Glau.* Necesse est. *So.* Omnem enim, ut existimo, huiusmodi victum, si similem esse dicemus melodiae et cantilenae, quae in omni genere harmoniae omnibusque rhythmis versantur, recte nimium comparaverimus. *Glau.* Plane. *So.* Ibi quidem intemperantiam varietas parit, hic morbum; simplicitas autem secundum musicam in animis temperantiam, secundum vero gymnasticam in corporibus sanitatem. *Glau.* Verissima loqueris. *So.* Intemperantia vero et morbis in civitate multiplicatis, et iudicum et medicorum ope plurimum indigentus. unde iudiciaria et medicina in pretio habentur, quando et liberi multi his summopere studeant. *Glau.* Quidni? *So.* Igitur malae et turpis disciplinae in civitate nullam maiorem potes coniecturam capere, quam summis iudicibus ac medicis indigere non modo abiectos homines et mechanicos, sed eos etiam qui liberali disciplina educatos esse se gloriantur. Nonne turpe videtur, et malae educationis magna coniectura, ut cogantur ob propriae virtutis inopiam iustitiae uti externa, ab aliis videlicet

τῶν, τῷ δικαίῳ ἀναγκάζεσθαι χρῆσθαι, καὶ ἀπορίᾳ οἰκείων; Πάντων μὲν οὖν, ἔφη, αἴσχιστον. Ἢ δοκεῖ σοι, ἦν δ' ἐγώ, τούτου αἴσχιον εἶναι τοῦτο, ὅταν τις μὴ μόνον τὸ πολὺ τοῦ βίου ἐν δικαστηρίοις φεύγων τε καὶ διώκων κατατρίβηται, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀπειροκαλίας ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ πεισθῇ καλλωπίζεσθαι, ὡς δεινὸς ὢν περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ ἱκανὸς πάσας μὲν τροφὰς τρέφεσθαι, πάσας δὲ διεξόδους διεξελθὼν ἀποτραφῆναι λογιζόμενος, ὥστε μὴ παρασχεῖν δίκας, καὶ ταῦτα σμικρῶν τε καὶ οὐδενὸς ἀξίων ἕνεκα, ἀγνοῶν ὅσῳ κάλλιον καὶ ἄμεινον τὸ παρασκευάζειν τὸν βίον αὐτῷ μηδὲν δεῖσθαι νυστάζοντος δικαστοῦ; Οὔκ, ἀλλὰ τοῦτ', ἔφη, ἐκείνου ἔτι αἴσχιον. Τὸ δὲ ἰατρικῆς, ἦν δ' ἐγώ, δεῖσθαι ὅ τι μὴ τραυμάτων ἕνεκα ἢ τινων ἐπετείων νοσημάτων ἐπιπεσόντων, ἀλλὰ δι' ἀργίαν τε καὶ δίαιταν οἵαν διήλθομεν ῥευμάτων τε καὶ πνευμάτων ὥς περ λίμνας ἐμπιπλαμένους φύσας τε καὶ κατάῤῥους νοσήμασιν ὀνόματα τίθεσθαι ἀναγκάζειν τοὺς κομψοὺς Ἀσκληπιάδας οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ; Καὶ μάλ', ἔφη, ὡς ἀληθῶς καινὰ ταῦτα καὶ ἄτοπα νοσημάτων ὀνόματα.

tanquam dominis et iudicibus iuste operari compulsi. *Glau.* Omnium profecto turpissimum. *So.* An non hoc quoque turpius esse putas, quando aliquis non modo omne vitae tempus in iudiciis, tum accusando tum defendendo conterit, sed et rudi quadam elatus iactantia in his ipsis negotiis gloriatur, quasi sit potens ad iniuriam inferendam, suisque versutiis usque adeo tergiversari valeat, ut nullas iniuriarum solvat poenas; qui saepe minimarum vilissimarumque rerum causa tam anxium subit negotium: ignorans quanto praeclarius ac melius esset, ita se comparare, ut nihilo indigeret iudice dormiente? *Glau.* Certe hoc illo turpius est. *So.* Absurdum praeterea existimandum est, homines medicis egere non ad vulnera sananda duntaxat morbosque curandos intemperie aëris et casibus contingentes, sed plurimum ad destillationes et spiritus interioris intumescentis impetum ob mollitiem atque desidiam, et quem in victu supra damnavimus luxum. quibus effectum est, ut homines, lacunarum instar aqua flatuque exuberantium, nimis oppleti coëgerint peritos Aesculapii successores morbos quosdam novo nomine destillationes, inflationes, viscerum crepitus appellare. *Glau.* Nova sane haec morborum nomina, nimiumque absurda. *So.* Haec, ut arbitror, Aesculapii tem-

Οἶα, ἦν δ' ἐγώ, ὡς οἶμαι, οὐκ ἦν ἐπ' Ἀσκληπιοῦ. ἀ
κμαίρομαι δέ, ὅτι αὐτοῦ οἱ υἱεῖς ἐν Τροίᾳ Εὐρυπύ
τετρωμένῳ ἐπ' οἶνον Πράμνειον ἄλφιτα πολλὰ ἐπιπ
οθέντα καὶ τυρὸν ἐπιξυσθέντα, ἃ δὴ δοκεῖ φλεγματε
δη εἶναι, οὐκ ἐμέμψαντο τῇ δούσῃ πιεῖν, οὐδὲ Πε
406 τρόκλῳ τῷ ἰωμένῳ ἐπετίμησαν. Καὶ μὲν δή, ἔφ
ἄτοπόν γε τὸ πῶμα οὕτως ἔχοντι. Οὔκ, εἰ γ' ἐννοεῖ
εἶπον, ὅτι τῇ παιδαγωγικῇ τῶν νοσημάτων ταύτῃ τ
νῦν ἰατρικῇ πρὸ τοῦ Ἀσκληπιάδαι οὐκ ἐχρῶντο, ὥς φα
σι, πρὶν Ἡρόδικον γενέσθαι· Ἡρόδικος δὲ παιδοτρί
βης ὢν καὶ νοσώδης γενόμενος, μίξας γυμναστικὴν ἰα
τρικῇ, ἀπέκναισε πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἑαυτόν, ἔπει
τ' ἄλλους ὕστερον πολλούς. Πῇ δή; ἔφη. Μακρό
ἦν δ' ἐγώ, τὸν θάνατον αὑτῷ ποιήσας. παρακολουθὰ
γὰρ τῷ νοσήματι θανασίμῳ ὄντι οὔτε ἰάσασθαι, ο
μαι, οἷός τ' ἦν ἑαυτόν, ἐν ἀσχολίᾳ τε πάντων ἰατρεύ
όμενος διὰ βίου ἔξῃ ἀποκναιόμενος, εἴ τι τῆς εἰωθυί
διαίτης ἐκβαίη, δυσθανατῶν δὲ ὑπὸ σοφίας εἰς γῆρ
ἀφίκετο. Καλὸν ἄρα τὸ γέρας, ἔφη, τῆς τέχνης ἠνέγ
κατο. Οἷον εἰκός, ἦν δ' ἐγώ, τὸν μὴ εἰδότα ὅτι Ἀ
σκληπιὸς οὐκ ἀγνοίᾳ οὐδὲ ἀπειρίᾳ τούτου τοῦ εἴδου

pore non erant. quod hinc plane coniicio, quod eius filii apt
Troiam poculum Patrocli iussu oblatum saucio Eurypylo non dan
narunt, cum tamen in eo mixta esset Prandio vino farina, et insu
per attritus caseus, quae pituitam augent. *Glau.* Profecto absu
dum id poculum, minimeque ita affecto conveniens. *So.* Non:
advertis hac nostra medicinaria facultate morborum pedisseq
Aesculapii sectatores ante Herodicum, ut fertur, minime usos fui
se. Herodicus autem, cum esset exercitandorum magister iuvenu
effectusque esset valetudinarius, miscens gymnasticam medicina
primo quidem se ipsum, deinde et posteros multos taedio lon
affecit. *Glau.* Quonam pacto? *So.* Longam quippe sibi mo
tem praestitit. nam dum morbum subsequeretur ad mortem term
naturum, neque curare, ut opinor, se poterat, et medelae stud
occupatus, omissis reliquis actionibus, vitam in hac corporis i
dulgentia conterebat, male quidem affectus, si paulo a consue
victu discederet, neque facile tamen naturae cedens, atque ita h
sapientia vivens senex decessit e vita. *Glau.* Egregiam palma
ex arte sua reportavit *So.* Nempe quam decebat reportare illu
qui ignorabat Aesculapium non ignorantia quidem et imperi

τῆς ἰατρικῆς τοῖς ἐκγόνοις οὐ κατέδειξεν αὐτό, ἀλλ' εἰδὼς ὅτι πᾶσι τοῖς εὐνομουμένοις ἔργον τι ἑκάστῳ ἐν τῇ πόλει προστέτακται, ὃ ἀναγκαῖον ἐργάζεσθαι, καὶ οὐδενὶ σχολὴ διὰ βίου πάμνειν ἰατρευομένῳ. ὃ ἡμεῖς γελοίως ἐπὶ μὲν τῶν δημιουργῶν αἰσθανόμεθα, ἐπὶ δὲ τῶν πλουσίων τε καὶ εὐδαιμόνων δοκούντων εἶναι οὐκ αἰσθανόμεθα. Πῶς; ἔφη. Τέκτων μέν, ἦν δ' ἐγώ, κάμνων ἀξιοῖ παρὰ τοῦ ἰατροῦ φάρμακον πιὼν ἐξεμέσαι τὸ νόσημα ἢ κάτω καθαρθεὶς ἢ καύσει ἢ τομῇ χρησάμενος ἀπηλλάχθαι· ἐὰν δέ τις αὐτῷ σμικρὰν δίαιταν προστάττῃ, πιλίδιά τε περὶ τὴν κεφαλὴν περιτιθεὶς καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα, ταχὺ εἶπεν ὅτι οὐ σχολὴ κάμνειν οὐδὲ λυσιτελεῖ οὕτω ζῆν, νοσήματι τὸν νοῦν προσέχοντα, τῆς δὲ προκειμένης ἐργασίας ἀμελοῦντα. καὶ μετὰ ταῦτα χαίρειν εἰπὼν τῷ τοιούτῳ ἰατρῷ, εἰς τὴν εἰωθυῖαν δίαιταν ἐμβάς, ὑγιὴς γενόμενος ζῇ τὰ ἑαυτοῦ πράττων· ἐὰν δὲ μὴ ἱκανὸν ᾖ τὸ σῶμα ὑπενεγκεῖν, τελευτήσας πραγμάτων ἀπηλλάγη. Καὶ τῷ τοιούτῳ μέν γ', ἔφη, δοκεῖ πρέπειν οὕτως ἰατρικῇ χρῆσθαι. Ἆρ', ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἦν τι αὐτῷ ἔργον, ὃ εἰ μὴ πράττοι, οὐκ ἐλυσιτέλει ζῆν; Δῆλον, ἔφη. Ὁ δὲ δὴ 407

generis huius medelae suis posteris ipsum non ostendisse, sed quoniam cognoscebat in civitate optime gubernata cuique opus suum assignatum esse quod perfici necesse sit; nec ulli superesse otium, ut per omnem vitam valetudinarius in corporis curatione versetur. quod quidem modo quodam ridiculo in artificibus animadvertimus: in illis vero, qui opulenti felicesque censentur, nequaquam. *Glau.* Quomodo istud? *So.* Faber si quando in morbum incidit, brevem a medico curationem exigit vel per vomitum vel defluxum ventris vel ustionem vel incisionem. si quis autem diuturnam illi victus observationem praecipit capitisque suffarcinationes ceteraque huiusmodi, statim obiicit non esse sibi ad aegrotandum otium; neque praestare sibi ita vitam trahere continuis curationibus incumbenti summoque opificium negligenti. deinde, medico hoc dimisso, ad consuetum victum revertens, si convalescit, suum opus exsequitur: sin autem corpus sustinere morbum nequit, vita functus a negotiis liberatur. *Glau.* Ita profecto medicinis uti artifici convenire videtur. *So.* Atque iccirco opus illi propositum esse dixi, quod nisi peragat, vivere ipsi non praestat. *Glau.* Constat. *So.* Dives autem, ut diximus, opere nullo urgetur,

των τῶν φαρμάκων ἰάσασθαι ἄνδρας πρὸ τῶν τραυ-
μάτων ὑγιεινούς τε καὶ κοσμίους ἐν διαίτῃ, κἂν εἰ
τύχοιεν ἐν τῷ παραχρῆμα κυκεῶνα πιόντες; νοσώδη
δὲ φύσει τε καὶ ἀκόλαστον οὔτε αὐτοῖς οὔτε τοῖς ἄλλοις
ᾤοντο λυσιτελεῖν ζῆν, οὐδ' ἐπὶ τούτοις τὴν τέχνην δεῖν
εἶναι, οὐδὲ θεραπευτέον αὐτούς, οὐδ' εἰ Μίδου πλου-
σιώτεροι εἶεν. Πάνυ κομψούς, ἔφη, λέγεις Ἀσκληπιοῦ
παῖδας. Πρέπει, ἦν δ' ἐγώ. καί τοι ἀπειθοῦντές γε
ἡμῖν οἱ τραγῳδοποιοί τε καὶ Πίνδαρος Ἀπόλλωνος μέν 1
φασιν Ἀσκληπιὸν εἶναι, ὑπὸ δὲ χρυσοῦ πεισθῆναι
πλούσιον ἄνδρα θανάσιμον ἤδη ὄντα ἰάσασθαι, ὅθεν
δὴ καὶ κεραυνωθῆναι αὐτόν. ἡμεῖς δὲ κατὰ τὰ προει-
ρημένα οὐ πεισόμεθα αὐτοῖς ἀμφότερα, ἀλλ' εἰ μὲν
θεοῦ ἦν, οὐκ ἦν, φήσομεν, αἰσχροκερδής· εἰ δ' αἰ-
σχροκερδής, οὐκ ἦν θεοῦ. Ὀρθότατά γε, ἦ δ' ὅς, ταῦ-
τά γε. ἀλλὰ περὶ τοῦδε τί λέγεις, ὦ Σώκρατες; ἆρ' οὐκ
ἀγαθοὺς δεῖ ἐν τῇ πόλει κεκτῆσθαι ἰατρούς, εἶεν δ' ἂν
που μάλιστα τοιοῦτοι ὅσοι πλείστους μὲν ὑγιεινούς,
πλείστους δὲ νοσώδεις μετεχειρίσαντο; καὶ δικασταὶ οὕ
ὡσαύτως οἱ παντοδαπαῖς φύσεσιν ὡμιληκότες; Καὶ 2
μάλα, εἶπον, ἀγαθοὺς λέγω. ἀλλ' οἶσθα οὓς ἡγοῦμαι

curandos sufficerent homines, qui ante accepta vulnera et firmi corporis habitu et victu moderati fuissent, licet protinus dictum illud poculum ebibissent? homines autem et natura et incontinentia morbosos vivere, neque iis ipsis neque aliis conferre putabant: neque circa illos versari artem; neque esse curandos, etiamsi Mida locupletiores essent. *Glau.* Scitos admodum viros fuisse perhibes Aesculapii filios. So. Decet sane: quanquam nobis tragoedi et Pindarus non testificantes Aesculapium ferunt Apollinis filium exstitisse, atque auro inductum ad hominem pecuniosum, cum extrema aegritudine ad mortem ferente opprimeretur, in vitam restituendum. unde et fulmine illum percussum. sed nos propter illa, quae supra diximus, illis haec utraque non concedimus. immo si Dei filius fuit, lucri turpis avidum fuisse negabimus: sin turpis avidus lucri, Dei fuisse filium reiiciemus. *Glau.* Probe quidem ista dicuntur. sed de hoc quid ais, o Socrates? an non bonos medicos habere oportet in civitate? essent autem tales maxime, quicunque fuissent cum sanis plurimis plurimisque aegrotantibus conversati. iudices item similiter, qui varia hominum ingenia essent experti. *So.* Et valde quidem bonos dico.

τοιούτους; Ἂν εἴπῃς, ἔφη. Ἀλλὰ πειράσομαι, ἦν δ' ἐγώ, οὐ μέντοι οὐχ ὅμοιον πρᾶγμα τῷ αὐτῷ λόγῳ ἤρου. Πῶς; ἔφη. Ἰατροὶ μέν, εἶπον, δεινότατοι ἂν γένοιντο, εἰ ἐκ παίδων ἀρξάμενοι, πρὸς τῷ μανθάνειν τὴν τέχνην, ὡς πλείστοις τε καὶ πονηροτάτοις σώμασιν ὁμιλήσειαν καὶ αὐτοὶ πάσας νόσους κάμοιεν καὶ εἶεν μὴ πάνυ ὑγιεινοὶ φύσει. οὐ γάρ, οἶμαι, σώματι σῶμα θεραπεύουσιν — οὐ γὰρ ἂν αὐτὰ ἐνεχώρει κακὰ εἶναί ποτε καὶ γενέσθαι — ἀλλὰ ψυχῇ σῶμα, ᾗ οὐκ ἐγχωρεῖ κακὴν γενομένην τε καὶ οὖσαν εὖ τι θεραπεύειν. Ὀρθῶς, ἔφη. Δικαστὴς δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, ψυχῇ ψυχῆς ἄρχει, ᾗ οὐκ ἐγχωρεῖ ἐκ νέας ἐν πονηραῖς ψυχαῖς τεθράφθαι τε καὶ ὡμιληκέναι καὶ πάντα ἀδικήματα αὐτὴ ἠδικηκυῖαν διεξεληλυθέναι, ὥστε ὀξέως ἀφ' αὑτῆς τε αἰσθέσθαι τὰ τῶν ἄλλων ἀδικήματα οἷον κατὰ σώματος νόσους· ἀλλ' ἄπειρον αὐτὴν καὶ ἀκέραιον δεῖ κακῶν ἠθῶν νέαν οὖσαν γεγονέναι, εἰ μέλλει καλὴ κἀγαθὴ οὖσα κρινεῖν ὑγιῶς τὰ δίκαια. διὸ δὴ καὶ εὐήθεις νέοι ὄντες οἱ ἐπιεικεῖς φαίνονται, καὶ εὐεξαπάτητοι ὑπὸ τῶν ἀδίκων, ἅτε οὐκ ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς παραδείγματα ὁμοιοπαθῆ τοῖς πονηροῖς. Καὶ μὲν δή,

Sed nunquid intelligis, quos tales esse arbitror? *Glau.* Si dixeris. *So.* Tentabo equidem. tu tamen non similem rem sermone eodem interrogabas. *Glau.* Qua ratione? *So.* Medici quidem sufficientissimi evaderent, si ab ineunte aetate, ultra discendae artis studium, inter plurimos corpore male affectos conversarentur, ipsique omni morborum genere laborarent, naturaque imbecilla essent. neque enim corpus, ut arbitror, corpore curant. impossibile namque esset, ipsa quandoque mala vel fuisse vel esse. sed anima corpus curant. an non fieri potest, ut quae fuerit sitque mala, bene aliquid curet? *Glau.* Recte quidem. *So.* Iudex autem, o amice, ipso animo imperat. Nonne possibile est, a pueritia animum aliquem cum malis animis conversatum, et iniusta quaeque facinora operatum, acute denique ex se ipso aliorum scelera coniectare, quemadmodum ex ipso corpore morbos? num insontem ipsum imperitumque malorum morum, dum esset iuvenis, exstitisse oportet, si bonus et honestus exsistens iusta sincere est iudicaturus? quapropter modesti homines, dum iuvenes sunt, stolidi esse videnturi et qui facile ab iniustis decipi possint, tanquam qui non habeant in se ipsis eadem, quae habent improbi, affectuum exem-

ἔφη, σφόδρα γε αὐτὸ πάσχουσιν. Τοιγάρτοι, ἦν δ' ἐγώ, οὐ νέον ἀλλὰ γέροντα δεῖ τὸν ἀγαθὸν δικαστὴν εἶναι, ὅτῳ μαθῇ γεγονότα τῆς ἀδικίας οἷόν ἐστιν· οὐκ οἰκείαν ἐν τῇ αὑτοῦ ψυχῇ ἐνοῦσαν ἠσθημένον, ἀλλ' ἀλλοτρίαν ἐν ἀλλοτρίοις μεμελετηκότα ἐν πολλῷ χρόνῳ διαισθάνεσθαι οἷον πέφυκε κακόν, ἐπιζήμῳ, οὐκ ἐμπειρίᾳ οἰκείᾳ κεχρημένον. Γενναιότατος γοῦν, ἔφη, ἔοικεν εἶναι ὁ τοιοῦτος δικαστής. Καὶ ἀγαθός γε, ἦν δ' ἐγώ, ὃ σὺ ἠρώτας· ἃ γὰρ ἔχων ψυχὴν ἀγαθὴν ἀγαθός. ὁ δὲ δεινὸς ἐκεῖνος καὶ καχύποπτος, ὃ πολλὰ αὐτὸς ἠδικηκὼς καὶ πανοῦργός τε καὶ σοφὸς οἰόμενος εἶναι, ὅταν μὲν ὁμοίοις ὁμιλῇ, δεινὸς φαίνεται ἐξευλαβούμενος, πρὸς τὰ ἐν αὑτῷ παραδείγματα ἀποσκοπῶν· ὅταν δὲ ἀγαθοῖς καὶ πρεσβυτέροις ἤδη πλησιάσῃ, ἀβέλτερος αὖ φαίνεται ἀπιστῶν παρὰ καιρὸν καὶ ἀγνοῶν ὑγιὲς ἦθος, ἅτε οὐκ ἔχων παράδειγμα τοῦ τοιούτου. πλεονάκις δὲ, πονηροῖς ἢ χρηστοῖς ἐντυγχάνων σοφώτερος ἢ ἀμαθέστερος δοκεῖ εἶναι αὑτῷ τε καὶ ἄλλοις. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη, ἀληθῆ. Οὐ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τοιοῦτον χρὴ τὸν δικαστὴν ζητεῖν τὸν ἀγαθόν τε καὶ σοφόν, ἀλλὰ τὸν πρότερον, πονηρίᾳ μὲν γὰρ ἀρετήν γε καὶ αὐτὴν οὖ

pla malorum. *Glau.* Omnino certe id patiuntur. *So.* Verum: enimvero non iuvenem, sed senem esse bonum oportet iudicem, qui sero, quale quid iniustitia sit, didicerit: tanquam qui non propriam in animo suo eam senserit, sed alienam in alienis animis longo tempore noverit; atque iccirco cuiusmodi sit malum discernat, scientia potius quam propria experientia iudicans. *Glau.* Generosissimus certe iudex huiusmodi esse videtur. *So.* Et bonus praeterea; quod ipse quaerebas. qui enim bonum habet animum, bonus est, versutus autem ille ac mala suspicans, qui multa agit, iniuste sagaxque et sapiens habetur, quando cum sui similibus versatur, cautus callidusque apparet, cum ad exempla, quae in eo sunt, mentem dirigens sibi satis caveat. quando vero bonis senioribusque adhaeret, fatuus, cum ultra quam decet diffidat, sanumque et sincerum morem ignoret, quippe qui exempla illius non habeat. cum vero frequentius cum malis quam cum bonis versetur, saepius quoque sapientior quam insipientior sibi aliisque videtur. *Glau.* Vera procul dubio loqueris. *So.* Non ergo talem quaerere oportet iudicem, tanquam bonum et sapientem, sed qualem paulo ante dicebam. pravitas enim neque se neque virtutem

ποτ' ἂν γνοίη, ἀρετὴ δὲ φύσεως παιδευομένης χρόνῳ ἅμα αὐτῆς τε καὶ πονηρίας ἐπιξήμην λήψεται. σοφὸς οὖν οὗτος, ὡς μοι δοκεῖ, ἀλλ' οὐχ ὁ κακὸς γίγνεται. Καὶ ἐμοί, ἔφη, ξυνδοκεῖ. Οὐκοῦν καὶ ἰατρικήν, οἵαν εἴπομεν, μετὰ τῆς τοιαύτης δικαιικῆς κατὰ πόλιν νομοθετήσεις, αἳ τῶν πολιτῶν σοι τοὺς μὲν εὐφυεῖς τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς θεραπεύσουσι, τοὺς δὲ μή, ὅσοι μὲν κατὰ σῶμα τοιοῦτοι, ἀποθνήσκειν ἐάσουσι, τοὺς δὲ κατὰ τὴν ψυχὴν κακοφυεῖς καὶ ἀνιάτους αὐτοὶ ἀποκτενοῦσιν; Τὸ γοῦν ἄριστον, ἔφη, αὐτοῖς τε τοῖς πάσχουσι καὶ τῇ πόλει οὕτω πέφανται. Οἱ δὲ δὴ νέοι, ἦν δ' ἐγώ, δῆλον ὅτι εὐλαβήσονταί σοι δικαιικῆς εἰς χρείαν ἰέναι, τῇ ἁπλῇ ἐκείνῃ μουσικῇ χρώμενοι ἣν δὴ ἔφαμεν σωφροσύνην ἐντίκτειν. Τί μήν; ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ κατὰ ταὐτὰ ἴχνη ταῦτα ὁ μουσικὸς γυμναστικὴν διώκων, ἐὰν ἐθέλῃ, αἱρήσει, ὥστε μηδὲν ἰατρικῆς δεῖσθαι ὅ τι μὴ ἀνάγκη; Ἔμοιγε δοκεῖ. Αὐτὰ μὴν τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς πόνους πρὸς τὸ θυμοειδὲς τῆς φύσεως βλέπων καὶ ἐκεῖνο ἐγείρων πονήσει μᾶλλον ἢ πρὸς ἰσχύν· οὐχ ὡς οἱ ἄλλοι ἀθληταὶ ῥώμης ἕνεκα σιτία καὶ πόνους μεταχειριεῖται. Ὀρθότατα, ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ,

---

tem cognosceret unquam. virtus autem naturae, tempore addita disciplina, et se ipsam simul et pravitatem intelliget. non igitur malus, ut mea fert opinio, sed hic sapiens evadit. *Glau.* Mihi quoque ita videtur. *So.* Nonne igitur et medicinam, qualem diximus, una cum huiusmodi iudiciaria aequitate in civitate lege constitues, quae quidem eos cives, qui natura tum animo tum corpore bene se habent, enutriant: eorum vero qui tales non sunt, quotcunque corpore deficiunt, mori sinant, quotcunque autem malo ingenio procreati insanabiles sunt, morte multent? *Glau.* Hoc fortasse et ipsis, qui talia patiuntur, et civitati conducit. *So.* Constat quin etiam curaturos iuvenes ne in iudiciariae usum indigentiamque descendant, simplici illa utentes musica, ex qua nasci diximus temperantiam. *Glau.* Cur non? *So.* An non per eadem haec vestigia musicus gymnasticam sequens, si volet, aget assequeturque: ut nihil egeat medicina, nisi necessitas cogat? *Glau.* Assentios equidem. *So.* Exercebit autem in gymnasiis corpus, respicienr magis ad animositatem naturae, illamque excitans, quam ad robur, neque, quemadmodum athletae alii, corporei roboris gratia victum instituet laboresque adhibebit. *Glau.* Recte admodum. *So.* Qui

ὦ Γλαύκων, καὶ οἱ καθιστάντες μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ παιδεύειν οὐχ οὗ ἕνεκά τινες οἴονται καθιστᾶσιν, ἵνα τῇ μὲν τὸ σῶμα θεραπεύοιντο, τῇ δὲ τὴν ψυχήν; Ἀλλὰ τί μήν; ἔφη. Κινδυνεύουσιν, ἦν δ' ἐγώ, ἀμφότερα τῆς ψυχῆς ἕνεκα τὰ μέγιστον καθιστάναι. Πῶς δή; Οὐκ ἐννοεῖς, εἶπον, ὡς διατίθενται αὐτὴν τὴν διάνοιαν οἱ ἂν γυμναστικῇ μὲν διὰ βίου ὁμιλήσωσι, μουσικῆς δὲ μὴ ἅψωνται; ἢ ὅσοι ἂν τοὐναντίον διατεθῶσιν; Τίνος δέ, ἦ δ' ὅς, πέρι λέγεις; Ἀγριότητός τε καὶ σκληρότητος, ἦν δ' ἐγώ, καὶ αὖ μαλακίας τε καὶ ἡμερότητος. Ἔγωγε, ἔφη, ὅτι οἱ μὲν γυμναστικῇ ἀκράτῳ χρησάμενοι ἀγριώτεροι τοῦ δέοντος ἀποβαίνουσιν, οἱ δὲ μουσικῇ μαλακώτεροι αὖ γίγνονται ἢ ὡς κάλλιον αὐτοῖς. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, τό γε ἄγριον τὰ θυμοειδὲς ἂν τῆς φύσεως παρέχοιτο, καὶ ὀρθῶς μὲν τραφὲν ἀνδρεῖον ἂν εἴη, μᾶλλον δ' ἐπιταθὲν τοῦ δέοντος σκληρόν τε καὶ χαλεπὸν γίγνοιτ' ἄν, ὡς τὸ εἰκός. Δοκεῖ μοι, ἔφη. Τί δέ; τὸ ἥμερον οὐχ ἡ φιλόσοφος ἂν ἔχοι φύσις; καὶ μᾶλλον μὲν ἀνεθέντος αὐτοῦ μαλακώτερον ἂν εἴη τοῦ δέοντος, καλῶς δὲ τραφέντος ἥμερόν τε καὶ κόσμιον; Ἔστι ταῦτα. Δεῖν δέ γε φαμεν τοὺς φύλακας ἀμφότερα ἔχειν τούτω τὼ φύσει. Δεῖ γάρ. Οὐκοῦν ἁρμόσθαι δεῖ

ergo constituunt, o Glauco, musica et gymnastica homines erudire, non ea causa, qua multi existimant, studia haec aggrediuntur, ut hac quidem corpus, illa animum curent. *Glau.* Cur non? *So.* Videntur utraque animi gratia plurimum exercere. *Glau.* Quo pacto? *So.* An non vides, ut afficiant animum, qui gymnasticam per omnem vitam exercent, musicam autem non attingunt: vel qui contra faciunt? *Glau.* De quonam dicis? *So.* De rustica, inquam, duritia ferocitateque, atque item de mollitie et mansuetudine. *Glau.* Novi equidem eos, qui mera utuntur gymnastica, agrestiores quam oportet evadere, qui autem duntaxat musica, molliores quam eos deceat effici. *So.* Atqui vis ipsa agrestis ad iracundae naturae animositatem pertinet: quae si recte nutritur, fortis evadit, sin autem supra quam decet excrescit, ferox, ut consentaneum est, ac dura. *Glau.* Assentior. *So.* Quid autem? vim ipsam mitem et mansuetam nonne philosophi natura habet: quae si nimium coalescit, mollior fit quam decet, bene autem si enutritur, suavis atque modesta? *Glau.* Est, ut dicis. *So.* Dicebamus autem oportere ipsos custodes utrasque naturas habere. *Glau.* Oportet sane. *So.* Nonne congruere invicem et concinere opor-

εὐτὰς πρὸς ἀλλήλας; Πῶς δ' οὔ; Καὶ τοῦ μὲν ἡρμοσμένου σώφρων τε καὶ ἀνδρεία ἡ ψυχή. Πάνυ γε. Τοῦ δὲ ἀναρμόστου δειλὴ καὶ ἄγροικος. Καὶ μάλα. Οὐκοῦν ὅταν μέν τις μουσικῇ παρέχῃ καταυλεῖν καὶ καταχεῖν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ὤτων, ὥς περ διὰ χώνης, ἃς νῦν δὴ ἡμεῖς ἐλέγομεν τὰς γλυκείας τε καὶ μαλακὰς καὶ θρηνώδεις ἁρμονίας, καὶ μινυρίζων τε καὶ γεγανωμένος ὑπὸ τῆς ᾠδῆς διατελῇ τὸν βίον ὅλον, οὗτος τὸ μὲν πρῶτον, εἴ τι θυμοειδὲς εἶχεν, ὥς περ σίδηρον ἐμάλαξε καὶ χρήσιμον ἐξ ἀχρήστου καὶ σκληροῦ ἐποίησεν· ὅταν δ' ἐπέχων μὴ ἀνῇ ἀλλὰ κηλῇ, τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη τήκει καὶ λείβει, ἕως ἂν ἐκτήξῃ τὸν θυμὸν καὶ ἐκτέμῃ ὥς περ νεῦρα ἐκ τῆς ψυχῆς καὶ ποιήσῃ μαλθακὸν αἰχμητήν. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Καὶ ἐὰν μέν γε, ἦν δ' ἐγώ, ἐξ ἀρχῆς φύσει ἄθυμον λάβῃ, ταχὺ τοῦτο διεπράξατο· ἐὰν δὲ θυμοειδῆ, ἀσθενῆ ποιήσας τὸν θυμὸν ὀξύρροπον ἀπειργάσατο, ἀπὸ σμικρῶν ταχὺ ἐρεθιζόμενόν τε καὶ κατασβεννύμενον. ἀκράχολοι οὖν καὶ ὀργίλοι ἀντὶ θυμοειδοῦς γεγένηνται, δυσκολίας ἔμπλεῳ. Κομιδῇ μὲν οὖν. Τί δέ; ἂν αὖ γυμναστικῇ πολλὰ πονῇ καὶ εὐωχῆται εὖ μάλα, μουσικῆς δὲ καὶ φιλοσοφίας μὴ ἅπτηται, 411

tet? *Glau.* Quidni? *So.* Eiusque animus, in quo haec consonant, temperatus est et fortis? *Glau.* Omnino. *So.* Eius autem animus, in quo dissonant, timidus et agrestis? *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Quicunque permittit ut musica animum suum assidue circumsonans occupet et demulceat, perque aures veluti per infundibula harmonias infundat, quas supra commemoravimus, suaves, blandas, molles ac flebiles, atque aetatem suam in modulis animum delinientibus consumit: is primum quidem, si quid iracundum habebat, tanquam ferrum demollit, et utile ex inutili duroque efficit, quando autem incumbit diutius, magis demulcet: post hoc iam liquefacit animum et resolvit, donec destillando exhauriat animositatem omnem exscindatque tanquam nervos ex animo, ex quo animum quasi segnem militem efficit. *Glau.* Sic est omnino. *So.* Ac si a principio hominem nacta sit natura sine animi robore, cito hoc perficit: sin autem animosum, vires animi frangens ad iram reddit praecipitem, ut minimis quibusque offensiunculis irritetur ac facile iterum effervescat. unde ex animosis iracundi atque morosi effecti, sunt molestia et fastidio pleni. *Glau.* Ita prorsus accidit. *So.* Quod si quis gymnasticae victui exercitationique se dedat, musica philosophiaque neglectis, primo

οὐ πρῶτον μὲν εὖ ἴσχων τὸ σῶμα φρονήματός τε καὶ θυμοῦ ἐμπίπλαται καὶ ἀνδρειότερος γίγνεται αὐτὸς αὑτοῦ; Καὶ μάλα γε. Τί δαί; ἐπειδὰν ἄλλο μηδὲν πράττῃ μηδὲ κοινωνῇ Μούσης μηδαμῇ, οὐκ εἴ τι καὶ ἐνῆν αὐτοῦ φιλομαθὲς ἐν τῇ ψυχῇ, ἅτε οὔτε μαθήματος γευόμενον οὐδενὸς οὔτε ζητήματος, οὔτε λόγου μετίσχον οὔτε τῆς ἄλλης μουσικῆς, ἀσθενές τε καὶ κωφὸν καὶ τυφλὸν γίγνεται, ἅτε οὐκ ἐγειρόμενον οὐδὲ τρεφόμενον οὐδὲ διακαθαιρομένων τῶν αἰσθήσεων αὐτοῦ; Οὕτως, ἔφη. Μισολόγος δή, οἶμαι, ὁ τοιοῦτος γίγνεται καὶ 1
ἄμουσος, καὶ πειθοῖ μὲν διὰ λόγων οὐδὲν ἔτι χρῆται, βίᾳ δὲ καὶ ἀγριότητι ὡς περ θηρίον πρὸς πάντα διαπράττεται, καὶ ἐν ἀμαθίᾳ καὶ σκαιότητι μετὰ ἀῤῥυθμίας τε καὶ ἀχαριτίας ζῇ. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς, οὕτως ἔχει. Ἐπὶ δὴ δύ' ὄντε τούτω, ὡς ἔοικε, δύο τέχνα θεὸν ἔγωγ' ἄν τινα φαίην δεδωκέναι τοῖς ἀνθρώποις, μουσικήν τε καὶ γυμναστικὴν ἐπὶ τὸ θυμοειδὲς καὶ τὸ φιλόσοφον, οὐκ ἐπὶ ψυχὴν
412 *καὶ σῶμα, εἰ μὴ εἴη πάρεργον, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνω, ὅπως ἂν ἀλλήλοιν ξυναρμοσθῆτον ἐπιτεινομένω καὶ ἀνιεμένω μέχρι τοῦ προσήκοντος. Καὶ γὰρ ἔοικεν, ἔφη. Τὸν κάλλιστ' ἄρα* 2

quidem firmum corporis habitum consecutus, animi viribus magnitudineque repletur fortiorque, quam esset, evadit. *Glau.* Valde quidem. *So.* Deinde si in hoc ita perseveret, ut nihil aliud agat neque Musam prorsus attingat: certe, si quis erat eius in animo instinctus discendi flagrans cupiditate, imbecillus surdus ac caecus efficitur, utpote qui neque doctrinam gustaverit ullam neque indagationem rerum, neque ullam penitus rationem, neque musicam aliam, unde expergisci potuerit coalescereque sensusque suos puros accipere. *Glau.* Sic plane. *So.* Rationi adversus, ut arbitror, vir huiusmodi et a Musis redditur alienus, ac nulla ulterius persuasione rationibus inducta utitur: sed vi et agresti immanitate, tanquam fera quaedam, ad omnia fertur, inque inscitia et ruditate sine rhythmo et gratia et urbanitate vivit. *Glau.* Omnino sic se res habet. *So.* Postquam duo haec sunt, ut apparet, artes duas assererem Deum aliquem hominibus tribuisse, musicam et gymnasticam, ad animositatem philosophicamve naturam: non ad animum et corpus, nisi per accidens fuerit, sed ad illa, ut invicem consonarent, intensa videlicet atque remissa, quatenus deceat. *Glau.* Sic apparet.

μουσικῇ γυμναστικὴν κεραννύντα καὶ μετριώτατα τῇ ψυχῇ προσφέροντα, τοῦτον ὀρθότατ' ἂν φαῖμεν εἶναι τελέως μουσικώτατον καὶ εὐαρμοστότατον, πολὺ μᾶλλον ἢ τὸν τὰς χορδὰς ἀλλήλαις ξυνιέντα. *Εἰκότως γ'*, ἔφη, ὦ Σώκρατες. *Οὐκοῦν καὶ ἐν τῇ πόλει ἡμῖν*, ὦ Γλαύκων, *δεήσει τοιούτου τινὸς ἀεὶ ἐπιστάτου*, εἰ μέλλει ἡ πολιτεία σώζεσθαι; *Δεήσει μέντοι* ὡς οἷόν τέ γε μάλιστα.

Οἱ μὲν δὴ τύποι τῆς παιδείας τε καὶ τροφῆς οὗτοι ἂν εἶεν. *χορείας γὰρ τί* ἄν τις διεξίοι τῶν τοιούτων, καὶ θήρας τε καὶ κυνηγέσια καὶ γυμνικοὺς ἀγῶνας καὶ ἱππικούς; σχεδὸν γάρ τι δῆλα δὴ ὅτι τούτοις ἑπόμενα δεῖ αὐτὰ εἶναι, καὶ οὐκέτι χαλεπὰ εὑρεῖν. *Ἴσως*, ἦ δ' ὅς, οὐ χαλεπά. *Εἶεν*, ἦν δ' ἐγώ· τὸ δὴ μετὰ τοῦτο τί ἂν ἡμῖν διαιρετέον εἴη; ἆρ' οὐχ αὐτῶν τούτων οἵ τινες ἄρξουσί τε καὶ ἄρξονται; *Τί μήν;* Ὅτι μὲν πρεσβυτέρους τοὺς ἄρχοντας δεῖ εἶναι, νεωτέρους δὲ τοὺς ἀρχομένους, δῆλον; *Δῆλον*. Καὶ ὅτι γε τοὺς ἀρίστους αὐτῶν; Καὶ τοῦτο. Οἱ δὲ γεωργῶν ἄριστοι ἆρ' οὐ γεωργικώτατοι γίγνονται; *Ναί*. Νῦν δ' ἐπειδὴ φυλάκων αὐτοὺς ἀρίστους δεῖ εἶναι, ἆρ' οὐ φυλακικωτάτους πόλεως; *Ναί*. Οὐκοῦν φρονίμους τε εἰς τοῦτο δεῖ ὑπάρχειν καὶ δυνατοὺς

So. Eum igitur, qui pulcherrime gymnasticam cum musica misceat, moderatissimeque haec animo adhibet, merito absolutissimum musicum diceremus et summa harmonia compositum magis quam eum, qui chordas una contemperat. *Glau.* Et merito quidem, o Socrates. *So.* Nonne ergo huiusmodi aliquo praeside semper in civitate nobis opus erit, Glauco, si debet salva fore respublica? *Glau.* Erit certe summopere. *So.* Hi ergo disciplinae educationisque modi essent, nempe choreas in horum genere quis reponet, venationesque et canum insecutiones, gymnica item certamina et equestria. ferme enim constat sequi haec ista debere neque inventu difficilia fore. *Glau.* Forte non sunt difficilia. *So.* Quid nobis praeterea distinguendum? nonne horum omnium quinam imperare debeant, qui parere? *Glau.* Cur non? *So.* Constat quidem seniores imperare oportere, iuniores subesse. *Glau.* Constat profecto. *So.* Et hoc liquet, ex his esse optimos eligendos. *Glau.* Liquet certe et istud. *So.* Agricolarum optimi nonne hi sunt, qui maximam agrorum habent colendorum peritiam? *Glau.* Prorsus. *So.* Nunc autem cum ex custodibus optimos eligi oporteat, nonne eos qui maximam custodiendae civitatis peritiam habent? *Glau.* Eos plane. *So.* Prudentes ergo ad hoc esse eos oportet

καὶ ἔτι κηδεμόνας τῆς πόλεως; Ἔστι ταῦτα. Κήδοιτο δέ γ' ἄν τις μάλιστα τούτου ὃ τυγχάνοι φιλῶν. Ἀνάγκη. Καὶ μὴν τοῦτό γ' ἂν μάλιστα φιλοῖ, ᾧ ξυμφέρειν ἡγοῖτο τὰ αὐτὰ καὶ ἑαυτῷ, καὶ ὅταν μάλιστα ἐκείνου μὲν εὖ πράττοντος οἴηται ξυμβαίνειν καὶ ἑαυτῷ εὖ πράττειν, μὴ δὲ τοὐναντίον. Οὕτως, ἔφη. Ἐκλεκτέον ἄρ' ἐκ τῶν ἄλλων φυλάκων τοιούτους ἄνδρας, οἳ ἂν σκοποῦσιν ἡμῖν μάλιστα φαίνωνται παρὰ πάντα τὸν βίον, ὃ μὲν ἂν τῇ πόλει ἡγήσωνται ξυμφέρειν, πάσῃ προθυμίᾳ ποιεῖν, ὃ δ' ἂν μή, μηδενὶ τρόπῳ πρᾶξαι ἂν ἐθέλειν. Ἐπιτήδειοι γάρ, ἔφη. Δοκεῖ δή μοι τηρητέον αὐτοὺς εἶναι ἐν ἁπάσαις ταῖς ἡλικίαις, εἰ φυλακικοί εἰσι τούτου τοῦ δόγματος καὶ μήτε γοητευόμενοι μήτε βιαζόμενοι ἐκβάλλουσιν ἐπιλανθανόμενοι δόξαν τὴν τοῦ ποιεῖν δεῖν ἃ τῇ πόλει βέλτιστα. Τίνα, ἔφη, λέγεις τὴν ἐκβολήν; Ἐγώ σοι, ἔφην, ἐρῶ. φαίνεταί μοι δόξα ἐξιέναι ἐκ διανοίας ἢ ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως; ἑκουσίως μὲν ἡ ψευδὴς τοῦ μεταμανθάνοντος, ἀκουσίως δὲ πᾶσα ἡ ἀληθής. 413 Τὸ μὲν τῆς ἑκουσίου, ἔφη, μανθάνω, τὸ δὲ τῆς ἀκουσίου δέομαι μαθεῖν. Τί δέ; οὐ καὶ σὺ ἡγεῖ, ἔφην ἐγώ, τῶν μὲν ἀγαθῶν ἀκουσίως στέρεσθαι τοὺς ἀνθρώπους,

potentesque, et qui rei publicae curam habeant. *Glau.* Est ita. *So.* Curat autem quisque maxime id, quod maxime diligit. *Glau.* Necesse est. *So.* Atqui hoc diligit maxime, cui conferre eadem ac sibi existimat, et ex cuius felicitate vel infelicitate suam arbitratur felicitatem infelicitatemve pendere. *Glau.* Sic est. *So.* Eligendi igitur ex omnibus custodibus hi maxime, qui nobis considerantibus videantur per omnem vitam summo studio ea facere, quae e re publica esse ducunt: quae vero contra, cavere. *Glau.* Commodissimi certe hi sunt. *So.* Observandi itaque sunt, ut arbitror, in singulis aetatibus, utrum praeceptum hoc servent neque tanquam praestigiis quibusdam decepti neque vi ulla compulsi, suique ipsorum obliti, eiiciant eam opinionem, qua ea sola censentur agenda, quae sunt optima rei publicae. *Glau.* Quam eiectionem dicis? *So.* Dicam tibi. videtur mihi opinio mente exire vel sponte vel invite. sponte quidem falsa, in eo qui dediscit falsa, vera discit: invite autem vera quaeque opinio. *Glau.* Quod de voluntario exitu dicis, intelligo: quod autem de invito, discere cupio. *So.* Nonne putas bonis homines invite privari, malis autem spon-

τῶν δὲ κακῶν ἑκουσίως; ἢ οὐ τὸ μὲν ἐψεῦσθαι τῆς ἀληθείας κακόν, τὸ δὲ ἀληθεύειν ἀγαθόν; ἢ οὐ τὸ τὰ ὄντα δοξάζειν ἀληθεύειν δοκεῖ σοι εἶναι; Ἀλλ', ἦ δ' ὅς, ὀρθῶς λέγεις, καί μοι δοκοῦσιν ἄκοντες ἀληθοῦς δόξης στερίσκεσθαι. Οὐκοῦν κλαπέντες ἢ γοητευθέντες τοῦτο πάσχουσιν; Οὐδὲ νῦν, ἔφη, μανθάνω. Τραγικῶς, ἦν δ' ἐγώ, κινδυνεύω λέγειν. κλαπέντας μὲν γὰρ τοὺς μεταπεισθέντας λέγω καὶ τοὺς ἐπιλανθανομένους, ὅτι τῶν μὲν χρόνος, τῶν δὲ λόγος ἐξαιρούμενος λανθάνει. νῦν γάρ που μανθάνεις; Ναί. Τοὺς τοίνυν βιασθέντας λέγω οὓς ἂν ὀδύνη τις ἢ ἀλγηδὼν μεταδοξάσαι ποιήσῃ. Καὶ τοῦτ', ἔφη, ἔμαθον, καὶ ὀρθῶς λέγεις. Τοὺς γε μὴν γοητευθέντας, ὡς ἐγῷμαι, κἂν σὺ φαίης εἶναι οἳ ἂν μεταδοξάσωσιν ἢ ὑφ' ἡδονῆς κηληθέντες ἢ ὑπὸ φόβου τι δείσαντες. Ἔοικε γάρ, ἦ δ' ὅς, γοητεύειν πάντα ὅσα ἀπατᾷ. Ὅ τοίνυν ἄρτι ἔλεγον, ζητητέον τίνες ἄριστοι φύλακες τοῦ παρ' αὐτοῖς δόγματος, τοῦτο ὡς ποιητέον ὃ ἂν τῇ πόλει ἀεὶ δοκῶσι βέλτιστον εἶναι. τηρητέον δὴ εὐθὺς ἐκ παίδων προθεμένοις ἔργα ἐν οἷς ἄν τις τὸ τοιοῦτον μάλιστα ἐπιλανθάνοιτο καὶ ἐξαπατῷτο, καὶ τὸν μὲν μνήμονα καὶ δυς-

te? an non mentiri verumque nescire malum est, vere autem iudicare bonum? nonne opinari ea, quae sunt, vere putare tibi videtur? *Glau.* Probe loqueris, mihique videntur homines inviti vera opinione privari. *So.* An non vel subreptione vel deceptione vel vi hoc patiuntur. *Glau.* Neque istud intelligo. *So.* Tragice porro loqui videor. surripi enim opiniones iis dico, qui sententiam mutant, vel sensim tempore obliteratam, vel clam adversa ratione subtractam. nunc intelligis? *Glau.* Intelligo equidem. *So.* Vim autem illis inferri, quos dolor aut cruciatus aliter sentire cogunt. *Glau.* Istud intelligo equidem, ac recte dicis. *So.* Subduci autem quasi praestigiis eos, ut arbitror, tu quoque diceres, qui priorem deponunt opinionem vel voluptate permulcti vel metu perterrefacti. *Glau.* Videntur sane, quaecunque decipiunt, praestigiis nos seducere. *So.* Quod igitur nuper dicebam, quaerendum est, quinam constantes servatores sint eius, quae apud ipsos est, sententiae, id videlicet semper agendum esse, quod rei publicae conducere arbitrantur. observandi sunt igitur statim a pueritia, eaque illis opera proponenda, ex quibus aliquis maxime praeceptum illud obliviscì falliquo possit. atque is, qui servat illud me-

ἐξαπάντου ἐγκριτέον, τὸν δὲ μὴ ἀπόκριτέον; ἢ γάρ; Ναί. Καὶ πόνους γε αὖ καὶ ἀλγηδόνας καὶ ἀγῶνας αὐτοῖς θετέον, ἐν οἷς ταὐτὰ ταῦτα τηρητέον. Ὀρθῶς, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τρίτου εἴδους τούτοις γοητείας ἄμιλλαν ποιητέον, καὶ θεατέον, ὥς περ τοὺς πώλους ἐπὶ τοὺς ψόφους τε καὶ θορύβους ἄγοντες σκοποῦσιν εἰ φοβεροί, οὕτω νέους ὄντας εἰς δείματ' ἄττα κομιστέον καὶ εἰς ἡδονὰς αὖ μεταβλητέον, βασανίζοντας πολὺ μᾶλλον ἢ χρυσὸν ἐν πυρί, εἰ δυσγοήτευτος καὶ εὐσχήμων ἐν πᾶσι φαίνεται, φύλαξ αὑτοῦ τε ὢν ἀγαθὸς καὶ μουσικῆς ἧς ἐμάνθανεν, εὔρυθμόν τε καὶ εὐάρμοστον ἑαυτὸν ἐν πᾶσι τούτοις παρέχων, οἷος δὴ ἂν ὢν καὶ ἑαυτῷ καὶ πόλει χρησιμώτατος εἴη. καὶ τὸν ἀεὶ ἔν τε παισὶ καὶ νεανίσκοις καὶ ἐν ἀνδράσὶ βασανιζόμενον καὶ ἀκήρατον ἐκβαίνοντα καταστατέον ἄρχοντα τῆς πόλεως καὶ φύλακα, καὶ τιμὰς δοτέον καὶ ζῶντι καὶ τελευτήσαντι, τάφων τε καὶ τῶν ἄλλων μνημείων μέγιστα γέρα λαγχάνοντα· τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον ἀποκριτέον. τοιαύτη τις, ἦν δ' ἐγώ, δοκεῖ μοι, ὦ Γλαύκων, ἡ ἐκλογὴ εἶναι καὶ κατάστασις τῶν ἀρχόντων τε καὶ φυλάκων, ὡς ἐν τύπῳ, μὴ δι' ἀκριβείας, εἰρῆσθαι. Καὶ ἐμοί, ἦ

moriter neque subducitur, eligendus: qui contra, abiiciendus. an non? *Glau.* Certe. *So.* Ergo et labores et dolores illis et certamina opponenda, in hisque haec eadem observanda. *Glau.* Scite. *So.* Nonne secundum speciem illam tertiam, hoc est quasi quandam praestigiorum allucinationem, pugnandum est? et quemadmodum qui inspicere cupiunt, nunquid pulli pavidi sint necne, ad strepitum illos et tumultum ducunt? sic iuniores in terribilia quaedam impellendi atque item oblectamenta, in hisque multo magis quam igni aurum examinandi? ut ita comperiamus, si exstet aliquis inter eos, qui non facile irretiatur sitque compositus in omnibus, sui ipsius custos optimus, et eius, quam didicit, musicae conservator, concinnumque et consonum se in his omnibus praebeat: qualis vir esset et sibi et patriae utilissimus. atque is, qui singulis aetatibus semper, pueritia, adolescentia, matura aetate probatus est et immaculatus exsistit, custos et princeps est civitatis constituendus: honores huic tribuendi et viventi et mortuo, sepulcrorum et aliorum monimentorum maxima munera sortienti. qui vero talis non sit, abiiciendus est. Huiusmodi igitur, o Glaucon, delectus et institutio principum et custodum esse debere mihi videtur, ut summatim potius quam exacte sit dictum. *Glau.* Idem et mihi

δ' ὅς, οὕτω πῃ φαίνεται. Ἆρ' οὖν ὡς ἀληθῶς ὀρθότατον καλεῖν τούτους μὲν φύλακας παντελεῖς τῶν τε ἔξωθεν πολεμίων τῶν τε ἐντὸς φιλίων, ὅπως οἱ μὲν μὴ βουλήσονται, οἱ δὲ μὴ δυνήσονται κακουργεῖν, τοὺς δὲ νέους, οὓς νῦν δὴ φύλακας ἐκαλοῦμεν, ἐπικούρους τε καὶ βοηθοὺς τοῖς τῶν ἀρχόντων δόγμασιν; Ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη.

Τίς ἂν οὖν ἡμῖν, ἦν δ' ἐγώ, μηχανὴ γένοιτο τῶν ψευδῶν τῶν ἐν δέοντι γιγνομένων, ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν, γενναῖόν τι εἶναι ψευδομένους πεῖσαι μάλιστα μὲν καὶ αὐτοὺς τοὺς ἄρχοντας, εἰ δὲ μή, τὴν ἄλλην πόλιν; Ποῖόν τι; ἔφη. Μηδὲν καινόν, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλὰ Φοινικικόν τι, πρότερον μὲν ἤδη πολλαχοῦ γεγονός, ὥς φασιν οἱ ποιηταὶ καὶ πεπείκασιν, ἐφ' ἡμῶν δὲ οὐ γεγονὸς οὐδ' οἶδα εἰ γενόμενον ἄν, πεῖσαι δὲ συχνῆς πειθοῦς. Ὡς ἔοικας, ἔφη, ὀκνοῦντι λέγειν. Δόξω δέ σοι, ἦν δ' ἐγώ, καὶ μάλα εἰκότως ὀκνεῖν, ἐπειδὰν εἴπω. Λέγ', ἔφη, καὶ μὴ φοβοῦ. Λέγω δή· καί τοι οὐκ οἶδα ὁποίᾳ τόλμῃ ἢ ποίοις λόγοις χρώμενος ἐρῶ, καὶ ἐπιχειρήσω πρῶτον μὲν αὐτοὺς τοὺς ἄρχοντας πείθειν καὶ τοὺς στρατιώτας, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἄλλην πόλιν, ὡς ἄρ' ἃ ἡμεῖς αὐτοὺς ἐτρέφομέν τε καὶ ἐπαιδεύομεν, ὥς περ

videtur. *So.* Igitur verissime vocabuntur hi quidem custodes omni ex parte, tam externorum hostium quam internorum amicorum: ut isti nolint, illi nequeant malum aliquid machinari: iuvenes autem, quos paulo ante custodes nominabamus, recte auxiliarii defensoresque institutionum ipsorum principum appellabuntur. *Glau.* Sic et ipse sentio. *So* Quis itaque modus erit, quo ex his mendaciis, quae aliquando decent, quemadmodum et nos in superioribus generosum quiddam mentientes induximus, persuadeamus, prius quidem principibus: sin minus, saltem reliquis civibus? *Glau.* Quale istuc ais? *So.* Nihil novi equidem, sed Phoenicium quiddam: quod ante quidem apud multos factum est, ut poëtae dixerunt et persuaserunt; nostris vero temporibus minime: nec scio si futurum unquam. persuadere certe est arduum. *Glau.* Quam pigre ad dicendum videris accedere. *So.* Videbor equidem tibi, postquam dixero, valde decenter pigrescere. *Glau.* Dic age, nec timeas. *So.* Ecce iam dico, quanquam nescio qua audacia quibusque verbis fretus dicam: atque aggrediar primum ipsis principibus et militibus suadere, deinceps autem et reliquis civibus, quod ea, quibus nos ipsos enutrivimus erudivimusque, tanquam

ὀνείρατα ἐδόκουν ταῦτα πάντα πάσχειν τε καὶ γίγνεσθαι περὶ αὐτούς, ἦσαν δὲ τότε τῇ ἀληθείᾳ ὑπὸ γῆς ἐντὸς πλαττόμενοι καὶ τρεφόμενοι καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν καὶ ἡ ἄλλη σκευὴ δημιουργούμενα, ἐπειδὴ δὲ παντελῶς ἐξειργασμένοι ἦσαν, καὶ ἡ γῆ αὐτοὺς μήτηρ οὖσα ἀνῆκε, καὶ νῦν δεῖ ὡς περὶ μητρὸς καὶ τροφοῦ τῆς χώρας ἐν ᾗ εἰσὶ βουλεύεσθαί τε καὶ ἀμύνειν αὐτούς, ἐάν τις ἐπ' αὐτὴν ἴῃ, καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων πολιτῶν ὡς ἀδελφῶν ὄντων καὶ γηγενῶν διανοεῖσθαι. Οὐκ ἐτός, ἔφη, πάλαι ἠσχύνου τὸ ψεῦδος λέγειν. Ἰάνυ, ἦν δ' ἐγώ, τὸ
414 εἰκότως· ἀλλ' ὅμως ἄκουε καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ μύθου. ἐξὲ μὲν γὰρ δὴ πάντες οἱ ἐν τῇ πόλει ἀδελφοί, ὡς φήσομεν πρὸς αὐτοὺς μυθολογοῦντες, ἀλλ' ὁ θεὸς πλάττων, ὅσοι μὲν ὑμῶν ἱκανοὶ ἄρχειν, χρυσὸν ἐν τῇ γενέσει συνέμιξεν αὐτοῖς, διὸ τιμιώτατοί εἰσιν· ὅσοι δ' ἐπίκουροι, ἄργυρον· σίδηρον δὲ καὶ χαλκὸν τοῖς τε γεωργοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις δημιουργοῖς. ἅτε οὖν ξυγγενεῖς ὄντες πάντες τὸ μὲν πολὺ ὁμοίους ἂν ὑμῖν αὐτοῖς γεννῷτε, ἐκ δ' ὅτε ἐκ χρυσοῦ γεννηθείη ἂν ἀργυροῦν καὶ ἐξ ἀργυροῦ χρυσοῦν ἔκγονον καὶ τἆλλα πάντα οὕτως ἐξ 20
ἀλλήλων. τοῖς οὖν ἄρχουσι καὶ πρῶτον καὶ μάλιστα παραγγέλλει ὁ θεὸς ὅπως μηδενὸς οὕτω φύλακες ἀγαθοὶ

somnia visi omnia sunt circa se ipsos habere. erant autem tunc revera sub terra, intus formati et enutriti, ipsi et arma eorum et supellex omnis. postquam vero omnino perfecti fuerunt, terra ipsos ut mater eduxit. et nunc quidem tanquam matri ac nutrici regioni huiç, in qua sunt, consulere debent atque succurrere, si quis eam invaserit, deque ceteris civibus tanquam fratribus terra genitis cogitare. *Glau.* Non frustra olim erubescebas hoc mendacium dicere. *So.* Decenter admodum: sed audi iam reliquum fabulae. Estis utique omnes in civitate tanquam fratres, ut ipsi dicemus ad eos confugientes: sed cum Deus vos formaret, quicunque vestrum ad imperandum idonei nati sunt, aurum in eorum generatione ipsis admiscuit, propter quod honoratissimi sunt: illis autem, qui ad auxiliandum, argentum indidit: ferrum denique atque aes agricolis et aliis opificibus. tanquam igitur eiusdem generis omnes, similes vobis plurimum generatis. evenit autem quandoque, ut ex aureo nascatur argenteus, et ex argenteo similiter aureus, ceteraque ita vicissim. quapropter ipsis principibus et primo et maxime Deus praecipit, ut nullius rei maiorem

ἔσονται· μηδ' οὕτω σφόδρα φυλάξουσι μηδὲν ὡς τοὺς ἐκγόνους, ὅ τι αὐτοῖς τούτων ἐν ταῖς ψυχαῖς παραμέμικται, καὶ ἐάν τε σφέτερος ἔκγονος ὑπόχαλκος ἢ ὑποσίδηρος γένηται, μηδενὶ τρόπῳ κατελεήσουσιν, ἀλλὰ τὴν τῇ φύσει προσήκουσαν τιμὴν ἀποδόντες ὥσουσιν εἰς δημιουργοὺς ἢ εἰς γεωργούς, καὶ ἂν αὖ ἐκ τούτων τις ὑπόχρυσος ἢ ὑπάργυρος φυῇ, τιμήσαντες ἀνάξουσι τοὺς μὲν εἰς φυλακήν, τοὺς δὲ εἰς ἐπικουρίαν, ὡς χρησμοῦ ὄντος τότε τὴν πόλιν διαφθαρῆναι, ὅταν αὐτὴν ὁ σίδηρος ἢ ὁ χαλκὸς φυλάξῃ. τοῦτον οὖν τὸν μῦθον ὅπως ἂν πεισθεῖεν, ἔχεις τινὰ μηχανήν; Οὐδαμῶς, ἔφη, ὅπως γ' ἂν αὐτοὶ οὗτοι· ὅπως μέντ' ἂν οἱ τούτων υἱεῖς καὶ οἱ ἔπειτα οἵ τ' ἄλλοι ἄνθρωποι οἱ ὕστερον. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, εὖ ἂν ἔχοι πρὸς τὸ μᾶλλον αὐτοὺς τῆς πόλεως τε καὶ ἀλλήλων κήδεσθαι· σχεδὸν γάρ τι μανθάνω ὃ λέγεις. καὶ τοῦτο μὲν δὴ ἐξει ὅπῃ ἂν αὐτὸ ἡ φήμη ἀγάγῃ· ἡμεῖς δὲ τούτους τοὺς γηγενεῖς ὁπλίσαντες προάγωμεν ἡγουμένων τῶν ἀρχόντων. ἐλθόντες δὲ θεασάσθων τῆς πόλεως ὅπου κάλλιστον στρατοπεδεύσασθαι, ὅθεν τούς τε ἔνδον μάλις' ἂν κατέχοιεν, εἴ τις μὴ ἐθέλοι τοῖς νόμοις πείθεσθαι, τούς τε ἔξωθεν ἀπαμύνοιεν, εἰ πολέμιος ὥς περ λύκος ἐπὶ ποίμνην τις ἴοι.

curam custodiamque suscipiant quam natorum, ut dignoscant, quid ex quatuor his potissimum illorum animis sit immixtum; et si quis ex ipsis nascatur aeneus aut ferreus, nullo pacto misereantur, sed honorem illi naturae convenientem tribuentes, inter opifices vel agricolas mittant; rursusque si ex illis nascatur aliquis aureus vel argenteus, honorantes extollant, partim quidem in custodes, partim auxiliarios: quasi oraculum sit, tunc rem publicam perituram, cum ipsam vel aeneus custos vel ferreus gubernabit. Habesne, quomodo huic fabulae fidem adhibeant? *Glau.* Nullo modo, quo pacto isti: quo autem modo istorum filii ac reliqui posteri, habeo. *So.* At hoc bene se haberet ad maiorem curam sui et civitatis habendam. *Glau.* Ferme, quod dicis, intelligo. *So.* Et hoc quidem illuc tendet, quo oraculum perducet. Nos autem hos terra genitos armantes, ducentibus principibus producamus. profecti autem explorent, ubinam in civitate sit optimum castra ponere, unde et eos, qui intus sunt, maxime cohibeant, si quis nolit legibus ipsis obtemperare: et eos, qui extra, repellant, si hostis tanquam lupus ad ovile perrexerit. cum vero castra posue-

στρατοπεδευσάμενοι δέ, θύσαντες οἷς χρή, εὐνὰς ποιησάσθων. ἢ πῶς; Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν τοιαύτας οἵας χειμῶνός τε σέγειν καὶ θέρους ἱκανὰς εἶναι; Πῶς γὰρ οὐχί; οἰκήσεις γάρ, ἔφη, δοκεῖς μοι λέγειν. Ναί, ἦν
416 δ' ἐγώ, στρατιωτικάς γε, ἀλλ' οὐ χρηματιστικάς. Πῶς, ἔφη, αὖ τοῦτο λέγεις διαφέρειν ἐκείνου; Ἐγώ σοι, ἦν δ' ἐγώ, πειράσομαι εἰπεῖν. δεινότατον γάρ που πάντων καὶ αἴσχιστον ποιμέσι τοιούτους γε καὶ οὕτω τρέφειν κύνας ἐπικούρους ποιμνίων, ὥστε ὑπὸ ἀκολασίας ἢ λιμοῦ ἤ τινος ἄλλου κακοῦ ἔθους αὐτοὺς τοὺς κύνας ἐπιχειρῆσαι 10
τοῖς προβάτοις κακουργεῖν καὶ ἀντὶ κυνῶν λύκοις ὁμοιωθῆναι. Δεινόν, ἦ δ' ὅς· πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν φυλακτέον παντὶ τρόπῳ μὴ τοιοῦτον ἡμῖν οἱ ἐπίκουροι ποιήσωσι πρὸς τοὺς πολίτας, ἐπειδὴ αὐτῶν κρείττους εἰσίν· ἀντὶ εὐμμάχων εὐμενῶν δεσπόταις ἀγρίοις ἀφομοιωθῶσιν. Φυλακτέον, ἔφη. Οὐκοῦν τὴν μεγίστην τῆς εὐλαβείας παρεσκευασμένοι ἂν εἶεν, εἰ τῷ ὄντι καλῶς πεπαιδευμένοι εἰσίν; Ἀλλὰ μὴν εἰσί γ', ἔφη· Καὶ ἔγωγ' εἶπον, Τοῦτο μὲν οὐκ ἄξιον διισχυρίζεσθαι, ὦ φίλε Γλαύκων· 20
ὃ μέντοι ἄρτι ἐλέγομεν, ἄξιον, ὅτι δεῖ αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς τυχεῖν παιδείας, ἥ τις ποτ' ἔστιν, εἰ μέλλουσι τὸ

rint, et quibus oportet sacrificaverint, tabernacula struant. sicne, an aliter? *Glau.* Sic certe. *So.* Num huiusmodi, qualia contra hiemes et calores sufficiant? *Glau.* Quidni? habitationes enim dicere mihi videris. *So.* Sic aio, sed militares, non opulentas et mercatorias. *Glau.* Quo differre asseris hoc ab illo? *So.* Conabor equidem declarare. Gravissimum quippe omnium et turpissimum pastoribus esset, si eos atque ita canes gregis custodes futuros nutrirent, ut ex intemperantia aut ex fame aut ex aliqua alia mala consuetudine canes ipsi aggrediantur pecuaria laedere, et pro canibus similes lupis efficiantur. *Glau.* Grave nimium. *So.* Omnino itaque nobis cavendum, ne quid tale adversus cives efficiant, qui defensores adhibentur, cum ipsis valentiores sint: neque benevolorum loco sociorum agrestibus dominis se similes praebeant. *Glau.* Cavendum sane. *So.* Nonne maxima esset adhibita cautio, si revera praeclare educati sint? *Glau.* Sunt quidem. *So.* Hoc quidem, o amice Glauco, asseverare non decet: quod autem nuper dicebamus, nimirum decet, quod oportet ipsos rectam, si qua est, consequi disciplinam, si modo mites futuri sunt et sibi invi-

μέγιστον ἔχειν πρὸς τὸ ἥμερόν εἶναι αὐτοῖς τε καὶ τοῖς φυλαττομένοις ὑπ' αὐτῶν. Καὶ ὀρθῶς γε, ἦ δ' ὅς. Πρὸς τοίνυν τῇ παιδείᾳ ταύτῃ φαίη ἄν τις νοῦν ἔχων δεῖν καὶ τὰς οἰκήσεις καὶ τὴν ἄλλην οὐσίαν τοιαύτην αὐτοῖς παρεσκευάσθαι, ἥ τις μήτε τοὺς φύλακας ὡς ἀρίστους εἶναι παύσει αὐτοὺς κακουργεῖν τε μὴ ἐπαρεῖ περὶ τοὺς ἄλλους πολίτας. Καὶ ἀληθῶς γε φήσει. Ὅρα δή, εἶπον ἐγώ, εἰ τοιόνδε τινὰ τρόπον δεῖ αὐτοὺς ζῆν τε καὶ οἰκεῖν, εἰ μέλλουσι τοιοῦτοι ἔσεσθαι· πρῶτον μὲν οὐσίαν κεκτημένον μηδεμίαν μηδένα ἰδίαν, ἂν μὴ πᾶσα ἀνάγκη· ἔπειτα οἴκησιν καὶ ταμιεῖον μηδενὶ εἶναι μηδὲν τοιοῦτον, εἰς ὃ οὐ πᾶς ὁ βουλόμενος εἴσεισι· τὰ δ' ἐπιτήδεια, ὅσων δέονται ἄνδρες ἀθληταὶ πολέμου σώφρονές τε καὶ ἀνδρεῖοι, ταξαμένους παρὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν δέχεσθαι μισθὸν τῆς φυλακῆς τοσοῦτον, ὅσον μήτε περιεῖναι αὐτοῖς εἰς τὸν ἐνιαυτὸν μήτε ἐνδεῖν· φοιτῶντας δὲ ἐς ξυσσίτια, ὡς περ ἐξ στρατοπεδευμένους, κοινῇ ζῆν. χρυσίον δὲ καὶ ἀργύριον εἰπεῖν αὐτοῖς ὅτι θεῖον παρὰ θεῶν ἀεὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἔχουσι καὶ οὐδὲν προσδέονται τοῦ ἀνθρωπείου, οὐδὲ ὅσια τὴν ἐκείνου κτῆσιν τῇ τοῦ θνητοῦ χρυσοῦ κτήσει ξυμμιγνύντας μιαίνειν, διότι πολλὰ καὶ ἀνόσια περὶ τὸ τῶν πολλῶν νόμισμα γέγονε, 417

cem et his, quos custodiunt. *Glau.* Et recte quidem. *So.* Ad hanc igitur disciplinam quisque sanae mentis diceret habitationem et reliquam supellectilem ita adhibendam, ne ipsos quo minus optimi viri essent prohiberet, neque eos ad ceteros cives laedendos induceret. *Glau.* Et vere quidem. *So.* Inspice igitur, an tali quadam ratione eos oporteat et vivere et habitare, si quidem futuri sint tales. Primo quidem nullo proprium quicquam possideat; nisi quatenus summa cogat necessitas. deinde neque domum neque penu habeant, quo non omnibus pateat aditus. quae vero ad victum pertinent, tanta sint apud eos; quantis indigent militares athletae temperati ac fortes: accipiantque ex instituto ab aliis civibus mercedis tantum custodiae gratia, ut exacto anno neque desit quicquam neque supersit. conferentes autem se ad commessationes, perinde atque in castris, communi vescantur convivio. dicendumque est illis aurum et argentum divitum a Diis in animo eos habere, neque humano auro indigere: neque sanctum esse illius possessionem admixtione mortalis auri inquinare: nempe ex vulgi pecuniis multa impia provenerunt: quod vero inest illis au-

τὸ παρ' ἐκείνοις δὲ ἀκήρατον· ἀλλὰ μόνοις αὐτοῖς τῶν ἐν τῇ πόλει μεταχειρίζεσθαι καὶ ἅπτεσθαι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου οὐ θέμις, οὐδ' ὑπὸ τὸν αὐτὸν ὄροφον ἰέναι οὐδὲ περιάψασθαι οὐδὲ πίνειν ἐξ ἀργύρου ἢ χρυσοῦ. καὶ οὕτω μὲν σώζοιντό τ' ἂν καὶ σώζοιεν τὴν πόλιν· ὁπότε δ' αὐτοὶ γῆν τε ἰδίαν καὶ οἰκίας καὶ νομίσματα κτήσονται, οἰκονόμοι μὲν καὶ γεωργοὶ ἀντὶ φυλάκων ἔσονται, δεσπόται δ' ἐχθροὶ ἀντὶ ξυμμάχων τῶν ἄλλων πολιτῶν γενήσονται, μισοῦντες δὲ δὴ καὶ μισούμενοι καὶ ἐπιβουλεύοντες καὶ ἐπιβουλευόμενοι διάξουσι πάντα τὸν βίον, πολὺ πλείω καὶ μᾶλλον δεδιότες τοὺς ἔνδον ἢ τοὺς ἔξωθεν πολεμίους, θέοντες ἤδη τότε ἐγγύτατα ὀλέθρου αὐτοί τε καὶ ἡ ἄλλη πόλις. τούτων οὖν πάντων ἕνεκα, ἦν δ' ἐγώ, φῶμεν οὕτω δεῖν κατεσκευάσθαι τοὺς φύλακας οἰκήσεώς τε πέρι καὶ τῶν ἄλλων, καὶ ταῦτα νομοθετήσωμεν, ἢ μή; Πάνυ γε, ἦ δ' ὃς ὁ Γλαύκων.

rum, prorsus immaculatum. profecto solis ipsis ex omnibus, qui sunt in civitate, tangere aurum aut argentum aut sub tecto suo recipere aut circumferre, vel ex ea materie bibere, nefas. hoc ergo pacto et sibi et civitati salutem parerent. si quando vero domum sibi aut agrum aut pecuniam privatim possederint, administratores familiae et agricolae pro custodibus erunt, et vice eorum, qui civibus auxilio sint, domini eorum infensi efficientur: et ipsi odio habiti odioque alios habentes, et insidias parantes pariterque patientes, vitam universam degent. ubi multo magis cives quam externos hostes timebunt: accedentque iam tunc proxime ad perniciem tam ipsi quam reliqua civitas. Horum igitur omnium causa dicamus custodes ipsos circa domum et reliqua omnia ita instructos esse debere, haecque lata sit lex. an non? *Glau.* Sic esto.

Δ.

Καὶ ὁ Ἀδείμαντος ὑπολαβὼν Τί οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἀπολογήσει, ἐάν τίς σε φῇ μὴ πάνυ τι εὐδαίμονας ποιεῖν τούτους τοὺς ἄνδρας, καὶ ταῦτα δι' ἑαυτούς, ὧν ἔξι μὲν ἡ πόλις τῇ ἀληθείᾳ, οἱ δὲ μηδὲν ἀπολαύουσιν ἀγαθὸν τῆς πόλεως, οἷον οἱ ἄλλοι ἀγρούς τε κεκτημένοι καὶ οἰκίας οἰκοδομούμενοι καλὰς καὶ μεγάλας, καὶ ταύταις πρέπουσαν κατασκευὴν κτώμενοι, καὶ θυσίας θεοῖς ἰδίας θύοντες, καὶ ξενοδοκοῦντες, καὶ δὴ καὶ ἃ νῦν δὴ σὺ ἔλεγες, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον κεκτημένοι καὶ πάντα ὅσα νομίζεται τοῖς μέλλουσι μακαρίοις εἶναι· ἀλλ' ἀτεχνῶς, φαίη ἄν, ὥς περ ἐπίκουροι μισθωτοὶ ἐν τῇ πόλει φαίνονται καθῆσθαι 420

Adi. Quid respondebis, Socrates, si quis dicat te non multum hos viros beatos efficere, cum tamen ipsi sint, quorum revera est civitas, nihil autem ex bonis civitatis accipiant, quemadmodum alii, qui et agros et magnificas domos supellectilemque huiusmodi domibus convenientem possident, sacraque Diis privata faciunt, hospites excipiunt, quae tu nunc dicebas, aurum et argentum adepti, et quaecunque ad felicitatem conferre putantur: isti vero tanquam auxiliarii quidam mercede conducti in urbe sedent, nihil

οὐδὲν ἄλλο ἢ φρουροῦντες. *Ναί*, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ταὐτά γε ἐπισίτιοι καὶ οὐδὲ μισθὸν πρὸς τοῖς σιτίοις λαμβάνοντες ὥς περ οἱ ἄλλοι, ὥστε οὐδ' ἂν ἀποδημῆσαι βούλωνται ἰδίᾳ, ἐξέσται αὐτοῖς, οὐδὲ ἑταίραις διδόναι, οὐδ' ἀναλίσκειν ἄν ποι βούλωνται ἄλλοσε, οἷα δὴ οἱ εὐδαίμονες δοκοῦντες εἶναι ἀναλίσκουσι, ταῦτα καὶ ἄλλα τοιαῦτα συχνὰ τῆς κατηγορίας ἀπολείπεις. *Ἀλλ'*, ἦ δ' ὅς, ἔσω καὶ ταῦτα κατηγορημένα. *Τί* οὖν δὴ ἀπολογησόμεθα, φῄς; *Ναί*. *Τὸν* αὐτὸν οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, πορευόμενοι εὑρήσομεν, ὡς ἐγῷμαι, ἃ λεκτέα. 1
ἐροῦμεν γὰρ ὅτι θαυμαζὸν μὲν ἂν οὐδὲν εἴη, εἰ καὶ οὗτοι οὕτως εὐδαιμονέστατοί εἰσιν, οὐ μὴν πρὸς τοῦτο βλέποντες τὴν πόλιν οἰκίζομεν, ὅπως ἔν τι ἡμῖν ἔθνος ἔσαι διαφερόντως εὔδαιμον, ἀλλ' ὅπως ὅτι μάλιστα ὅλη ἡ πόλις· ὡήθημεν γὰρ ἐν τῇ τοιαύτῃ μάλιστα ἂν εὑρεῖν δικαιοσύνην καὶ αὖ ἐν τῇ κάκιστα οἰκουμένῃ ἀδικίαν, κατιδόντες δὲ κρῖναι ἂν ὃ πάλαι ζητοῦμεν. νῦν μὲν οὖν, ὡς οἰόμεθα, τὴν εὐδαίμονα πλάττομεν· οὐκ ἀποβαλόντες, ὀλίγους ἐν αὐτῇ τοιούτους τινὰς θέντες, ἀλλ' ὅλην· αὐτίκα δὲ τὴν ἐναντίαν σκεψόμεθα. ὡς περ 2
οὖν ἂν εἰ ἡμᾶς ἀνδριάντας γράφοντας προσελθών τις

agentes aliud quam custodiam? *So.* Certe, et qui victum solum modo recipiant, neque mercedem ultra victum, ut alii solent, quocirca neque si proficisci privatim alio velint, licebit ipsis, neque quicquam scortis largiri, aut ad quaevis alia pecunias erogare, eorum more qui beati putantur. haec utique et alia multa huiusmodi in reprehensione praetermittebas. *Adi.* Atqui sint et ista in accusatione comprehensa. *So.* Quaeris igitur, qua ratione defendamus superiora? *Adi.* Nempe istud quaero. *So.* Eandem viam ingredientes inveniemus, ut arbitror, quae sint dicenda, dicemus porro nihil mirum fore, si ita isti felicissimi sint. non tamen ad haec respicientes constituimus civitatem, ut una aliqua nobis gens sit praecipue felix, sed ut quam maxime civitas universa. putavimus enim in huiusmodi civitate maxime invenire iustitiam, rursusque in ea, quae pessime instituta esset, iniustitiam: quibus inspectis facile nos, quod iamdiu quaerimus, iudicaturos existimavimus. Nunc sane, ut opinamur, beatam fingimus, non ut panci quidem in ea beati sint, sed ut civitas tota. deinceps autem contrariam contemplabimur, si quis cum figuram hominis pingere-

ἔψεγε, λέγων ὅτι οὐ τοῖς καλλίστοις τοῦ ζώου τὰ κάλλιστα φάρμακα προστίθεμεν — οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ κάλλιστον ὂν οὐκ ὀρθρείῳ ἐναληλιμμένοι εἶεν ἀλλὰ μέλανι —, μετρίως ἂν ἐδοκοῦμεν πρὸς αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι λέγοντες Ὦ θαυμάσιε, μὴ οἷον δεῖν ἡμᾶς οὕτω καλοὺς ὀφθαλμοὺς γράφειν, ὥστε μηδὲ ὀφθαλμοὺς φαίνεσθαι, μηδ' αὖ τἆλλα μέρη, ἀλλ' ἄθρει εἰ τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἀποδιδόντες τὸ ὅλον καλὸν ποιοῦμεν, καὶ δὴ καὶ νῦν μὴ ἀνάγκαζε ἡμᾶς τοιαύτην εὐδαιμονίαν τοῖς φύλαξι προσ-
10 άπτειν, ἣ ἐκείνους πᾶν μᾶλλον ἀπεργάσεται ἢ φύλακας. ἐπισάμεθα γὰρ καὶ τοὺς γεωργοὺς ξυσίδας ἀμφιέσαντες καὶ χρυσὸν περιθέντες πρὸς ἡδονὴν ἐργάζεσθαι κελεύειν τὴν γῆν, καὶ τοὺς κεραμέας κατακλίναντες ἐπὶ δεξιὰ πρὸς τὸ πῦρ διαπίνοντάς τε καὶ εὐωχουμένους, τὸν τροχὸν παραθεμένους, ὅσον ἂν ἐπιθυμῶσι κεραμεύειν, καὶ τοὺς ἄλλους πάντας τοιούτῳ τρόπῳ μακαρίους ποιεῖν, ἵνα δὴ ὅλη ἡ πόλις εὐδαιμονῇ. ἀλλ' ἡμᾶς μὴ οὕτω νουθέτει, ὡς, ἂν σοι πειθώμεθα, οὕτω ὁ γεωργὸς γεωργὸς ἔσαι οὔτε ὁ κεραμεὺς κερα- 42
20 μεὺς· οὔτε ἄλλος οὐδεὶς οὐδὲν ἔχων σχῆμα, ἐξ ὧν πόλις γίγνεται. ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἐλάττων λόγος· νευροῤῥάφοι γὰρ φαῦλοι γενόμενοι καὶ διαφθαρέντες καὶ

mus nos vituperaret, quod pulcherrimis animalis partibus non pulcherrimos apponeremus colores: oculi enim pulcherrimum membrum non purpura, sed nigro colore essent depicti: decenter utique respondere videremur, non oportere adeo nos pulchros oculos pingere, ut non videantur oculi, ac cetera membra similiter: sed considerare eum debere, si singulis decorem suum attribuentes totum pulchrum reddimus. ergo neque nunc cogas nos, dicerемus, ea custodes felicitate afficere, quae illos quidvis aliud potius quam custodes efficiat. sciremus enim agricolas pretiosissimo corporis cultu auroque ornatos ad voluptatem colere terram iubere: et figulos, a dextra discumbentes atque ad focum convivium celebrantes, missa rota, quantum figulinam cupiant exercere: et alios omnes hoc modo beatos facere, ut universa civitas felix sit. sed ne nos ita moneas. porro, si tibi parebimus, neque agricola agricola erit neque figulus figulus; neque ullus alius formam habebit eorum, ex quibus fit civitas. Sed aliorum quidem ratio levior. sutores enim facti deteriores depravatique, et simulantes

προσποιησάμενοι εἶναι μὴ ὄντες πόλει οὐδὲν δεινόν· φύλακες δὲ νόμων τε καὶ πόλεως μὴ ὄντες ἀλλὰ δοκοῦντες ὁρᾷς δὴ ὅτι πᾶσαν ἄρδην πόλιν ἀπολλύασι, καὶ αὖ τοῦ εὖ οἰκεῖν καὶ εὐδαιμονεῖν μόνοι τὸν καιρὸν ἔχουσιν. εἰ μὲν οὖν ἡμεῖς μὲν φύλακας ὡς ἀληθῶς ποιοῦμεν ἥκιστα κακούργους τῆς πόλεως, ὁ δ' ἐκεῖνο λέγων γεωργούς τινας καὶ ὥς περ ἐν πανηγύρει ἀλλ' οὐκ ἐν πόλει ἑστιάτορας εὐδαίμονας, ἄλλο ἄν τι ἢ πόλιν λέγοι. σκεπτέον οὖν πότερον πρὸς τοῦτο βλέποντες τοὺς φύλακας καθιστῶμεν, ὅπως ὅτι πλείστη αὐτοῖς εὐδαιμονία ἐγγενήσεται, ἢ τοῦτο μὲν εἰς τὴν πόλιν ἄλλην βλέποντας θεατέον εἰ ἐκείνῃ ἐγγίγνεται, τοὺς δ' ἐπικούρους τούτους καὶ τοὺς φύλακας ἐκεῖνο ἀναγκαστέον ποιεῖν καὶ πειστέον ὅπως ὅτι ἄριστοι δημιουργοὶ τοῦ ἑαυτῶν ἔργου ἔσονται, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὡσαύτως, καὶ οὕτω ξυμπάσης τῆς πόλεως αὐξανομένης καὶ καλῶς οἰκιζομένης ἐατέον ὅπως ἑκάστοις τοῖς ἔθνεσιν ἡ φύσις ἀποδίδωσι τοῦ μεταλαμβάνειν εὐδαιμονίας. Ἀλλ', ἦ δ' ὅς, καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ τούτου ἀδελφὸν δόξω σοι μετρίως λέγειν; Τί μάλιστα; Τοὺς ἄλλους αὖ δημιουργοὺς σκόπει εἰ τάδε διαφθείρει, ὥστε καὶ κακοὺς γίγνεσθαι. Τὰ

id esse quod non sunt, civitati nihil inferunt grave. custodes autem legum et civitatis si non sint, sed appareant: videsne, ut omnem civitatem simul perdant, rursusque custodes ipsi bene eam constituendi beatamque reddendi soli opportunitatem habent? Quamobrem si veros civitatis custodes quaerimus, minime eos eligere debemus, qui noceant civitati. qui vero illud dicit, et agricolas non tanquam in civitate, sed tanquam in festiva quadam celebritate discumbentes feces facit, aliquid certe aliud quam bonum considerat civitatis. videndum igitur, utrum ad hoc respicientes custodes constituamus, ut quam maxima felicitate abundent; an potius totius civitatis rationem habeamus, ut tota sit felix; auxiliarios autem istos atque custodes cogere et persuadere deceat illa facere, ex quibus quam optimi sui operis sint artifices, ceterosque omnes similiter: atque ita universa aucta civitate recteque instituta, sinendum ut singuli, quatenus cuiusque natura capax est, beatitudinis sint participes. *Adi.* Probe mihi loqui videris. *So.* An et quod huic est proximum, videbor tibi decenter dicere? *Adi.* Quid maxime? *So.* Contemplare, nunquid ista ceteros quoque artifices ita cor-

ποῖα δὴ ταῦτα; Πλοῦτος, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πενία. Πῶς δή; Ἴσθι. πλουτήσας χυτρεὺς δοκεῖ σοι ἔτι θελήσειν ἐπιμελεῖσθαι τῆς τέχνης; Οὐδαμῶς, ἔφη. Ἀργὸς δὲ καὶ ἀμελὴς γενήσεται μᾶλλον αὐτὸς αὐτοῦ; Πολύ γε. Οὐκοῦν κακίων χυτρεὺς γίγνεται; Καὶ τοῦτο, ἔφη, πολύ. Καὶ μὴν καὶ ὄργανά γε μὴ ἔχων παρέξεσθαι ὑπὸ πενίας ἤ τι ἄλλο τῶν εἰς τὴν τέχνην, τά τε ἔργα πονηρότερα ἐργάσεται καὶ τοὺς υἱεῖς ἢ ἄλλους οὓς ἂν διδάσκῃ χείρους δημιουργοὺς διδάξεται. Πῶς δ' οὔ; Ἐκ δὴ ἀμφοτέρων δή, πενίας τε καὶ πλούτου, χείρω μὲν τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα, χείρους δὲ αὐτοί. Φαίνεται. Ἕτερα δή, ὡς ἔοικε, τοῖς φύλαξιν εὑρήκαμεν, ἃ παντὶ τρόπῳ φυλακτέον ὅπως μή ποτε αὐτοὺς λήσει εἰς τὴν πόλιν παραδύντα. Ποῖα ταῦτα; Πλοῦτος, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πενία, ὡς τοῦ μὲν τρυφήν τε καὶ ἀργίαν καὶ νεωτερισμὸν ἐμποιοῦντος, τοῦ δὲ ἀνελευθερίαν καὶ κακοεργίαν πρὸς τῷ νεωτερισμῷ. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. τόδε μέντοι, ὦ Σώκρατες, σκόπει· πῶς ἡμῖν ἡ πόλις οἵα τ' ἔσται πολεμεῖν, ἐπειδὰν χρήματα μὴ κεκτημένη ᾖ, ἄλλως τε κἂν πρὸς μεγάλην τε καὶ πλουσίαν ἀναγκασθῇ πολεμεῖν; Δῆλον, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι πρὸς μὲν μίαν

rumpant, ut pravi sint. *Adi.* Quaenam ista? *So.* Divitiae videlicet et paupertas. *Adi.* Qua ratione? *So.* Ita. figulus dives factus videturne tibi ulterius curam suae artis habere? *Adi.* Minime. *So.* Pigrior certe negligentiorque reddetur. *Adi.* Valde. *So.* Quare et deterior figulus. *Adi.* Et istud. *So.* Rursus autem si propter inopiam instrumentis et reliquis, quibus indiget ars, careat, et opera ipsa deteriora faciet, et filios ac ceteros, quoscunque docebit, deteriores artifices reddet. *Adi.* Quidni? *So.* Ex utrisque igitur, tam opulentia quam paupertate, et prava artificum opera et pravi artifices ipsi fiunt. *Adi.* Sic apparet. *So.* Alia ergo quaedam invenimus nostris custodibus observanda, ne ipsis insciis in civitatem irrepant. *Adi.* Quaenam ista? *So.* Opulentiam inquam et inopiam, illa siquidem delicias, desidiam, seditiones, rerum novarum studium parit: haec autem cum rerum innovatione illiberalitatem et maleficia gignit. *Adi.* Sic est prorsus. verumtamen, o Socrates, animadverte, quaeso, quo pacto nostra haec civitas, cum pecuniis careat, bellum gerere poterit, praesertim si quando adversus amplam opulentamque civitatem arma cogetur capessere. *So.* Constat utique, quod adversus unam difficile, sed

χαλεπώτερον, πρὸς δὲ δύο τοιαύτας ῥᾷον. Πῶς εἶπες; ἦ δ' ὅς. Πρῶτον μέν που, εἶπον, ἐὰν δέῃ μάχεσθαι, ἆρ' οὐ πλουσίοις ἀνδράσι μαχοῦνται αὐτοὶ ὄντες πολέμου ἀθληταί; Ναὶ τοῦτό γε, ἔφη. Τί οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Ἀδείμαντε; εἰς πύκτης ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἐπὶ τοῦτο παρεσκευασμένος δυοῖν μὴ πύκταιν, πλουσίοιν δὲ καὶ πιόνοιν οὐκ ἂν δοκεῖ σοι ῥᾳδίως μάχεσθαι; Οὐκ ἂν ἴσως, ἔφη, ἅμα γε. Οὐδ' εἰ ἐξείη, ἦν δ' ἐγώ, ὑποφεύγοντι τὸν πρότερον ἀεὶ προσφερόμενον ἀναῤῥέφοντα κρούειν, καὶ τοῦτο ποιοῖ πολλάκις ἐν ἡλίῳ τε καὶ πνίγει; ἆρά γε οὐ καὶ πλείους χειρώσαιτ' ἂν τοιούτους ὁ τοιοῦτος; Ἀμέλει, ἔφη, οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστόν. Ἀλλ' οὐκ οἴει πυκτικῆς πλέον μετέχειν τοὺς πλουσίους ἐπιῤῥήμη τε καὶ ἐμπειρίᾳ ἢ πολεμικῆς; Ἔγωγ', ἔφη, Ῥᾳδίως ἄρα ἡμῖν οἱ ἀθληταὶ ἐκ τῶν εἰκότων διπλασίοις τε καὶ τριπλασίοις αὐτῶν μαχοῦνται. Συγχωρήσομαί σοι, ἔφη· δοκεῖς γάρ μοι ὀρθῶς λέγειν. Τί δ', ἂν πρεσβείαν πέμψαντες εἰς τὴν ἑτέραν πόλιν τἀληθῆ εἴπωσιν, ὅτι Ἡμεῖς μὲν οὐδὲν χρυσίῳ οὐδ' ἀργυρίῳ χρώμεθα, οὐδ' ἡμῖν θέμις, ὑμῖν δὲ ξυμπολεμήσαντες οὖν μεθ' ἡμῶν ἔχετε τὰ τῶν ἑτέρων· οἷσι τε-

adversus duas tales certe facilius. *Adi.* Quomodo istud ais? *So.* Quod aequum est utique, dico. Principio, si committenda pugna est, nonne hi bellicis rebus exercitati adversus divites pugnabunt? *Adi.* Fateor equidem istud. *So.* Quid vero, Adimante? unus pugil optime ad hoc instructus nonne contra duos huius facultatis ignaros, divites insuper ac pingues, videtur tibi facile pugnaturus? *Adi.* Haud forte simul. *So.* An forte neque etiam si licuerit subterfugiendo eius, qui primus invadit, ictus evitare, deinde subita conversione eum caedere? quin si saepius sub sole et aestu id egerit, plures huiusmodi homines vir talis subiget. *Adi.* Nempe nihil mirum. *So.* An non putas divites pugilis facultatis scientia et peritia participes esse magis quam bellicae? *Adi.* Equidem. *So.* Facile itaque athletae nostri, ut consentaneum est, cum duplis triplisque ipsorum certabunt. *Adi.* Id quoque admittam. nam probe loqui videris. *So.* Quid si missa in civitatem aliam legatione vera dixerint, quod nos quidem auro et argento non utimur: neque nobis fas est: vos ergo bellum nobiscum gerentes, quae alii possident, habetote, censes vero

γὰς ἀκούσαντας ταῦτα αἱρήσεσθαι κυσὶ πολεμεῖν θηρεοῖς τε καὶ ἰσχνοῖς μᾶλλον ἢ μετὰ κυνῶν προβάτοις πίοσί τε καὶ ἁπαλοῖς; Οὔ μοι δοκεῖ. ἀλλ' ἐὰν εἰς μίαν, ἔφη, πόλιν συναθροισθῇ τὰ τῶν ἄλλων χρήματα, ὅρα μὴ κίνδυνον φέρῃ τῇ μὴ πλουτούσῃ. Εὐδαίμων εἶ, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι οἴει ἄξιον εἶναι ἄλλην τινὰ προσειπεῖν πόλιν ἢ τὴν τοιαύτην οἵαν ἡμεῖς κατεσκευάζομεν. Ἀλλὰ τί μήν; ἔφη. Μειζόνως, ἦν δ' ἐγώ, χρὴ προσαγορεύειν τὰς ἄλλας· ἑκάστη γὰρ αὐτῶν πόλεις εἰσὶ πάμπολλοι, ἀλλ' οὐ πόλις, τὸ τῶν παιζόντων. δύο μὲν γάρ, κἂν ὁτιοῦν ᾖ, πολεμία ἀλλήλαιν, ἡ μὲν πενήτων, ἡ δὲ πλουσίων· τούτων δ' ἐν ἑκατέρᾳ πάνυ πολλαί, αἷς ἐὰν μὲν ὡς μιᾷ προσφέρῃ, παντὸς ἂν ἁμάρτοις, ἐὰν δὲ ὡς πολλαῖς, διδοὺς τὰ τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις, χρήματά τε καὶ δυνάμεις ἢ καὶ αὐτούς, ξυμμάχοις μὲν ἀεὶ πολλοῖς χρήσει, πολεμίοις δ' ὀλίγοις. καὶ ἕως ἂν ἡ πόλις σοι οἰκῇ σωφρόνως ὡς ἄρτι ἐτάχθη, μεγίστῃ ἔσαι, οὐ τῷ εὐδοκιμεῖν λέγω, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς μεγίστη, καὶ ἐὰν μόνον ᾖ χιλίων τῶν προπολεμούντων· οὕτω γὰρ μεγάλην πόλιν μίαν οὐ ῥᾳδίως οὔτ' ἐν Ἕλλησιν οὔτε ἐν βαρβάροις εὑρήσεις, δοκούσας δὲ πολ-

aliquos, his auditis, electuros contra canes duros aptosque pugnare potius, quam cum canibus una contra pingues oves ac molles? *Adi.* Haudquaquam mihi videtur. Verum si in civitate una ceterorum pecuniae cumulentur, cave ne minus pecuniosae periculum inferat. *So.* Beatus es, quandoquidem putas decens esse aliam quandam appellare civitatem, quam talem, qualem ipsi constituimus. *Adi.* Quid prohibet? *So.* Ampliorem appellationem exigunt aliae. nam quaeque illarum civitates multae sunt, non civitas, ut more loquar ioçantium, unaquaeque sane duae est saltem, invicem dissidentes: una quidem pauperum, divitum altera. rursusque in utraque istarum permultae; quibus si ut uni intendas, penitus aberrabis: sin ut multis, tribuens ea, quae aliorum sunt, aliis, tam pecunias quam potentias, aut et ipsos praeterea, soçiis auxiliatoribusque semper multis uteris, hostibus autem paucis. Et quatenus civitas, ita ut nuper ordinata est, temperata exsistet, maxima erit, non ad opinionem inquam, sed revera maximam fore, etiamsi mille dumtaxat propugnatoribus constet. ita enim magnam civitatem unam haud facile vel inter Graecos vel inter barbaros quandoque reperies; quae tamen huiuscemodi civi-

λὰς καὶ πολλαπλασίας τῆς τηλικαύτης. ἢ ἄλλως οἴει Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, οὗτος ἂν εἴη καὶ κάλλιστος ὅρος τοῖς ἡμετέροις ἔχουσιν, ὅσην δεῖ τὸ μέγεθος τὴν πόλιν ποιεῖσθαι καὶ ἡλίκῃ οὔσῃ ὅσην χώραν ἀφορισαμένους τὴν ἄλλην χαίρειν ἐᾶν. Τίς, ἔφη, ὅρος; Οἶμαι μέν, ἦν δ' ἐγώ, τόνδε· μέχρι οὗ ἂν ἐθέλῃ αὐξομένη εἶναι μία, μέχρι τούτου αὔξειν, πέρα δὲ μή. Καὶ καλῶς γ', ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τοῦτο αὖ ἄλλο πρόσταγμα τοῖς φύλαξι προστάξομεν, φυλάττειν παντὶ τρόπῳ ὅπως μήτε σμικρὰ ἡ πόλις ἔσαι μήτε μεγάλη δοκοῦσα, ἀλλά τις ἱκανὴ καὶ μία. Καὶ φαῦλόν γ', ἔφη, ἴσως αὐτοῖς προστάξομεν. Καὶ τούτου γε, ἦν δ' ἐγώ, ἔτι φαυλότερον τόδε, οὗ καὶ ἐν τῷ πρόσθεν ἐπεμνήσθημεν λέγοντες ὡς δέοι, ἐάν τε τῶν φυλάκων τις φαῦλος ἔκγονος γένηται, εἰς τοὺς ἄλλους αὐτὸν ἀποπέμπεσθαι, ἐάν τ' ἐκ τῶν ἄλλων σπουδαῖος, εἰς τοὺς φύλακας. τοῦτο δ' ἐβούλετο δηλοῦν ὅτι καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας, πρὸς ὅ τις πέφυκε, πρὸς τοῦτο ἕνα πρὸς ἓν ἕκαστον ἔργον δεῖ κομίζειν, ὅπως ἂν ἓν τὸ αὑτοῦ ἐπιτηδεύων ἕκαστος μὴ πολλοὶ ἀλλ' εἷς γίγνηται, καὶ οὕτω δὴ ξύμπασα ἡ πόλις μία φύηται ἀλλὰ μὴ πολλαί. Ἔξι γάρ, ἔφη, τοῦτο ἐκείνου σμικρότερον. Οὔ

tate multo maiores videantur multis invenies. an aliter sentis? *Adi.* Non aliter per Iovem. *So.* An non hic igitur pulcherrimus erit nostris principibus augendae civitatis terminus, cui, cum tanta fuerit, tantam regionem tribuere decet, reliquam autem dimittere? *Adi.* Quisnam terminus? *So.* Arbitror equidem, quousque adaucta civitas una permaneat, eo usque augendam esse, non ultra. *Adi.* Praeclare. *So.* Hoc praeterea praeceptum custodibus servandum mandabimus, ut nec parva civitas nec magna videatur esse, sed una atque sufficiens. *Adi.* Atqui leve quid forsan illis praecipiemus. *So.* Et istud praeterea levius, cuius in superioribus mentionem fecimus, oportere dicentes, sive quis ex custodibus ignavus nascatur, ad alios mittere: sive ex aliis probus, ad custodes ipsos transferre. in quo plane ostendere volebamus, quod et aliorum civium unumquemque ad unum id opus dumtaxat, ad quod natura est aptus, ducere decet, ut quisque unum aliquid suum opus exercens non multi, sed unus exsistat: atque ita civitas tota una fiat, non multae. *Adi.* Est hoc etiam

τοι, ἦν δ' ἐγώ, ὦ γαθὲ Ἀδείμαντε, ὡς δόξειεν ἄν τις, ταῦτα πολλὰ καὶ μεγάλα αὐτοῖς προστάττομεν ἀλλὰ πάντα φαῦλα, ἐὰν τὸ λεγόμενον ἓν μέγα φυλάττωσι, μᾶλλον δὲ ἀντὶ μεγάλου ἱκανόν. Τί τοῦτο; ἔφη. Τὴν παιδείαν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τροφήν. ἐὰν γὰρ εὖ παιδευόμενοι μέτριοι ἄνδρες γίγνωνται, πάντα ταῦτα ῥᾳδίως δεήσουσι, καὶ ἄλλα γε ὅσα νῦν ἡμεῖς παραλείπομεν, τήν τε τῶν γυναικῶν κτῆσιν καὶ γάμων καὶ παιδοποιίας, ὅτι δεῖ ταῦτα κατὰ τὴν παροιμίαν πάντα ὅτι μάλιστα κοινὰ τὰ φίλων ποιεῖσθαι. Ὀρθότατα γάρ, ἔφη, γίγνοιτ' ἄν. Καὶ μήν, εἶπον, πολιτεία ἐάν περ ἅπαξ ὁρμήσῃ εὖ, ἔρχεται ὡς περ κύκλος αὐξανομένη. τροφὴ γὰρ καὶ παίδευσις χρηστὴ σωζομένη φύσεις ἀγαθὰς ἐμποιεῖ, καὶ αὖ φύσεις χρηταὶ τοιαύτης παιδείας ἀντιλαμβανόμεναι ἔτι βελτίους τῶν προτέρων φύονται, εἴς τε τἆλλα καὶ εἰς τὸ γεννᾶν, ὥς περ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις. Εἰκός γ', ἔφη. Ὡς τοίνυν διὰ βραχέων εἰπεῖν, τούτου ἀνθεκτέον τοῖς ἐπιμεληταῖς τῆς πόλεως, ὅπως ἂν αὐτοὺς μὴ λάθῃ διαφθαρὲν ἀλλὰ παρὰ πάντα αὐτὸ φυλάττωσι, τὸ μὴ νεωτερίζειν περὶ γυμναστικὴν

illo minus. *So.* Haudquaquam, o bone vir Adimante, haec multa ac magna, ut existimaret aliquis, illis praecipimus: sed levia omnia exiguaque si unum, ut dici solet, magnum servent: immo vero pro magno sufficiens. *Adi.* Quid istud? *So.* Educationem, inquam, et eruditionem. nam si bene educati viri moderati evaserint, facile omnia ista discernent, tum alia, quotcunquenos in praesentia praetermittimus, tum mulierum virorumque coniunctiones et procreationes filiorum: quod videlicet oporteat amicorum omnia haec, secundum proverbium, quam maxime esse communia. *Adi.* Rectissime profecto ita fieret. *So.* Etenim res publica, si semel coeperit bene, progreditur tanquam circulus semper proficiens. quippe educatio eruditioque bona servata, ingenia quoque bona efficit; rursusque bona ingenia, educationem huiusmodi consecuta, meliora etiam quam prius evadunt tum ad alia tum ad filios generandos, quemadmodum in ceteris animalibus. *Adi.* Consentaneum id quidem. *So.* Denique, ut summatim dicam, hoc diligenter est a civitatis tutoribus observandum, ne clam illis ignorantibus corrumpatur. immo istud in primis curent, ne quid praeter ordinem a nobis datum circa gymnasticam et musicam

τε καὶ μουσικὴν παρὰ τὴν τάξιν, ἀλλ' ὡς οἷόν τε μάλιστα φυλάττειν, φοβουμένους ὅταν τις λέγῃ ὡς τὴν

ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπιφρονέουσ' ἄνθρωποι,
ἤ τις ἀειδόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται,

μὴ πολλάκις τὸν ποιητήν τις οἴηται λέγειν οὐκ ἄσματα νέα ἀλλὰ τρόπον ᾠδῆς νέον, καὶ τοῦτο ἐπαινῇ. δεῖ δ' οὔτ' ἐπαινεῖν τὸ τοιοῦτον οὔτε ὑπολαμβάνειν. εἶδος γὰρ καινὸν μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον ὡς ἐν ὅλῳ κινδυνεύοντα· οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων, ὡς φησί 1
τε Δάμων καὶ ἐγὼ πείθομαι. Καὶ ἐμὲ τοίνυν, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος, θὲς τῶν πεπεισμένων. Τὸ δὴ φυλακτήριον, ἦν δ' ἐγώ, ὡς ἔοικεν, ἐνταῦθά που οἰκοδομητέον τοῖς φύλαξιν, ἐν μουσικῇ. Ἡ γοῦν παρανομία, ἔφη, αὕτη ῥᾳδίως λανθάνει παραδυομένη. Ναί, ἔφην, ὡς ἐν παιδιᾶς γε μέρει καὶ ὡς κακὸν οὐδὲν ἐργαζομένη. Οὐδὲ γὰρ ἐργάζεται, ἔφη, ἄλλο γε ἢ κατὰ σμικρὸν εἰς- οικισαμένη ἠρέμα ὑποῤῥεῖ πρὸς τὰ ἤθη τε καὶ τὰ ἐπιτη- δεύματα, ἐκ δὲ τούτων εἰς τὰ πρὸς ἀλλήλους ξυμβό- λαια μείζων ἐκβαίνει, ἐκ δὲ δὴ τῶν ξυμβολαίων ἔρχεται ἤδη 2
τοὺς νόμους καὶ πολιτείας σὺν πολλῇ, ὦ Σώκρατες, ἀσελ- γείᾳ, ἕως ἂν τελευτῶσα πάντα ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἀνατρέψῃ.

cam innovetur, sed illum, quam maxime fieri potest, quisque sequatur. et cum dixerit aliquis poëticum illud, Homines videlicet novis cantibus admodum delectari, metuere debent isti custodes, ne saepenumero poëtam quis putet non cantilenas novas sed modos canendi novos dicere, eosque laudet. oportet autem neque laudare quicquam tale neque suscipere. cavendum sane speciem musicae novam inducere, tanquam in toto naufragium. nusquam enim musicae modi mutantur absque maximarum legum civilium mutatione, ut ait Damon, cui et ipse assentior. *Adi.* Me quoque scito, o Socrates, assentiri. *So.* Arcem igitur quandam custodiae gratia hic ipsi custodes circa musicam struere debent. *Adi.* Nempe eiusmodi praevaricatio clam ac facile surrepit. *So.* Certe ioci cuiusdam instar, atque ita ut nihil laedere videatur. *Adi.* Atqui paulatim nobis familiaris effecta, sensim in mores serpit et studia: ex his deinde ad commercia emergit amplior: demum a commerciis in leges respublicasque erumpit, magna, o Socrates, cum petulantia atque lascivia, quousque tandem privatim ac publice

Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ· οὕτω τοῦτ' ἔχει; Δοκεῖ μοι, ἔφη. Οὐκοῦν ὃ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγομεν, τοῖς ἡμετέροις παισὶν ἐννομωτέρου εὐθὺς παιδιᾶς μεθεκτέον, ὡς παρανόμου γιγνομένης αὐτῆς καὶ παίδων τοιούτων ἐννόμους τε καὶ σπουδαίους ἐξ αὐτῶν ἄνδρας αὐξάνεσθαι ἀδύνατον ὄν; 425

Πῶς δ' οὐχί; ἔφη. Ὅταν δὴ ἄρα καλῶς ἀρξάμενοι παιδες παίζειν εὐνομίαν διὰ τῆς μουσικῆς εἰσδέξωνται, πόλιν τοὐναντίον ἢ ἐκείνοις εἰς πάντα ξυνέπεταί τε καὶ αὔξει, ἐπανορθοῦσα εἴ τι καὶ πρότερον τῆς πόλεως ἔκειτο.

Ἀληθῆ μέντοι, ἔφη. Καὶ τὰ σμικρὰ ἄρα, εἶπον, δοκοῦντα εἶναι νόμιμα ἐξευρίσκουσιν οὗτοι, ἃ οἱ πρότερον ἀπώλλυσαν πάντα. Ποῖα; Τὰ τοιάδε· σιγάς τε τῶν νεωτέρων παρὰ πρεσβυτέροις, ὡς πρέπει, καὶ κατακλίσεις καὶ ὑπαναστάσεις καὶ γονέων θεραπείας, καὶ κουρᾶς γε καὶ ἀμπεχόνας καὶ ὑποδέσεις καὶ ὅλον τὸν τοῦ σώματος σχηματισμὸν καὶ τἆλλα ὅσα τοιαῦτα. ἢ οὐκ οἴει;

Ἔγωγε. Νομοθετεῖν δ' αὐτὰ οἶμαι εὔηθες· οὔτε γάρ που γίγνεται οὔτ' ἂν μείνειε λόγῳ τε καὶ γράμμασι νομοθετηθέντα. Πῶς γάρ; Κινδυνεύει γοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Ἀδείμαντε, ἐκ τῆς παιδείας ὅποι ἄν τις ὁρμήσῃ,

omnia pervertat. *So.* An hoc ita se habet? *Adi.* Ita mihi videtur. *So.* Ergo, ut a principio diximus, statim a primis annis pueri honestis in iocis assuefaciendi sunt: nam si iocis minus decentibus assuescant, nunquam legitimi probique viri evadere poterunt. *Adi.* Quidni? *So.* Quando itaque bene incipientes pueri iocari ac ludere, legitimum per musicam morem imbibunt, in contraria his omnino ac superioribus musica tendit atque prosequitur corrigere, si quid antea in civitate iacebat. *Adi.* Vera loqueris. *So.* Quae igitur exigua videntur esse civitatis instituta, ut dixi, hi reperient: quae superiores omnia perturbabant. *Adi.* Qualia? *So.* Haec videlicet: Quemadmodum tacere debent coram senibus iuniores, cedere illis locum atque assurgere, parentes colere: quis tonsurae modus servandus cuique, quibus vestibus calceisve utendum, et omnino quis corporis ornatus conveniat, ac cetera generis eiusdem. an non putas? *Adi.* Equidem. *So.* Atqui legibus haec praescribere ineptum, ut arbitror, videretur: nam neque id usquam fit; neque constarent haec verbis litterisque mandata. *Adi.* Quomodo enim? *So.* Apparet itaque, o Adimante, quale cuiusque fuerit puerilis educationis initium, ta-

τοιαῦτα καὶ τὰ ἑπόμενα εἶναι. ἢ οὐκ ἀεὶ τὸ ὅμοιον ὅτῳ ὅμοιον παρακαλεῖ; Τί μήν; Καὶ τελευτῶν δή, οἶμαι, φαῖμεν ἂν εἰς ἕν τι τέλεον καὶ νεανικὸν ἀποβαίνειν αὐτὸ ἢ ἀγαθὸν ἢ καὶ τοὐναντίον. Τί γὰρ οὔκ; ἦ δ' ὅς. Ἐγὼ μὲν τοίνυν, εἶπον, διὰ ταῦτα οὐκ ἂν ἔτι τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρήσαιμι νομοθετεῖν. Εἰκότως γ', ἔφη. Τί δέ, ὦ πρὸς θεῶν, ἔφην, τάδε τὰ ἀγοραῖα ξυμβολαίων τε πέρι κατ' ἀγορὰν ἕκαστα ἃ πρὸς ἀλλήλους ξυμβάλλουσιν, εἰ δὲ βούλει, καὶ χειροτεχνικῶν πέρι ξυμβολαίων καὶ λοιδοριῶν καὶ αἰκίας καὶ δικῶν λήξεως καὶ δικαστῶν καταξάσεως, καὶ εἴ που τελῶν τινὲς ἢ πράξεις ἢ θέσεις ἀναγκαῖοί εἰσιν ἢ κατ' ἀγορὰς ἢ λιμένας, ἢ καὶ τὸ παράπαν ἀγορανομικὰ ἅπαντα ἢ ἀστυνομικὰ ἢ ἑλλιμενικὰ ἢ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, τούτων τολμήσομέν τι νομοθετεῖν; Ἀλλ' οὐκ ἄξιον, ἔφη, ἀνδράσι καλοῖς κἀγαθοῖς ἐπιτάττειν· τὰ πολλὰ γὰρ αὐτῶν, ὅσα δεῖ νομοθετήσασθαι, ῥᾳδίως που εὑρήσουσιν. Ναί, ὦ φίλε, εἶπον, ἐάν γε θεὸς αὐτοῖς διδῷ σωτηρίαν τῶν νόμων ὧν ἔμπροσθεν διήλθομεν. Εἰ δὲ μή γε, ἦ δ' ὅς, πολλὰ τοιαῦτα τιθέμενοι ἀεὶ καὶ ἐπανορθούμενοι τὸν βίον διατελέσουσιν, οἰόμενοι ἐπιλήψεσθαι τοῦ βελτίστου. Λέγεις, ἔφην ἐγώ, βιώσεσθαι τοὺς τοιούτους ὡς περ

lia fore etiam quae sequuntur. An non simile semper simile provocat? *Adi.* Cur non? *So.* Ac tandem dicendum id est in unum aliquod summum et potens sive bonum seu malum desinere. *Adi.* Quid prohibet? *So.* Hac equidem ratione nunquam statuere legibus haec contenderem. *Adi.* Et merito quidem. *So.* Dic per Deos, nunquid negotia ipsa forensia mutuaque commercia et pacta in mechanicis artibus, iurgandi verberandique iura, citationes in iudicia, constitutiones iudicum, et si qua vel circa forum vel portus aut imponenda aut exigenda sunt vectigalia: vel omnino forensia quaeque iura vel urbana vel navalia, et reliqua id genus: an haec, inquam, vel horum quicquam legibus praesignare aggrediemur? *Adi.* Haudquaquam decet viris bonis praeclarisque praecipere. haec enim plurimum, qualia et quomodo statuenda sint, facile ipsi reperient. *So.* Nimirum, o amice, si Deus illis legum illarum, quas supra posuimus, salutem praestiterit. *Adi.* Sin minus, ita vitam ducent, ut multa eiusmodi legibus statuant, corrigantque semper et innovent, putantes ita se quod est optimum assequi. *So.* Dicis nempe istos perinde vi-

τοὺς κάμνοντάς τε καὶ οὐκ ἐθέλοντας ὑπὸ ἀκολασίας ἐκβῆναι πονηρᾶς διαίτης. Πάνυ μὲν οὖν. Καὶ μὴν οὗτοί γε χαριέντως διατελοῦσιν. ἰατρευόμενοι γὰρ οὐ- 426
δὲν περαίνουσι, πλήν γε ποικιλώτερα καὶ μείζω ποιοῦσι τὰ νοσήματα, καὶ ἀεὶ ἐλπίζοντες, ἐάν τις φάρμακον ξυμβουλεύσῃ, ὑπὸ τούτου ἔσεσθαι ὑγιεῖς. Πάνυ γάρ, ἔφη, τῶν οὕτω καμνόντων τὰ τοιαῦτα πάθη. Τί δέ; ἦν δ' ἐγώ· τόδε αὐτῶν οὐ χαρίεν, τὸ πάντων ἔχθιστον ἡγεῖσθαι τὸν τἀληθῆ λέγοντα, ὅτι πρὶν ἂν μεθύων καὶ ἐμπιπλάμενος καὶ ἀφροδισιάζων καὶ ἀργῶν παύσηται, οὔτε φάρμακα οὔτε καύσεις οὔτε τομαὶ οὐδ' αὖ ἐπῳδαὶ αὐτὸν οὐδὲ περίαπτα οὐδὲ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ὀνήσει; Οὐ πάνυ χαρίεν, ἔφη· τὸ γὰρ τῷ εὖ λέγοντι χαλεπαίνειν οὐκ ἔχει χάριν. Οὐκ ἐπαινέτης εἶ, ἔφην ἐγώ, ὡς ἔοικας, τῶν τοιούτων ἀνδρῶν. Οὐ μέντοι μὰ Δία. Οὐδ' ἂν ἡ πόλις ἆρα, ὅ περ ἄρτι ἐλέγομεν, ὅλη τοιοῦτον ποιῇ, οὐκ ἐπαινέσει. ἢ οὐ φαίνονταί σοι ταὐτὸν ἐργάζεσθαι τούτοις τῶν πόλεων ὅσαι κακῶς πολιτευόμεναι προαγορεύουσι τοῖς πολίταις τὴν μὲν κατάλυσιν τῆς πό- 20
λεως ὅλην μὴ κινεῖν, ὡς ἀποθανούμενον ὃς ἂν τοῦτο δρᾷ· ὃς δ' ἂν σφᾶς οὕτω πολιτευομένους ἥδιστα θερα-

curos ac illos, qui cum aegrotent, propter intemperantiam insalubrem victum mutare nolunt. *Adi.* Sic prorsus. *So.* Enimvero ridiculo quodam modo isti in morbis perseverare videntur, curationibusque suis nihil aliud assequuntur, quam quod plures vehementioresque morbos efficiunt: confiduntque semper, si quis pharmacis agi consulat, bene se valituros. *Adi.* Omnino tales sunt ita laborantium morbi. *So.* Quid vero? nonne hoc in illis gratiosum, quod omnium inimicissimum eum putent, qui vera monet, dicitque non prius pharmaca, ustiones, incisiones, incantationes, eave quae extrinsecus admoventur, aut eiusmodi aliqua, profuturа, quam desinat quis ebrietati, voragini, veneri, otio indulgere? *Adi.* Haud admodum gratiosum istud. nam indignari adversus eum, qui utilia consulit, gratiam habet nullam. *So.* Ergo viros huiusmodi, ut videris, nequaquam probas. *Adi.* Minime per Iovem. *So.* Neque etiam, si civitas tota id agat, quod modo dicebamus, laudabis. An non idem, quod isti, facere tibi civitates videntur, quaecunque male institutae civibus interdicunt, ne totum ipsum rei publicae statum moveant: alioquin capite damnentur quicunque res innovant? contra quisquis praesentem exhorpationem

πεύη καὶ χαρίζηται ὑποτρέχων καὶ προγιγνώσκων τὰς σφετέρας βουλήσεις καὶ ταύτας δεινὸς ᾖ ἀποπληροῦν, οὗτος ἆρα ἀγαθός τε ἔσαι ἀνὴρ καὶ σοφὸς τὰ μεγάλα καὶ τιμήσεται ὑπὸ σφῶν. Ταὐτὸν μὲν οὖν, ἔφη, ἔμοιγε δοκοῦσι δρᾶν, καὶ οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐπαινῶ. Τί δ' αὖ, τοὺς θέλοντας θεραπεύειν τὰς τοιαύτας πόλεις καὶ προθυμουμένους οὐκ ἄγασαι τῆς ἀνδρίας τε καὶ εὐχερείας; Ἔγωγε, ἔφη, πλήν γ' ὅσοι ἐξηπάτηνται ὑπ' αὐτῶν καὶ οἴονται τῇ ἀληθείᾳ πολιτικοὶ εἶναι, ὅτι ἐπαινοῦνται ὑπὸ τῶν πολλῶν. Πῶς λέγεις; οὐ συγγιγνώσκεις, ἦν δ' ἐγώ, τοῖς ἀνδράσιν; ἢ οἴει οἷόν τ' εἶναι ἀνδρὶ μὴ ἐπισταμένῳ μετρεῖν, ἑτέρων τοιούτων πολλῶν λεγόντων ὅτι τετράπηχύς ἐστιν, αὐτὸν ταῦτα μὴ ἡγεῖσθαι περὶ αὐτοῦ; Οὐκ ἄν, ἔφη, τοῦτό γε. Μὴ τοίνυν χαλέπαινε. καὶ γάρ πού εἰσι πάντων χαριέστατοι οἱ τοιοῦτοι νομοθετοῦντές τε οἷα ἄρτι διήλθομεν καὶ ἐπανορθοῦντες ἀεί, οἰόμενοί τε πέρας εὑρήσειν περὶ τὰ ἐν τοῖς ξυμβολαίοις κακουργήματα καὶ περὶ ἃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, ἀγνοοῦντες ὅτι τῷ ὄντι ὡς περ Ὕδραν τέμνουσιν. Καὶ μήν, ἔφη, οὐκ
427 ἄλλο τί γε ποιοῦσιν. Ἐγὼ μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ τοιοῦτον εἶδος νόμων πέρι καὶ πολιτείας οὔτ' ἐν κακῶς

approbat confirmatque, voluntatesque gubernantium aucupatus assentitur, suffragatur et explet, hic demum bonus vir, hic in rebus maximis sapiens, hic honore dignus existimetur. *Adi.* Idem prorsus facere mihi videntur: neque ullo pacto huiusmodi res publicas laudo. *So.* Quid autem? nonne eorum fortitudinem propensioremque affectum miraris, qui has civitates curare contendunt? *Adi.* Admiror equidem: his exceptis, qui ab ipsis falluntur, putantque revera civiles esse, quod vulgo laudentur. *So.* Quid ais? an non istis ignoscis? nunquid existimas eum, qui metiendi sit ignarus, si quando ceteri multi tales quadricubitum esse eum praedicent, effugere posse, quin et ipse de se idem existimet? *Adi.* Non istud quidem. *So.* Ne igitur aegre feras. sunt enim hi quidem omnium modo quodam ridiculo gratiosissimi, qui leges ferunt in his, quae diximus, emendantque semper, confidentes se finem aliquem reperturos circa ea, quae inique in commerciis committuntur, et circa illa, quae ego paulo ante dicebam: ignorantes quod revera tanquam hydrae capita amputant. *Adi.* Certe nihil aliud faciunt. *So.* Equidem speciem hanc institutionum circa leges ac respublicas arbitror verum conditorem le-

οὔτ' ἐν ᾗ πολιτευομένῃ πόλει ᾧμην ἂν δεῖν τὸν ἀληθινὸν νομοθέτην πραγματεύεσθαι, ἐν τῇ μὲν ὅτι ἀνωφελὴ καὶ πλέον οὐδέν, ἐν δὲ τῇ ὅτι τὰ μὲν αὐτῶν κἂν ὁστισοῦν εὕροι, τὰ δὲ ὅτι αὐτόματα ἕπεισιν ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἐπιτηδευμάτων.

Τί οὖν, ἔφη, ἔτι ἂν ἡμῖν λοιπὸν τῆς νομοθεσίας εἴη; Καὶ ἐγὼ εἶπον ὅτι Ἡμῖν μὲν οὐδέν, τῷ μέντοι Ἀπόλλωνι τῷ ἐν Δελφοῖς τά τε μέγιστα καὶ κάλλιστα καὶ πρῶτα τῶν νομοθετημάτων. Τὰ ποῖα; ἦ δ' ὅς. Ἱερῶν τε ἱδρύσεις καὶ θυσίαι καὶ ἄλλαι θεῶν τε καὶ δαιμόνων καὶ ἡρώων θεραπεῖαι, τελευτησάντων τε αὖ θῆψαι καὶ ὅσα τοῖς ἐκεῖ δεῖ ὑπηρετοῦντας ἵλεως αὐτοὺς ἔχειν. τὰ γὰρ δὴ τοιαῦτα οὔτ' ἐπιχαμέθα ἡμεῖς οἰκίζοντές τε πόλιν οὐδενὶ ἄλλῳ πεισόμεθα, ἐὰν νοῦν ἔχωμεν, οὐδὲ χρησόμεθα ἐξηγητῇ ἀλλ' ἢ τῷ πατρίῳ· οὗτος γὰρ δή που ὁ θεὸς περὶ τὰ τοιαῦτα πᾶσιν ἀνθρώποις πάτριος ἐξηγητὴς ἐν μέσῳ τῆς γῆς ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ καθήμενος ἐξηγεῖται. Καὶ καλῶς γ', ἔφη, λέγεις· καὶ ποιητέον οὕτως.

Ὡκισμένη μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἤδη ἂν σοι εἴη, ὦ παῖ Ἀρίστωνος, ἡ πόλις· τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο σκόπει ἐν αὐτῇ, φῶς ποθὲν πορισάμενος ἱκανόν, αὐτός τε

gum neque in male disposita neque in bene constituta civitate curiose tractare: in illa quidem, quoniam inutilia sunt huiusmodi instituta, neque movent quicquam; in hac autem, quia partim quisque reperiet, partim suapte natura ex superioribus studiis proficiscuntur. *Adi.* Quid praeterea restat nobis lege praecipiendum? *So.* Nobis quidem nihil: Apollini autem Delphico maxima, praeclarissima, prima instituta. *Adi.* Quaenam ista? *So.* Templorum constitutiones et sacrificia ceterique deorum et daemonum atque heroum cultus; sepulcra praeterea et funera defunctorum et quaecunque sunt ad eos placandos ministeria subeunda. talia profecto neque ipsi scimus, et in ordinanda civitate nulli credemus alteri, si sapiemus, nulloque alio utemur interprete, nisi patrio Deo. hic nempe Deus in rebus huiusmodi cunctis hominibus patrius interpres, in media terra super umbilicum sedens, exponit. *Adi.* Scite loqueris: atque ita agendum. *So.* Constituta iam tibi, o Aristonis fili, sit civitas. deinceps autem et ipse speculare per ipsam, sufficiens alicunde lumen porrigens, et fratrem advoca tuum et Pole-

καὶ τὸν ἀδελφὸν παρακάλει καὶ Πολέμαρχον καὶ τοὺς ἄλλους, ἐάν πως ἴδωμεν ποῦ ποτ' ἂν εἴη ἡ δικαιοσύνη καὶ ποῦ ἡ ἀδικία, καὶ τί ἀλλήλοιν διαφέρετον, καὶ πότερον δεῖ κεκτῆσθαι τὸν μέλλοντα εὐδαίμονα εἶναι, ἐάν τε λανθάνῃ ἐάν τε μὴ πάντας θεούς τε καὶ ἀνθρώπους. Οὐδὲν λέγεις, ἔφη ὁ Γλαύκων· σὺ γὰρ ὑπέσχου ζητήσειν, ὡς οὐχ ὅσιόν σοι ὂν μὴ οὐ βοηθεῖν δικαιοσύνῃ εἰς δύναμιν παντὶ τρόπῳ. Ἀληθῆ, ἔφην ἐγώ, ὑπομιμνήσκεις, καὶ ποιητέον μέν γε οὕτω, χρὴ δὲ καὶ ὑμᾶς ξυλλαμβάνειν. Ἀλλ', ἔφη, ποιήσομεν οὕτως. Ἐλπίζω τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, εὑρήσειν αὐτὸ ὧδε. οἶμαι ἡμῖν τὴν πόλιν, εἴ περ ὀρθῶς γε ᾠκισαι, τελέως ἀγαθὴν εἶναι. Ἀνάγκη, ἔφη. Δῆλον δὴ ὅτι σοφή τ' ἐστὶ καὶ ἀνδρεία καὶ σώφρων καὶ δικαία. Δῆλον. Οὐκοῦν ὅ τι ἂν αὐτῶν εὕρωμεν ἐν αὐτῇ, τὸ ὑπόλοιπον ἔσαι τὸ οὐχ εὑρημένον; Τί μήν; Ὡς περ τοίνυν ἄλλων τινῶν τεττάρων εἴ τι ἐζητοῦμεν αὐτῶν ἐν ὁτῳοῦν, ὁπότε πρῶτον ἐκεῖνο ἔγνωμεν, ἱκανῶς ἂν εἶχεν ἡμῖν, εἰ δὲ τὰ τρία πρότερον ἐγνωρίσαμεν, αὐτῷ ἂν τούτῳ ἐγνώρισο τὸ ζητούμενον· δῆλον γὰρ ὅτι οὐκ ἄλλο ἔτι ἦν ἢ τὸ ὑπολειφθέν. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν καὶ περὶ

marchum et alios insuper, ut experiamur, si quo pacto inspicere valeamus, ubinam iustitia sit, ubi et iniustitia sit: quove inter se discrepent, atque utrum horum consequi debeat is, qui beate victurus sit, sive lateat seu non lateat deos omnes et homines. *Glau.* Nihil dicis, o Socrates. tu enim investigare pollicitus es, quasi impium futurum sit, si non pro viribus iustitiae fueris suffragatus. *So.* Vera admones: et ita certe agendum. oportet tamen mihi et vos adesse. *Glau.* Agemus ita. *So.* Spero itaque hac ratione id invenire. nempe arbitror civitatem, si recte nobis fuerit constituta, absolute bonam exsistere. *Glau.* Necesse est. *So.* Constat utique, quod sapiens est, fortis et temperata et iusta. *Glau.* Constat. *So.* Quocunque horum in civitate comperto reliquum erit, quod nondum inventum. *Glau.* Cur non? *So.* Si ex aliis quibusdam quatuor unum aliquid in subiecto aliquo inquireremus, illudque primo pateret, satis nobis esset factum. quod si tria reliqua prius comperiremur, ex hoc ipso quaesitum cognosceremus: quia constaret nihil esse aliud, quam quod restaret. *Glau.* Probe loqueris. *So.* An non de istis etiam, quandoquidem quatuor sunt dun-

τούτων, ἐπειδὴ τέτταρα ὄντα τυγχάνει, ὡσαύτως ζητητέον; Δῆλα δή.

Καὶ μὲν δὴ πρῶτόν γέ μοι δοκεῖ ἐν αὐτῷ κατάδηλον εἶναι ἡ σοφία· καί τι ἄτοπον περὶ αὐτὴν φαίνεται. Τί; ἦ δ' ὅς. Σοφὴ μὲν τῷ ὄντι δοκεῖ μοι ἡ πόλις εἶναι ἣν διήλθομεν· εὔβουλος γάρ. οὐχί; Ναί. Καὶ μὴν τοῦτό γε αὐτό, ἡ εὐβουλία, δῆλον ὅτι ἐπιστήμη τίς ἐστιν· οὐ γάρ που ἀμαθίᾳ γε ἀλλ' ἐπιστήμῃ εὖ βουλεύονται. Δῆλον. Πολλαὶ δέ γε καὶ παντοδαπαὶ ἐπιστῆμαι ἐν τῇ πόλει εἰσίν. Πῶς γὰρ οὔ; Ἆρ' οὖν διὰ τὴν τῶν τεκτόνων ἐπιστήμην σοφὴ καὶ εὔβουλος ἡ πόλις προρρητέα; Οὐδαμῶς, ἔφη, διά γε ταύτην, ἀλλὰ τεκτονικήν. Οὐκ ἄρα διὰ τὴν ὑπὲρ τῶν ξυλίνων σκευῶν ἐπιστήμην βουλευομένη ὡς ἂν ἔχοι βέλτιστα, σοφὴ κλητέα πόλις. Οὔ μέντοι. Τί δέ; τὴν ὑπὲρ τῶν ἐκ τοῦ χαλκοῦ ἢ τινα ἄλλην τῶν τοιούτων; Οὐδ' ἡντινοῦν, ἔφη. Οὐδὲ τὴν ὑπὲρ τοῦ καρποῦ τῆς γενέσεως ἐκ τῆς γῆς, ἀλλὰ γεωργικήν. Δοκεῖ μοι. Τί δ'; ἣν δ' ἐγώ· ἔστι τις ἐπιστήμη ἐν τῇ ἄρτι ὑφ' ἡμῶν οἰκισθείσῃ παρά τισι τῶν πολιτῶν, ἢ οὐχ ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ πόλει τινὸς βουλεύεται, ἀλλ' ὑπὲρ

taxat, eodem modo quaerendum? *Glau.* Plane. *So.* Atqui ex his omnibus prima in civitate sapientia praefulgere videtur, aliquidue mirandum circa ipsam apparet. *Glau.* Quidnam? *So.* Sapiens mihi revera civitas, quam descripsimus, esse videtur: nam bene consulta est. nonne? *Glau.* Est profecto. *So.* Etenim haec ipsa in consiliis perspicacia scientia quaedam est. non enim inscitia, sed scientia potius homines bene consulunt. *Glau.* Perspicuum id quidem. *So.* Multae vero ac variae in civitate scientiae sunt. *Glau.* Sunt. *So.* Nunquid propter ipsam fabrorum scientiam sapiens et bene consulta civitas appellanda? *Glau.* Nullo modo propter istam, sed fabrilis. *So.* Non ergo sapiens appellanda est civitas ex eo, quod propter fabrilem scientiam de operibus ligno conficiendis, qua ratione peragantur, bene consultet. *Glau.* Non certe. *So.* An forte propter scientiam, quae aenea opera fingit, vel aliam talem? *Glau.* Certe propter nullam huiusmodi. *So.* Neque etiam propter scientiam consiliumque fructuum ex terra producendorum colligendorumque sapiens nominatur ac bene consulta, sed agricolaria. *Glau.* Sic opinor. *So.* Quid vero? estne aliqua scientia in civitate nuper a nobis condita, apud cives ullos, qua non de re aliqua in civitate privata deliberatur, sed de

αὐτῆς ὅλης, ὅν τινα τρόπον αὐτή τε πρὸς αὑτὴν καὶ πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις ἄριστα ὁμιλοίη; Ἔστι μέντοι. Τίς, ἔφην ἐγώ, καὶ ἐν τίσιν; Αὕτη, ἦ δ' ὅς, ἡ φυλακική, καὶ ἐν τούτοις τοῖς ἄρχουσιν οὓς νῦν δὴ τελέους φύλακας ὠνομάζομεν. Διὰ ταύτην οὖν τὴν ἐπιστήμην τί τὴν πόλιν προσαγορεύεις; Εὔβουλον, ἔφη, καὶ τῷ ὄντι σοφήν. Πότερον οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ἐν τῇ πόλει οἴει ἡμῖν χαλκέας πλείους ἐνέσεσθαι ἢ τοὺς ἀληθινοὺς φύλακας τούτους; Πολύ, ἔφη, χαλκέας. Οὐκοῦν, ἔφην, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι ἐπιστήμας ἔχοντες ὀνομάζονταί τινες εἶναι, πάντων τούτων οὗτοι ἂν εἷεν ὀλίγιστοι; Πολύ γε. Τῷ σμικροτάτῳ ἄρα ἔθνει καὶ μέρει ἑαυτῆς καὶ τῇ ἐν τούτῳ ἐπιστήμῃ, τῷ προεξῶτι καὶ ἄρχοντι, ὅλη σοφὴ ἂν εἴη κατὰ φύσιν οἰκισθεῖσα πόλις· καὶ τοῦτο, 429 ὡς ἔοικε, φύσει ὀλίγιστον γίγνεται γένος, ᾧ προσήκει ταύτης τῆς ἐπιστήμης μεταλαγχάνειν ἣν μόνην δεῖ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν σοφίαν καλεῖσθαι. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Τοῦτο μὲν δὴ ἓν τῶν τεττάρων οὐκ οἶδα ὅν τινα τρόπον εὑρήκαμεν, αὐτό τε καὶ ὅπου τῆς πόλεως ἵδρυται. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ, ἔφη, ἀποχρώντως εὑρῆσθαι. Ἀλλὰ μὴν ἀνδρία γε αὐτή τε καὶ ἐν ᾧ κεῖται τῆς

universa potius civitate, qua ratione et ipsa ad se ipsam et ad alias civitates optime sese gerat? *Glau.* Est nimirum. *So.* Quaenam haec. et in quibus? *Glau.* Ipsa scilicet custodiendi diligentia. et in his principibus, quos modo custodes perfectos appellabamus. *So.* Propter hanc ergo scientiam quo nomine civitatem nuncupas? *Glau.* In consultando perspicacem ac revera sapientem. *So.* Utrum plures in civitate fabros aerarios quam veros hosce custodes esse putas? an contra? *Glau.* Multo certe plures aerarios fabros. *So.* An non et reliquorum omnium, quotcunque scientias habent et aliqui quodammodo nominantur, isti paucissimi erunt? *Glau.* Paucissimi admodum. *So.* Ergo ex minima quadam gente suique parte, et ex scientia, quae in praesidente et principe parte inest, tota sapiens erit secundum naturam civitas instituta: atque id, ut videtur, natura paucissimum rarissimumve genus, cui convenit esse huius scientiae particeps, quam solam ex omnibus aliis decet sapientiam appellare. *Glau.* Verissima narras. *So.* Hoc itaque unum ex quatuor non vides qua ratione invenimus et ipsum et qua sit civitatis in parte locatum? *Glau.* Mihi quidem sufficienter videtur inventum. *So.* At vero neque inventu difficile est, quid fortitudo

πόλεως, δι' ὃ τοιαύτη κλητέα ἡ πόλις, οὐ πάνυ χαλεπὸν ἰδεῖν. Πῶς δή; Τίς ἄν, ἦν δ' ἐγώ, εἰς ἄλλο τι ἀποβλέψας ἢ δειλὴν ἢ ἀνδρείαν πόλιν εἴποι, ἀλλ' ἢ εἰς τοῦτο τὸ μέρος ὃ προπολεμεῖ τε καὶ στρατεύεται ὑπὲρ αὐτῆς; Οὐδ' ἂν εἷς, ἔφη, εἰς ἄλλο τι. Οὐ γάρ, οἶμαι, εἶπον, οἵ γε ἄλλοι ἐν αὐτῇ ἢ δειλοὶ ἢ ἀνδρεῖοι ὄντες κύριοι ἂν εἶεν ἢ τοίαν αὐτὴν εἶναι ἢ τοίαν. Οὐ γάρ. Καὶ ἀνδρεία ἄρα πόλις μέρει τινὶ ἑαυτῆς ἐστί, διὰ τὸ ἐν ἐκείνῳ ἔχειν δύναμιν τοιαύτην ἣ διὰ παντὸς σώσει τὴν περὶ τῶν δεινῶν δόξαν, ταὐτά τε αὐτὰ εἶναι καὶ τοιαῦτα, ἃ τε καὶ οἷα ὁ νομοθέτης παρήγγειλεν ἐν τῇ παιδείᾳ. ἢ οὐ τοῦτο ἀνδρίαν καλεῖς; Οὐ πάνυ, ἔφη, ἔμαθον ὃ εἶπες, ἀλλ' αὖθις εἰπέ. Σωτηρίαν ἔγωγ', εἶπον, λέγω τινὰ εἶναι τὴν ἀνδρίαν. Ποίαν δὴ σωτηρίαν; Τὴν τῆς δόξης τῆς ὑπὸ νόμου διὰ τῆς παιδείας γεγονυίας περὶ τῶν δεινῶν, ἃ τέ ἐστι καὶ οἷα. διὰ παντὸς δὲ ἔλεγον αὐτὴν σωτηρίαν τῷ ἔν τε λύπαις ὄντα διασώζεσθαι αὐτὴν καὶ ἐν ἡδοναῖς καὶ ἐν ἐπιθυμίαις καὶ ἐν φόβοις καὶ μὴ ἐκβάλλειν. ᾧ δέ μοι δοκεῖ ὅμοιον εἶναι, ἐθέλω ἀπεικάσαι, εἰ βούλει. Ἀλλὰ βούλομαι. Οὐκοῦν οἶσθα, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι οἱ βαφεῖς, ἐπειδὰν βουληθῶσι βά-

sit, quave civitatis in parte locetur, propter quam fortis civitas nuncupatur. *Glau.* Quonam pacto? *So.* Quisnam ad aliud quicquam respiciens civitatem vel timidam vel fortem nominat, quam ad eam partem, quae pro ipsa pugnat ac militat? *Glau.* Certe nullus ad aliud. *So.* Neque enim alii in ipsa vel timidi vel fortes exsistentes auctoritatem habent, qua eam vel timidam vel fortem reddant. *Glau.* Non certe. *So.* Fortis igitur ex parte sui aliqua civitas erit, ex eo quod in ea vim quandam habeat, quae ratam in omnibus servat opinionem, quod ea dumtaxat terribilia sint et talia, quae et qualia legislator in eruditione pronuntiavit. an non hanc fortitudinem vocas? *Glau.* Non satis, quod dixisti, percepi. dicas iterum. *So.* Conservationem quandam fortitudinem esse dico. *Glau.* Quam conservationem? *So.* Opinionis videlicet lege per educationem conceptae, qua iudicantur quae terribilia sint et qualia. In omnibus autem eam conservationem esse dixi: hoc est, ut rata semper et ubique servetur, sive quis doloribus afficiatur seu voluptatibus aut cupiditatibus aut timoribus, nec ullo pacto quis propter haec ab ea dimoveatur. Cui autem simile esse id arbitror, si vis, tibi aperiam. *Glau.* Cupio equidem. *So.* Nescis quod fallones, quotiens volunt lanas purpureo colore inficere, pri-

ψαι ἕρια ὥςτ' εἶναι ἀλουργά, πρῶτον μὲν ἐκλέγονται ἐκ τοσούτων χρωμάτων μίαν φύσιν τὴν τῶν λευκῶν, ἔπειτα προπαρασκευάζουσιν οὐκ ὀλίγῃ παρασκευῇ θεραπεύσαντες, ὅπως δέξεται ὅτι μάλιστα τὸ ἄνθος, καὶ οὕτω δὴ βάπτουσι. καὶ ὃ μὲν ἂν τούτῳ τῷ τρόπῳ βαφῇ, δευσοποιὸν γίγνεται τὸ βαφέν, καὶ ἡ πλύσις οὔτ' ἄνευ ῥυμμάτων οὔτε μετὰ ῥυμμάτων δύναται αὐτῶν τὸ ἄνθος ἀφαιρεῖσθαι· ἃ δ' ἂν μή, οἶσθα οἷα δὴ γίγνεται, ἐάν τέ τις ἄλλα χρώματα βάπτῃ ἐάν τε καὶ ταῦτα μὴ προθεραπεύσας. Οἶδα, ἔφη, ὅτι ἔκπλυτα καὶ γελοῖα. Τοιοῦτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὑπόλαβε κατὰ δύναμιν ἐργάζεσθαι καὶ ἡμᾶς, ὅτε ἐξελεγόμεθα τοὺς στρατιώτας καὶ ἐπαιδεύομεν μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ· μηδὲν οἷον ἄλλο μηχανᾶσθαι ἢ ὅπως ἡμῖν ὅτι κάλλιστα τοὺς νόμους πεισθέντες δέξοιντο ὡς περ βαφήν, ἵνα δευσοποιὸς αὐτῶν ἡ δόξα γίγνοιτο καὶ περὶ δεινῶν καὶ περὶ τῶν ἄλλων διὰ τὸ τήν τε φύσιν καὶ τὴν τροφὴν ἐπιτηδείαν ἐσχηκέναι, καὶ μὴ αὐτῶν ἐκπλύναι τὴν βαφὴν τὰ ῥύμματα ταῦτα, δεινὰ ὄντα ἐκπλύζειν, ἥ τε ἡδονή, παντὸς γαλασραίου δεινοτέρα οὖσα τοῦτο δρᾶν καὶ κονίας, λύπη τε καὶ φόβος καὶ

mo quidem ex tot coloribus album eligunt: deinde non mediocri opera praeparant, ut quam maxime florem suscipiant: atque ita demum colore inspargunt purpureo? quod autem ita est tinctum, indelebile permanet: neque sola aqua dilui, neque etiam additis his purgationibus, quae ad abstergendum pertinent, aboleri flos ille coloris potest. quae autem non ita praeparata sunt, scis qualia evadant. seu quis aliis tingat coloribus, seu istis, cum minus antea excoluerit. *Glau.* Certe deformia sunt, coloresque eorum facile diluuntur. *So.* Tale aliquid facere studuisse nos pro viribus cogita. quando milites ipsos eligebamus, eosque in musica et gymnastica erudiebamus: atque existima nihil nos aliud excogitasse, quam ut nobis quam optime persuasi leges instar coloris cuiusdam imbiberent, adeo ut eorum opinio de rebus terribilibus deque ceteris omnibus immobilis perseveret; ex eo quod optima natura geniti fuerint et decenti educatione nutriti: neque coloratorum eorum delere valeant purgamina ista ad diluendum vehementissima. voluptas scilicet, omni saponis acrimonia aluminisque et calcis ad expurgandum acrior: dolor item, metus atque

ἐπιθυμία, παντὸς ἄλλου ῥύμματος. τὴν δὴ τοιαύτην δύναμιν καὶ σωτηρίαν διὰ παντὸς δόξης ὀρθῆς τε καὶ νομίμου δεινῶν πέρι καὶ μὴ ἀνδρίαν ἔγωγε καλῶ καὶ τίθεμαι, εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις. Ἀλλ' οὐδέν, ἦ δ' ὅς, λέγω. δοκεῖς γάρ μοι τὴν ὀρθὴν δόξαν περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἄνευ παιδείας γεγονυῖαν, τήν τε θηριώδη καὶ ἀνδραποδώδη, οὔτε πάνυ νόμιμον ἡγεῖσθαι ἄλλο τέ τι ἢ ἀνδρίαν καλεῖν. Ἀληθέστατα, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. Ἀποδέχομαι τοίνυν τοῦτο ἀνδρίαν εἶναι. Καὶ γὰρ ἀποδέχου, ἦν δ' ἐγώ, πολιτικήν γε, καὶ ὀρθῶς ἀποδέξει. αὖθις δὲ περὶ αὐτοῦ, ἐὰν βούλῃ, ἔτι κάλλιον δίμεν. νῦν γὰρ οὐ τοῦτο ἐζητοῦμεν ἀλλὰ δικαιοσύνην· πρὸς οὖν τὴν ἐκείνου ζήτησιν, ὡς ἐγῷμαι, ἱκανῶς ἔχει. Ἀλλὰ καλῶς, ἔφη, λέγεις.

Δύο μήν, ἦν δ' ἐγώ, ἔτι λοιπὰ ἃ δεῖ κατιδεῖν ἐν τῇ πόλει, ἥ τε σωφροσύνη καὶ οὗ δὴ ἕνεκα πάντα ζητοῦμεν, δικαιοσύνη. Πάνυ μὲν οὖν. Πῶς οὖν ἂν τὴν δικαιοσύνην εὕροιμεν, ἵνα μηκέτι πραγματευώμεθα περὶ σωφροσύνης; Ἐγὼ μὲν τοίνυν, ἔφη, οὔτε οἶδα οὔτ' ἂν βουλοίμην αὐτὸ πρότερον φανῆναι, εἴ περ μηκέτι ἐπισκεψόμεθα σωφροσύνην· ἀλλ' εἰ ἔμοιγε βού-

cupiditas, omni alio purgamine ad abstergendum potentiora. hanc utique vim passim rectae legitimaeque opinionis conservatricem circa terribilia eorumque contraria fortitudinem voco equidem atque assero: nisi tu forte quid aliud dixeris. *Glau.* At ipse nihil aliud. videris enim opinionem eandem de eisdem, absque disciplina conceptam, ferinam videlicet et servilem, haudquaquam existimare legitimam, sed aliud quiddam quam fortitudinem nuncupare. *So.* Verissima loqueris. *Glau.* Admitto igitur hanc fortitudinem esse. *So.* Intellige insuper et civilem: atque ita recte accipies. Deinceps autem de hac, si volueris, alias diligentius pertractabimus. in praesentia vero non istud quidem, sed iustitiam quaerebamus: ad cuius investigationem satis de hac, ut arbitror, dictum. *Glau.* Praeclare loqueris. *So.* Duo restant praeterea in civitate consideranda, temperantia scilicet et, cuius gratia omnia indagamus, iustitia. *Glau.* Prorsus. *So.* An quoquo modo iustitiam iam ipsam reperire potuimus, ne rursus in investiganda temperantia immoremur? *Glau.* Haud video equidem, qua ratione id fieri possit: quin neque vellem prius nobis iustitiam innotescere, quam temperantiam consideraverimus. quare si mihi ob-

λει χαρίζεσθαι, σκόπει πρότερον τοῦτο ἐκείνου. Ἀλλὰ μέντοι, ἦν δ' ἐγώ, βούλομαί γε, εἰ μὴ ἀδικῶ. Σκόπει δή, ἔφη. Σκεπτέον, εἶπον· καὶ ὡς γε ἐντεῦθεν ἰδεῖν, ξυμφωνίᾳ τινὶ καὶ ἁρμονίᾳ προσέοικε μᾶλλον ἢ τὰ πρότερον. Πῶς; Κόσμος πού τις, ἦν δ' ἐγώ, ἡ σωφροσύνη ἐστὶ καὶ ἡδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια, ὡς φασι. κρείττω δὴ αὑτοῦ φαίνονται οὐκ οἶδ' ὅν τινα τρόπον καλοῦντες, καὶ ἄλλα ἄττα τοιαῦτα ὡς περ ἴχνη αὐτῆς λέγεται, ἢ γάρ; Πάντων μάλιστα, ἔφη. Οὐκοῦν τὸ μὲν κρείττω αὑτοῦ γελοῖον; ὁ γὰρ ἑαυτοῦ κρείττων καὶ ἥττων δή που ἂν αὐτοῦ εἴη καὶ ὁ ἥττων κρειττόνων· ὁ αὐτὸς γὰρ ἐν ἅπασι τούτοις προσαγορεύεται. Τί δ' οὔ; Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, φαίνεταί μοι βούλεσθαι λέγειν οὗτος ὁ λόγος ὡς τι ἐν αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ περὶ τὴν ψυχὴν τὸ μὲν βέλτιον ὄνι, τὸ δὲ χεῖρον, καὶ ὅταν μὲν τὸ βέλτιον φύσει τοῦ χείρονος ἐγκρατὲς ᾖ, τοῦτο λέγειν τὸ κρείττω αὑτοῦ — ἐπαινεῖ γοῦν —, ὅταν δὲ ὑπὸ τροφῆς κακῆς ἢ τινος ὁμιλίας κρατηθῇ ὑπὸ πλήθους τοῦ χείρονος σμικρότερον τὸ βέλτιον ὄν, τοῦτο δὲ ὡς ἐν ὀνείδει ψέγειν τε καὶ καλεῖν ἥττω ἑαυτοῦ καὶ

sequi vis, ante hoc quam illud investigato. *So.* Volo equidem, nisi fit vobis iniuria. *Glau.* Inquire iam. *So.* Ecce perquiro: atque ut hinc intueri licet, consonantiae et harmoniae magis quam superiora similis est. *Glau.* Quo pacto? *So.* Ornatus quidam est temperantia, et a voluptatibus cupiditatibusque quibusdam, ut perhibent, abstinentia. dum vero temperatum hominem se ipso potentiorem suique victorem nescio quo modo esse dicunt, et quaedam similia tanquam vestigia nonnulla temperantiae signant. an non? *Glau.* Maxime omnium. *So.* Nonne, quod se ipso potentius nuncupatur, ridiculum quodammodo apparet? quisquis enim se ipso potentior, se ipso quoque imbecillior erit: rursusque qui imbecillior, et potentior. idem quippe aliquis in his omnibus appellatur. *Glau.* Quidni? *So.* Atqui videtur mihi id velle sibi hic sermo, quod in hominis anima duo quaedam sunt, unum quidem melius, alterum vero deterius. et quando quod natura melius, deteriori dominatur, tunc aliquis se ipso potentior dicitur; atque hoc sermone laudatur: quotiens autem propter improbam nutritionem vel consuetudinem aliquam, quod est melius, cum minus sit, deterioris multitudine superatur, hoc ex opprobrio quodam se ipso imbecillius dicitur: et qui ita affectus est, intemperans

ἐκάλεσον τὸν οὕτω διακείμενον. Καὶ γὰρ ἔοικεν, ἔφη. Ἀπόβλεπε τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τὴν νέαν ἡμῖν πόλιν, καὶ εὑρήσεις ἐν αὐτῇ τὸ ἕτερον τούτων ἐνόν· κρείττω γὰρ αὐτὴν αὐτῆς δικαίως φήσεις προσαγορεύεσθαι, εἴ περ οὗ τὸ ἄμεινον τοῦ χείρονος ἄρχει, σῶφρον κλητέον καὶ κρεῖττον αὑτοῦ. Ἀλλ' ἀποβλέπω, ἔφη, καὶ ἀληθῆ λέγεις. Καὶ μὴν καὶ τάς γε πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἐπιθυμίας καὶ ἡδονάς τε καὶ λύπας ἐν πᾶσι μάλιστα ἄν τις εὕροι καὶ γυναιξὶ καὶ οἰκέταις καὶ τῶν ἐλευθέρων λεγομένων ἐν τοῖς πολλοῖς τε καὶ φαύλοις. Πάνυ μὲν οὖν. Τὰς δέ γε ἁπλᾶς τε καὶ μετρίας, αἳ δὴ μετὰ νοῦ τε καὶ δόξης ὀρθῆς λογισμῷ ἄγονται, ἐν ὀλίγοις τε ἐπιτεύξει καὶ τοῖς βέλτιστα μὲν φύσει, βέλτιστα δὲ παιδευθεῖσιν. Ἀληθῆ, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ταῦτα ὁρᾷς ἐγόντα σοι ἐν τῇ πόλει, καὶ κραπουμένας αὐτόθι τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἐν τοῖς πολλοῖς τε καὶ φαύλοις ὑπό τε τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῆς φρονήσεως τῆς ἐν τοῖς ἐλάττοσί τε καὶ ἐπιεικεστέροις; Ἔγωγ', ἔφη. Εἰ ἄρα δεῖ τινὰ πόλιν προσαγορεύειν κρείττω ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ αὐτὴν αὑτῆς, καὶ ταύτην προσρητέον. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ σώφρονα κατὰ πάντα ταῦτα; Καὶ μάλα, ἔφη. Καὶ

appellatur. *Glau.* Sic apparet. *So.* Contemplare hanc nuper a nobis conditam civitatem, inveniesque ipsi alterum horum inesse. potentiorem quippe ipsam se ipsa iure vocatam fateberis. nam si melius in ea peiori imperat, temperata dicenda est et se ipsa melior. *Glau.* Contemplor equidem: ac vera loqueris. *So.* Enimvero plurimas variasque cupiditates, voluptates, dolores, in his omnibus reperire maxime quisque poterit, mulieribus et ministris, et eorum qui liberi esse dicuntur, in ipsis plebeis abiectisque hominibus. *Glau.* Omnino quidem. *So.* Simplices autem et moderatas, quae cum mente et opinione recta, ipsa ratiocinatione ducuntur, in paucis sane reperies: et his quidem natis optime et optime educatis. *Glau.* Vera haec sunt. *So.* An non haec in civitate hac esse vides, atque hic cupiditates vulgi viliumque personarum superatas a cupiditatibus et temperantia pauciorum modestorumque virorum? *Glau.* Cerno equidem. *So.* Si qua igitur civitas potentior cupiditatibus et voluptatibus, atque item in se ipsa, haec maxime talis appellanda est. *Glau.* Prorsus. *So.* Itaque nonne iusta haec omnia et temperata? *Glau.* Maxi-

μὴν εἴ περ αὖ ἐν ἄλλῃ πόλει ἡ αὐτὴ δόξα ἔνεστι τοῖς τε ἄρχουσι καὶ ἀρχομένοις περὶ τοῦ οὕς τινας δεῖ ἄρχειν, καὶ ἐν ταύτῃ ἂν εἴη τοῦτο ἐνόν. ἢ οὐ δοκεῖ; *Καὶ μάλα*, ἔφη, σφόδρα. Ἐν ποτέροις οὖν φήσεις τῶν πολιτῶν τὸ σωφρονεῖν ἐνεῖναι, ὅταν οὕτως ἔχωσιν, ἐν τοῖς ἄρχουσιν ἢ ἐν τοῖς ἀρχομένοις; Ἐν ἀμφοτέροις που, ἔφη. Ὁρᾷς οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἐπιεικῶς ἐμαντευόμεθα ἄρτι ὡς ἁρμονίᾳ τινὶ ἡ σωφροσύνη ὡμοίωται; Τί δή; Ὅτι οὐχ ὥς περ ἡ ἀνδρία καὶ ἡ σοφία ἐν μέρει τινὶ ἑκατέρα ἐνοῦσα ἡ μὲν σοφήν, ἡ δὲ ἀνδρείαν τὴν πόλιν παρείχετο, οὐχ οὕτω ποιεῖ αὕτη, ἀλλὰ δι' ὅλης ἀτεχνῶς τείνασα διὰ πασῶν παρεχομένη ξυνᾴδοντας τούς τε ἀσθενεστάτους καὶ τοὺς ἰσχυροτάτους καὶ τοὺς μέσους, εἰ μὲν βούλει, φρονήσει, εἰ δὲ βούλει, ἰσχύϊ, εἰ δέ, καὶ πλήθει ἢ χρήμασιν ἢ ἄλλῳ ὁτῳοῦν τῶν τοιούτων· ὥστε ὀρθότατ' ἂν φαῖμεν ταύτην τὴν ὁμόνοιαν σωφροσύνην εἶναι, χείρονός τε καὶ ἀμείνονος κατὰ φύσιν ξυμφωνίαν, ὁπότερον δεῖ ἄρχειν καὶ ἐν πόλει καὶ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ. Πάνυ μοι, ἔφη, ξυνδοκεῖ.

Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, τὰ μὲν τρία ἤδη ἡμῖν ἐν τῇ πόλει κατῴκισται, ὡς γε οὐτωσὶ δόξαι· τὸ δὲ δὴ λοιπὸν εἶδος, δι' ὃ

me. *So.* Atqui si eadem in alia civitate tam subditis quam imperantibus, quinam administraturi sint rem publicam, opinio inest, nonne in hac praecipue inesse oportet? an non ita censes? *Glau.* Magnopere istud quidem. *So.* Quibus itaque potissimum civibus inesse temperantiam dices, quotiens sese ita habuerint? in principibusne an in subditis? *Glau.* In ambobus quodammodo. *So.* Cernis, quam apte vaticinati sumus paulo ante, harmoniae cuidam esse similem temperantiam? *Glau.* Curnam? *So.* Quia non, quemadmodum sapientia et fortitudo in partibus quibusdam iacentes, illa quidem sapientem, haec fortem efficit civitatem, ita haec agit: sed instar harmoniae, quae diapason dicitur, per totam civitatem diffunditur, efficiens consonantes in idem debiliores homines et fortiores et medios, prudentia, potentia, multitudine vel pecuniis vel alio quodam huiusmodi. quapropter rectissime possumus temperantiam hanc appellare concordiam, deterioris videlicet et potioris secundum naturam consensionem, statuentem, quem in civitate vel in unoquoque conveniat dominari. *Glau.* Assentior equidem. *So.* Cum ita sit, tria iam nobis in civitate comperta sunt, ut ex his apparet. reliqua vero species,

ἂν ἔτι ἀρετῆς μετέχοι πόλις, τί ποτ' ἂν εἴη; δῆλον γὰρ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἡ δικαιοσύνη. *Δῆλον.* Οὐκοῦν, ὦ Γλαύκων, νῦν δὴ ἡμᾶς δεῖ ὥς περ κυνηγέτας τινὰς θάμνον κύκλῳ περίστασθαι, προσέχοντας τὸν νοῦν μή πῃ διαφύγῃ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἀφανισθεῖσα ἄδηλος γένηται· φανερὸν γὰρ δὴ ὅτι ταύτῃ πῃ ἔστιν. ὅρα οὖν καὶ προθυμοῦ καὶ σὺ δεῖν, ἐάν πως πρότερος ἐμοῦ ἴδῃς καὶ ἐμοὶ φράσῃς. Εἴ γ' ἀρ' ὤφελον, ἔφη. ἀλλὰ μᾶλλον ἐάν μοι ἑπομένῳ χρῇ καὶ τὰ δεικνύμενα δυναμένῳ καθορᾶν, πάνυ μετρίως χρήσει. Ἕπου, ἦν δ' ἐγώ, εὐξάμενος μετ' ἐμοῦ. Ποιήσω ταῦτα, ἀλλὰ μόνον, ἦ δ' ὅς, ἡγοῦ. Καὶ μήν, εἶπον ἐγώ, δυσβατός γέ τις ὁ τόπος φαίνεται καὶ ἐπίσκιος· ἕξι γοῦν σκοτεινὸς καὶ δυσδιερεύνητος. ἀλλὰ γὰρ ὅμως ἰτέον. Ἰτέον γάρ, ἔφη. Καὶ ἐγὼ κατιδὼν Ἰοὺ ἰού, εἶπον, ὦ Γλαύκων· κινδυνεύομέν τι ἔχειν ἴχνος, καί μοι δοκεῖ οὐ πάνυ τι ἐκφευξεῖσθαι ἡμᾶς. Εὖ ἀγγέλλεις, ἦ δ' ὅς. Ἦ μήν, ἦν δ' ἐγώ, βλακικόν γε ἡμῶν τὸ πάθος. Τὸ ποῖον; Πάλαι, ὦ μακάριε, φαίνεται πρὸ ποδῶν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς κυλινδεῖσθαι, καὶ οὐχ ἑωρῶμεν ἀλλ' αὐτό, ἀλλ' ἦμεν καταγελαστότατοι, ὥς περ οἱ ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες ζητοῦσιν ἐνίοτε ὃ ἔχουσι· καὶ ἡμεῖς

propter quam praeterea virtutis particeps civitas esset, quaenam erit? constat autem hanc esse iustitiam, *Glau.* Constat plane. *So.* An non iam nunc nos oportet, o Glauco, tanquam venatores hunc cespitem circumdare, circumspicientes, ne qua ex parte iustitia subterfugiat et ab oculis evanescens sese occulat? patet enim hic esse. fige itaque passim intuitum, atque annitere, si quo modo possis prior me eam cernere: ipsamque mihi ostendito. *Glau.* Utinam possem. verum satius me uteris ut tali quodam comite, qui possim demonstrata prospicere. *So.* Sequere igitur, mecum Deum ante precatus. *Glau.* Efficiam, quod mones; ducas modo. *So.* Inaccessibilis hic locus atque umbrosus esse videtur, abdita certe. imperscrutabilisque latebra: veruntamen pergendum est. *Glau.* Pergendum plane. *So.* Hui, hui, mi Glauco, videmur vestigia quaedam eius, quod quaerimus, nacti, apparetque istud haud longe nos effugiturum. *Glau.* Faustus certe nuntius. *So.* Quam molles hebetesque sumus, o Glauco. *Glau.* Quid istud? *So.* Iampridem nobis ab ipso principio, vir beate, quod quaerimus, ad pedes revolvitur, neque ipsum inspeximus: sed ita ridendi fuimus ut illi, qui saepe, quod in manibus habent, perquirunt,

εἰς αὐτὸ μὲν οὐκ ἀπεβλέπομεν, πόρρω δέ ποι ἀπεσκοπoῦμεν, ἦ δὴ καὶ ἐλάνθανεν ἴσως ἡμᾶς. Πῶς, ἔφη, λέγεις; Οὕτως, εἶπον, ὡς δοκοῦμέν μοι καὶ λέγοντες αὐτὸ καὶ ἀκούοντες πάλαι οὐ μανθάνειν ἡμῶν αὐτῶν ὅτι ἐλέγομεν τρόπον τινὰ αὐτό. Μακρόν, ἔφη, τὸ προοίμιον τῷ ἐπιθυμοῦντι ἀκοῦσαι. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ἄκουε εἴ τι ἄρα λέγω. ὃ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐθέμεθα δεῖν ποιεῖν διὰ παντός, ὅτε τὴν πόλιν κατῳκίζομεν, τοῦτό ἐστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἢ τοιοῦτόν τι εἶδος ἡ δικαιοσύνη. ἐθέμεθα δὲ δή που καὶ πολλάκις ἐλέγομεν, εἰ μέμνησαι, ὅτι ἕνα ἕκαστον ἓν δέοι ἐπιτηδεύειν τῶν περὶ τὴν πόλιν, εἰς ὃ αὐτοῦ ἡ φύσις ἐπιτηδειοτάτη πεφυκυῖα εἴη. Ἐλέγομεν γάρ. Καὶ μὴν ὅτι γε τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν δικαιοσύνη ἐστί, καὶ τοῦτο ἄλλων τε πολλῶν ἀκηκόαμεν καὶ αὐτοὶ πολλάκις εἰρήκαμεν. Εἰρήκαμεν γάρ. Τοῦτο τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, κινδυνεύει τρόπον τινὰ γιγνόμενον ἡ δικαιοσύνη εἶναι, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν. οἶσθα ὅθεν τεκμαίρομαι; Οὔκ, ἀλλὰ λέγ', ἔφη. Δοκεῖ μοι, ἦν δ' ἐγώ, τὸ ὑπόλοιπον ἐν τῇ πόλει ὧν ἐσκέμμεθα, σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας καὶ φρονήσεως, τοῦτο εἶναι ὃ πᾶσιν ἐκείνοις τὴν δύναμιν παρέσχεν ὥστε ἐγγενέσθαι,

nos quoque longe petebamus, quod prope nos erat, vel forte nos latuit. *Glau.* Quomodo istud ais? *So.* Ita. nempe videmur mihi dicentes istud pridem et audientes, haudquaquam animadvertisse, id quoquo modo nos dicere. *Glau.* Prolixum sane prooemium audire cupienti. *So.* Attende, si quid dico. quod quidem principio passim statuimus faciendum, cum civitatem condidimus, hoc est, ut arbitror, vel species quaedam ipsius, iustitia. nam diximus saepenumero, si recordaris, unumquemque oportere unum aliquid exercere eorum, quae civitati conducant, ad quod ipsius natura esset aptissima. *Glau.* Diximus procul dubio. *So.* Etenim quod sua agere neque per aliena curiose versari iustitia est, et ex aliis multis audivimus et saepe ipsi diximus. *Glau.* Diximus plane. *So.* Hoc utique videtur, amice, cum fit quodammodo, iustitia esse, sua scilicet agere. Scis unde istud coniiciam? *Glau.* Nequaquam: sed dicas. *So.* Videtur mihi quod reliquum nobis est in civitate praeter illa, quae consideravimus, temperantiam, fortitudinem, prudentiam, hoc esse, quod omnibus illis vim praebuit,

καὶ ἐγγενομένοις γε σωτηρίαν παρέχειν, ἕως περ ἂν ἐνῇ. καί τοι ἔφαμεν δικαιοσύνην ἔσεσθαι τὸ ὑπολειφθὲν ἐκείνων, εἰ τὰ τρία εὕροιμεν. Καὶ γὰρ ἀνάγκη, ἔφη. Ἀλλὰ μέντοι, ἦν δ' ἐγώ, εἰ δέοι γε κρῖναι τί τὴν πόλιν ἡμῖν τούτων μάλιστα ἀγαθὴν ἀπεργάσεται ἐγγενόμενον, δύσκριτον ἂν εἴη, πότερον ἡ ὁμοδοξία τῶν ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, ἢ ἡ περὶ δεινῶν τε καὶ μή, ἅττα ἔστι, δόξης ἐννόμου σωτηρία ἐν τοῖς στρατιώταις ἐγγενομένη, ἢ ἡ ἐν τοῖς ἄρχουσι φρόνησίς τε καὶ φυλακὴ ἐνοῦσα,
10 ἣ τοῦτο μάλιστα ἀγαθὴν αὐτὴν ποιεῖ ἐνὸν καὶ ἐν παιδὶ καὶ ἐν γυναικὶ καὶ δούλῳ καὶ ἐλευθέρῳ καὶ δημιουργῷ καὶ ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ, ὅτι τὸ αὑτοῦ ἕκαστος εἷς ὢν ἔπραττε καὶ οὐκ ἐπολυπραγμόνει. Δύσκριτον, ἔφη· πῶς δ' οὔ; Ἐνάμιλλον ἄρα, ὡς ἔοικε, πρὸς ἀρετὴν πόλεως τῇ τε σοφίᾳ αὐτῆς καὶ τῇ σωφροσύνῃ καὶ τῇ ἀνδρίᾳ ἡ τοῦ ἕκαστον ἐν αὐτῇ τὰ αὑτοῦ πράττειν δύναμις. Καὶ μάλα, ἔφη. Οὐκοῦν δικαιοσύνην τό γε τούτοις ἐνάμιλλον ἂν εἰς ἀρετὴν πόλεως θείης; Παντάπασι μὲν οὖν. Σκόπει δὴ καὶ τῇδε, εἰ οὕτω δόξει. ἆρα τοῖς
20 ἄρχουσιν ἐν τῇ πόλει τὰς δίκας προστάξεις δικάζειν; Τί μήν; Ἢ ἄλλου οὑτινοσοῦν μᾶλλον ἐφιέμενοι δικάσουσιν

qua et innascerentur et innata perseverarent, quatenus ipsum adest. atqui diximus iustitiam fore, quod restaret, si tria nobis comperta essent. *Glau.* Necessarium id quidem. *So.* Verumtamen si iudicandum sit, quid horum potissimum, cum inest, bonam efficit civitatem, ambiguum erit, utrum consensio imperantium et subiectorum; an legitimae opinionis servatio in militibus, iudicantis secundum legem, quae terribilia censenda sint quaeve non; vel in principibus ipsis prudentia et custodia: an id potius bonam ipsam prae ceteris reddat, cum inest pueris, mulieribus, servis, liberis, artificibus, magistratibus et privatis, quod videlicet suum quisque unus unum egerit, minime per aliena vagatus. *Glau.* Ambiguum certe. quidni? *So.* Ergo vis ipsa, qua sua quisque in civitate agit, de ipsius civitatis virtute, ex aequo cum sapientia eius temperantiaque et fortitudine certat. *Glau.* Valde. *So.* An non igitur iustitiam pones, quod cum istis ex aequo de civitatis virtute concertat? *Glau.* Omnino equidem. *So.* Considera praeterea et hac ratione, nunquid tibi sic videatur. An principibus in civitate mandabis, ut iuste sententias ferant? *Glau.* Cur non? *So.* An iudicabunt alterius cuiusquam avidi magis quam huius ipsius, ut sin-

ἢ τούτου, ὅπως ἂν ἕκαστοι μήτ' ἔχωσι τὰ ἀλλότρια μήτε τῶν αὑτῶν στέρωνται; Οὔκ, ἀλλὰ τούτου. Ὡς δικαίου ὄντος; Ναί. Καὶ ταύτῃ ἄρα πῃ ἡ τοῦ οἰκείου τε καὶ ἑαυτοῦ ἕξις τε καὶ πρᾶξις δικαιοσύνη ἂν
434 ὁμολογοῖτο. Ἔστι ταῦτα. Ἰδὲ δὴ ἐὰν σοί, ὃ περ ἐμοί, ξυνδοκῇ. τέκτων σκυτοτόμου ἐπιχειρῶν ἔργα ἐργάζεσθαι ἢ σκυτοτόμος τέκτονος, ἢ τὰ ὄργανα μεταλαμβάνοντες τἀλλήλων ἢ τιμάς, ἢ καὶ ὁ αὐτὸς ἐπιχειρῶν ἀμφότερα πράττειν, πάντα τἄλλα μεταλλαττόμενα, ἆρά σοι ἄν τι δοκεῖ μέγα βλάψαι πόλιν; Οὐ πάνυ, ἔφη. 10 Ἀλλ' ὅταν γε, οἶμαι, δημιουργὸς ὢν ἤ τις ἄλλος χρηματιστὴς φύσει, ἔπειτα ἐπαιρόμενος ἢ πλούτῳ ἢ πλήθει ἢ ἰσχύϊ ἢ ἄλλῳ τῳ τοιούτῳ εἰς τὸ τοῦ πολεμικοῦ εἶδος ἐπιχειρῇ ἰέναι, ἢ τῶν πολεμικῶν τις εἰς τὸ τοῦ βουλευτικοῦ καὶ φύλακος ἀνάξιος ὤν, καὶ τὰ ἀλλήλων οὗτοι ὄργανα μεταλαμβάνωσι καὶ τὰς τιμάς, ἢ ὅταν ὁ αὐτὸς πάντα ταῦτα ἅμα ἐπιχειρῇ πράττειν, τότε οἶμαι καὶ σοὶ δοκεῖν ταύτην τὴν τούτων μεταβολὴν καὶ πολυπραγμοσύνην ὄλεθρον εἶναι τῇ πόλει. Παντάπασι μὲν οὖν. Ἡ τριῶν ἄρα ὄντων γενῶν πολυπρα- 20 γμοσύνη καὶ μεταβολὴ εἰς ἄλληλα μεγίστη τε βλάβη τῇ

guli neque usurpent aliena neque suis priventur? *Glau.* Non alterius certe, sed istius duntaxat. *So.* Tanquam id iustum sit. *Glau.* Nempe. *So.* Et hac quoque ratione asseritur, sui cuique et proprii possessionem actionemque esse institiam. *Glau.* Est ita. *So.* Vide, nunquid et tibi idem quod mihi videatur. si faber opera coriarii aggrediatur vel coriarius fabri, vel instrumenta inter se commutent vel praemia; aut si idem utraque exercere contendat, omniaque talia invicem permutentur: nunquid commutationem hanc existimas magna quadam iactura afficere civitatem? *Glau.* Haud certe nimium. *So.* Quotiens autem aliquis artifex vel alius natura quaestuarius, divitiis elatus vel multitudine copiaque vel robore aut eiusmodi alio quopiam, in militaris hominis ordinem transire conatur: vel miles, cum sit indignus, in consularis nititur et custodis ascendere dignitatem: et instrumenta vicissim isti praemiaque permutant: aut idem aliquis haec omnia simul peragere tentat; tunc arbitror confusionem pervagationemque eiusmodi videri tibi civitatis totius interitum. *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Cum ergo tria in civitate sint genera, horum mutua commutatio vagatioque per plura extrema est civitatis ca-

πόλει καὶ ὀρθότατ' ἂν προσαγορεύοιτο μάλιστα κακουργία. Κομιδῇ μὲν οὖν. Κακουργίαν δὲ τὴν μεγίστην τῆς ἑαυτοῦ πόλεως οὐκ ἀδικίαν φήσεις εἶναι; Πῶς δ' οὔ; Τοῦτο μὲν ἄρα ἀδικία. πάλιν δὲ ὧδε λέγωμεν· χρηματιστικοῦ, ἐπικουρικοῦ, φυλακικοῦ γένους οἰκειοπραγία, ἑκάστου τούτων τὸ ἑαυτοῦ πράττοντος ἐν πόλει, τοὐναντίον ἐκείνου δικαιοσύνη τ' ἂν εἴη καὶ τὴν πόλιν δικαίαν παρέχοι; Οὐκ ἄλλῃ ἔμοιγε δοκεῖ, ἢ δ' ὅς, ἔχειν ἢ ταύτῃ. Μηδέν, ἦν δ' ἐγώ πω πάνυ παγίως αὐτὸ λέγωμεν, ἀλλ' ἐὰν μὲν ἡμῖν καὶ εἰς ἕνα ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων ἰὸν τὸ εἶδος τοῦτο ὁμολογῆται καὶ ἐκεῖ δικαιοσύνη εἶναι, συγχωρησόμεθα ἤδη· τί γὰρ καὶ ἐροῦμεν; εἰ δὲ μή, τότε ἄλλο τι σκεψόμεθα. νῦν δ' ἐκτελέσωμεν τὴν σκέψιν ἣν ὠήθημεν, εἰ ἐν μείζονί τινι τῶν ἐχόντων δικαιοσύνην πρότερον ἐκεῖνο ἐπιχειρήσαιμεν θεάσασθαι, ῥᾷον ἂν ἐν ἑνὶ ἀνθρώπῳ κατιδεῖν οἷόν ἐστι. καὶ ἔδοξε δὴ ἡμῖν τοῦτο εἶναι πόλις, καὶ οὕτως ὡκίζομεν ὡς ἐδυνάμεθα ἀρίστην, εὖ εἰδότες ὅτι ἔν γε τῇ ἀγαθῇ ἂν εἴη. ὃ οὖν ἡμῖν ἐκεῖ ἐφάνη, ἐπαναφέρωμεν εἰς τὸν ἕνα. κἂν μὲν ὁμολογῆται, καλῶς ἕξει· ἐὰν δέ τι ἄλλο ἐν τῷ ἑνὶ ἐμφαίνηται, πάλιν ἐπανιόντες ἐπὶ τὴν πόλιν

lamitas et maxima corruptela. *Glau.* Penitus. *So.* Corruptelam vero summam civitatis tuae nonne iniustitiam esse dices? *Glau.* Quidni? *So.* Hoc igitur iniustitia est. rursus autem sic dicimus: Quaestuarii, auxiliarii, consularis generis actio propria, unoquoque suum opus peragente in civitate, contra ac confusio illa superior, et iustitia erit et civitatem iustam efficiet. *Glau.* Haud aliter quam sic se habere videtur. *So.* Nondum omnino istud debemus asserere. verum si et in cuiusque hominis animo species eadem considerantibus nobis iustitia esse asseveretur, tum demum consentiemus; nam quid aliud dixerimus? alioquin tunc aliud quicquam excogitabimus. Nunc autem disceptationi huic finem iam imponamus, secundum quam existimavimus, si pluriuin habentium iustitiam in maiori prius eam contemplaremur, facile deinde in homine uno nos quale hoc sit inspecturos. visumque nobis est maius ipsum civitatem exsistere: atque ita quam optimam potuimus eam condidimus, scientes in bona re publica inesse iustitiam. quare quod in illa nobis apparuit, referamus ad unum: et si idem ibi constet, satis nobis erit factum; si quid autem aliud in uno appareat. rursus ad civitatem conversi haec exa-

βασανιοῦμεν. καὶ τάχα ἂν παρ' ἄλληλα σκοποῦντες καὶ τρίβοντες, ὥς περ ἐκ πυρείων, ἐκλάμψαι ποιήσαιμεν τὴν δικαιοσύνην, καὶ φανερὰν γενομένην βεβαιωσαίμεθ' ἂν αὐτὴν παρ' ἡμῖν αὐτοῖς. Ἀλλ', ἔφη, κατ' ὁδόν τε λέγεις καὶ ποιεῖν χρὴ οὕτως.

Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅ γε ταὐτὸν ἄν τις προσείποι μεῖζόν τε καὶ ἔλαττον, ἀνόμοιον τυγχάνει ὂν ταύτῃ ᾗ ταὐτὸν προσαγορεύεται, ἢ ὅμοιον; Ὅμοιον, ἔφη. Καὶ δίκαιος ἄρα ἀνὴρ δικαίας πόλεως κατ' αὐτὸ τὸ τῆς δικαιοσύνης εἶδος οὐδὲν διοίσει, ἀλλ' ὅμοιος ἔσται. Ὅμοιος, ἔφη. Ἀλλὰ μέντοι πόλις γε ἔδοξεν εἶναι δικαία, ὅτι ἐν αὐτῇ τριττὰ γένη φύσεων ἐνόντα τὸ αὑτῶν ἕκαστον ἔπραττε· σώφρων δὲ αὖ καὶ ἀνδρεία καὶ σοφὴ διὰ τῶν αὐτῶν τούτων γενῶν ἄλλ' ἄττα πάθη τε καὶ ἕξεις. Ἀληθῆ, ἔφη. Καὶ τὸν ἕνα ἄρα, ὦ φίλε, οὕτως ἀξιώσομεν, τὰ αὐτὰ ταῦτα εἴδη ἐν τῇ αὑτοῦ ψυχῇ ἔχοντα, διὰ τὰ αὐτὰ πάθη ἐκείνοις τῶν αὐτῶν ὀνομάτων ἀξιοῦσθαι τῇ πόλει. Πᾶσα ἀνάγκη, ἔφη. Εἰς φαῦλόν γε αὖ, ἦν δ' ἐγώ, ὦ θαυμάσιε, σκέμμα ἐμπεπτώκαμεν περὶ ψυχῆς, εἴτε ἔχει τὰ τρία εἴδη ταῦτα ἐν αὐτῇ εἴτε μή. Οὐ πάνυ μοι δοκοῦμεν, ἔφη, εἰς φαῦλον. ἴσως γάρ, ὦ Σώκρατες, τὸ λεγόμενον ἀλη-

minabimus: ac forte alterna comparatione disceptantes, velut scintillas ex his iustitiam excutiemus, eamque iam, cum clare micuerit, apud nos ipsos stabiliemus. *Glau.* Scite loqueris: atque ita agendum. *So.* Nunquid quod idem appellamus tam maius quam minus, dissimile est, quatenus idem, an simile? *Glau.* Simile certe. *So.* Ergo vir iustus a civitate iusta, quod ad iustitiae speciem pertinet, nihilo differet, sed similis erit? *Glau.* Similis. *So.* Atqui civitas iusta esse tunc visa est, cum in ipsa tria hominum genera pro natura cuiusque sic instituta erunt, ut unusquisque suum opus exerceat: temperata rursus et fortis et sapiens propter alios quosdam eorundem generum affectus et habitus. *Glau.* Vera haec sunt. *So.* Unum quoque, o amice, ita censebimus, habentem easdem has eius in animo species, propter affectus eosdem eadem nomina merito cum civitate sortiri. *Glau.* Necesse est omnino. *So.* In levemne rursus, amice, de anima cogitationem incidimus, utrum tres in se species has habeat, necne? *Glau.* Minime mihi in levem disceptationem delapsi videmur. forte enim, quod di-

θές, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά. Φαίνεται, ἦν δ' ἐγώ. καὶ εὖ γ' ἴσθι, ὦ Γλαύκων, ὡς ἡ ἐμὴ δόξα, ἀκριβῶς μὲν τοῦτο ἐκ τοιούτων μεθόδων, οἵαις νῦν ἐν τοῖς λόγοις χρώμεθα, οὐ μή ποτε λάβωμεν· ἀλλὰ γὰρ μακροτέρα καὶ πλείων ὁδὸς ἡ ἐπὶ τοῦτο ἄγουσα· ἴσως μέντοι τῶν γε προειρημένων τε καὶ προεσκεμμένων ἀξίως. Οὐκοῦν ἀγαπητόν; ἔφη· ἐμοὶ μὲν γὰρ ἔν γε τῷ παρόντι ἱκανῶς ἂν ἔχοι. Ἀλλὰ μέντοι, εἶπον, ἔμοιγε καὶ πάνυ ἐξαρκέσει. Μὴ τοίνυν ἀποκάμῃς, ἔφη, ἀλλὰ σκόπει. Ἆρ' οὖν ἡμῖν, ἦν δ' ἐγώ, πολλὴ ἀνάγκη ὁμολογεῖν ὅτι γε τὰ αὐτὰ ἐν ἑκάστῳ ἔνεσιν ἡμῶν εἴδη τε καὶ ἤθη ἅ περ ἐν τῇ πόλει; οὐ γάρ που ἄλλοθεν ἐκεῖσε ἀφίκται. γελοῖον γὰρ ἄν εἴη εἴ τις οἰηθείη τὸ θυμοειδὲς μὴ ἐκ τῶν ἰδιωτῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐγγεγονέναι, οἵ δὴ καὶ ἔχουσι ταύτην τὴν αἰτίαν, οἷον οἱ κατὰ τὴν Θράκην τε καὶ Σκυθικὴν καὶ σχεδόν τι κατὰ τὸν ἄνω τύπον, ἢ τὸ φιλομαθές, ὃ δὴ περὶ τὸν παρ' ἡμῖν μάλιστ' ἄν τις αἰτιάσαιτο τόπον, ἢ τὸ φιλοχρήματον, ὃ περὶ τοὺς 436
τε Φοίνικας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ Αἴγυπτον φαίη τις ἂν οὐχ ἥκιστα. Καὶ μάλα, ἔφη. Τοῦτο μὲν δὴ οὕτως ἔχει, ἦν δ' ἐγώ, καὶ οὐδὲν χαλεπὸν γνῶναι. Οὐ δῆτα.

citur, verum est, o Socrates, pulchra difficilia esse. *So.* Apparet utique. ac certe scito, o Glauco, nos, ut mea fert opinio, nunquam ex discursibus huiuscemodi, qualibus in praesenti disputatione utimur, exacte id comprehensuros: longior porro via est, quae ad hoc nos ducit; forte tamen secundum ea, quae supra dicta et considerata sunt, facilius disseretur. *Glau.* An non sat istud videri debet? mihi sane in praesentia id sufficiet. *So.* Mihi quoque valde sufficiens. *Glau.* Ergo ne te pigeat: sed considera. *So.* Profecto nobis necesse est confiteri easdem in nobis species atque mores inesse, quae et in civitate. neque enim aliunde in civitatem haec devenerunt. ridiculum quippe esset, si quis iracundam animositatem existimaret nequaquam ex privatis hominibus in civitates invectam esse, quorum idem est captus, qui et Thracum, Scytharum superiorumque gentium: aut sapientiae studium non ex tali privatorum instinctu, qualis natura nostris hominibus est tributus: aut quaestus aviditatem non ex ea singulorum hominum cupiditate, qua affecti apprime dicuntur Phoenicii Aegyptiique nonnihil. *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Hoc quidem ita se habet, neque difficile cognitu. *Glau.* Haud certe difficile. *So.*

Τόδε δὲ ἤδη χαλεπόν, εἰ τῷ αὐτῷ τούτῳ ἕκαστα πράττομεν ἢ τρισὶν οὖσιν ἄλλο ἄλλῳ· μανθάνομεν μὲν ἑτέρῳ, θυμούμεθα δὲ ἄλλῳ τῶν ἐν ἡμῖν, ἐπιθυμοῦμεν δ' αὖ τρίτῳ τινὶ τῶν περὶ τὴν τροφήν τε καὶ γέννησιν ἡδονῶν καὶ ὅσα τούτων ἀδελφά, ἢ ὅλῃ τῇ ψυχῇ καθ' ἕκαστον αὐτῶν πράττομεν, ὅταν ὁρμήσωμεν. ταῦτ' ἔξαι τὰ χαλεπὰ διορίσασθαι ἀξίως λόγου. Καὶ ἐμοὶ δοκεῖ, ἔφη. Ὧδε τοίνυν ἐπιχειρῶμεν αὐτὰ ὁρίζεσθαι, εἴτε τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις εἴτε ἕτερά ἐστιν. Πῶς; Δῆλον ὅτι ταὐτὸν τἀναντία ποιεῖν ἢ πάσχειν κατὰ ταὐτόν γε καὶ πρὸς ταὐτὸν οὐκ ἐθελήσει ἅμα, ὥστε ἐάν που εὑρίσκωμεν ἐν αὐτοῖς ταῦτα γιγνόμενα, εἰσόμεθα ὅτι οὐ ταὐτὸν ἦν ἀλλὰ πλείω. Εἶεν. Σκόπει δὴ ὃ λέγω. Λέγε, ἔφη. Ἑξάναι, εἶπον, καὶ κινεῖσθαι τὸ αὐτὸ ἅμα κατὰ τὸ αὐτὸ ἆρα δυνατόν; Οὐδαμῶς. Ἔτι τοίνυν ἀκριβέστερον ὁμολογησώμεθα, μή πῃ προϊόντες ἀμφισβητήσωμεν. εἰ γάρ τις λέγοι ἄνθρωπον ἑστηκότα, κινοῦντα δὲ τὰς χεῖράς τε καὶ τὴν κεφαλήν, ὅτι ὁ αὐτὸς ἕστηκέ τε καὶ κινεῖται ἅμα, οὐκ ἄν, οἶμαι, ἀξιοῖμεν οὕτω λέγειν δεῖν, ἀλλ' ὅτι τὸ μέν τι αὐτοῦ ἕστηκε, τὸ δὲ κινεῖται.

Id autem difficile iam, utrum uno quodam eodem singula haec agamus, an potius tria quaedam habeamus in nobis, quorum singulis singula operamur: uno quidem discimus, irascimur alio, tertio concupiscimus voluptates eas, quae ad nutritionem generationemque pertinent, ceteraque huiusmodi: vel tota anima unumquodque explemus, cum conciti rem aggredimur. haec haud facile pro rei dignitate discernerentur. *Glau.* Mihi quoque idem videtur. *So.* Sic autem aggrediamur haec distinguere, nunquid eadem sunt inviicem vel diversa. *Glau.* Quonam pacto? *So.* Constat plane idem contraria facere seu pati secundum idem et ad idem simul non posse. quamobrem si quando reperiemus in ipsis haec fieri, intelligemus non unum idem haec esse sed plura. *Glau.* Esto. *So.* Animadverte, quod dico. *Glau.* Dic. *So.* Stare simul atque moveri idem secundum idem nunquid potest? *Glau.* Nullo modo. *So.* Praeterea haec diligentius confirmemus, ne qua procedentibus nobis ambiguitas forte suboriatur. si quis enim dixerit hominem stantem quidem, moventem vero manus et caput, eundem stare simul atque moveri: haudquaquam ita dicendum censebimus, sed partem quidem eius manere, partem vero moveri. an non ita? *Glau.*

οὐχ οὕτως; Οὕτως. Οὐκοῦν καὶ εἴ ἔτι μᾶλλον χαριεντίζοιτο ὁ ταῦτα λέγων, κομψευόμενος ὡς οἵ γε σρόβιλοι ὅλοι ἑξᾶσί τε ἅμα καὶ κινοῦνται, ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ πήξαντες τὸ κέντρον περιφέρωνται, ἢ εἰ καὶ ἄλλο τι κύκλῳ περιὸν ἐν τῇ αὐτῇ ἕδρᾳ τοῦτο δρᾷ, οὐκ ἂν ἀποδεχοίμεθα, ὡς οὐ κατὰ ταὐτὰ ἑαυτῶν τὰ τοιαῦτα τότε μενόντων τε καὶ φερομένων, ἀλλὰ φαῖμεν ἂν ἔχειν αὐτὰ εὐθύ τε καὶ περιφερὲς ἐν αὑτοῖς, καὶ κατὰ μὲν τὸ εὐθὺ ἑξάναι, οὐδαμῇ γὰρ ἀποκλίνειν, κατὰ δὲ τὸ περιφερὲς κύκλῳ κινεῖσθαι· ὅταν δὲ τὴν εὐθυωρίαν ἢ εἰς δεξιὰν ἢ εἰς ἀριζερὰν ἢ εἰς τὸ πρόσθεν ἢ εἰς τὸ ὄπισθεν ἐγκλίνῃ ἅμα περιφερόμενον, τότε οὐδαμῇ ἔζιν ἑξάναι. Καὶ ὀρθῶς γε, ἔφη. Οὐδὲν ἄρα ἡμᾶς τῶν τοιούτων λεγόμενον ἐκπλήξει, οὐδὲ μᾶλλόν τε πείσει ὡς ποτέ τι ἂν τὸ αὐτὸ ὂν ἅμα κατὰ τὸ αὐτὸ πρὸς τὸ αὐτὸ ταναντία πάθοι ἢ καὶ εἴη ἢ καὶ ποιήσειεν. Οὔκουν ἐμέ γε, ἔφη. Ἀλλ' ὅμως, ἦν δ' ἐγώ, ἵνα μὴ ἀναγκαζώμεθα πάσας τὰς τοιαύτας ἀμφισβητήσεις ἐπεξιόντες καὶ βεβαιούμενοι ὡς οὐκ ἀληθεῖς οὔσας μηκύνειν, ὑποθέμενοι ὡς τούτου οὕτως ἔχοντος εἰς τὸ πρόσθεν προΐωμεν, ὁμολογήσαντες, ἐάν ποτε ἄλλῃ φανῇ ταῦτα ἢ ταύτῃ, πάντα ἡμῖν τὰ ἀπὸ τούτου

Ita prorsus. *So.* Quod si artificiosius et argutius iste luserit, asserens turbinem trochumque totum moveri simul et stare, quando in eodem puncto centrum aculeumque figens revolvitur; vel aliud quicquam dicens idem agere, cum eidem affixum cardini circumfertur: nequaquam assentiemur, quia non secundum eadem sui haec tunc moveantur et maneant. dicendum quippe habere ipsa rectum in se atque rotundum, et secundum rectum quidem stare, cum nulla ex parte declinent; secundum vero rotundum circummoveri. quotiens autem, dum quid revolvitur, in rectum quoque devehitur, sive ad dexteram sive ad sinistram, vel ante vel retro, tunc nusquam permanet. *Glau.* Recte admodum. *So.* Quare nulla ex his obiectionibus nos perturbabit, persuadebitque quod idem quandoque simul secundum idem atque ad idem contraria sit vel agat vel patiatur. *Glau.* Me quidem minime ista movebunt. *Glau.* Veruntamen ne in istis obiectiunculis enarrandis reiiciendisque utpote falsis diutius cogamur insistere, supponentes iam id ita esse, ulterius progrediamur, confessi invicem, si quando aliter quam sic se habere haec apparebunt, quaecunque ex

ξυμβαίνοντα λελυμένα ἔσεσθαι. Ἀλλὰ χρή, ἔφη, ταῦτα ποιεῖν. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ ἐπινεύειν τῷ ἀνανεύειν καὶ τὸ ἐφίεσθαί τινος λαβεῖν τῷ ἀπαρνεῖσθαι καὶ τὸ προσάγεσθαι τῷ ἀπωθεῖσθαι, πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν ἐναντίων ἀλλήλοις θείης εἴτε ποιημάτων εἴτε παθημάτων; οὐδὲν γὰρ ταύτῃ διοίσει. Ἀλλ', ἦ δ' ὅς, τῶν ἐναντίων. Τί οὖν; ἦν δ' ἐγώ· δίψην καὶ πεινῆν καὶ ὅλως τὰς ἐπιθυμίας, καὶ αὖ τὸ ἐθέλειν καὶ τὸ βούλεσθαι; οὐ πάντα ταῦτα εἰς ἐκεῖνά που ἂν θείης τὰ εἴδη τὰ νῦν δὴ λεχθέντα; οἷον ἀεὶ τὴν τοῦ ἐπιθυμοῦντος ψυχὴν οὐχὶ ἥτοι ἐφίεσθαι φήσεις ἐκείνου οὗ ἂν ἐπιθυμῇ, ἢ προσάγεσθαι τοῦτο ὃ ἂν βούληταί οἱ γενέσθαι, ἢ αὖ καθ' ὅσον ἐθέλει τί οἱ πορισθῆναι, ἐπινεύειν τοῦτο πρὸς αὑτὴν ὥς περ τινος ἐρωτῶντος, ἐπορεγομένην αὐτοῦ τῆς γενέσεως; Ἔγωγε. Τί δέ; τὸ ἀβουλεῖν καὶ μὴ ἐθέλειν μηδ' ἐπιθυμεῖν οὐκ εἰς τὸ ἀπωθεῖν καὶ ἀπελαύνειν ἀπ' αὐτῆς καὶ εἰς ἅπαντα τἀναντία ἐκείνοις θήσομεν; Πῶς γὰρ οὔ; Τούτων δὴ οὕτως ἐχόντων ἐπιθυμιῶν τι φήσομεν εἶναι εἶδος, καὶ ἐναργεστάτας αὐτῶν τούτων, ἥν τε δίψαν καλοῦμεν καὶ ἣν πεῖναν; Φήσομεν, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν 2
τὴν μὲν ποτοῦ, τὴν δὲ ἐδωδῆς; Ναί. Ἆρ' οὖν καθ' ὅσον δίψα ἐξί, πλέονος ἄν τινος ἢ οὗ λέγομεν ἐπιθυμία

his ducuntur, fore soluta. *Glau.* Sic nimirum decet. *So.* Nonne adnuere et renuere, aggredi et declinare, adsciscere et reiicere, inter se contraria pones, sive actiones seu passiones? nihil enim interest. *Glau.* Contraria. *So.* Quid autem haec? esurire, sitire, et omnino cupere, velle, eligere nonne ad eorum species referes, quae modo diximus? veluti semper cupientis animam nonne vel aggredi dices illud, quod appetit; vel adsciscere, quod sibi adesse eligit; vel quatenus vult aliquid sibi porrigi, adnuere et illud ad se trahere, amantis more generationem ipsius affectantem? *Glau.* Equidem. *So.* Quid vero, nolle, aspernari, negligere, non cupere nonne in reiiciendi repellendique speciem et in omnia illis contraria referemus? *Glau.* Quidni? *So.* Cum haec ita se habeant, speciem aliquam cupiditatum esse dicemus, et manifestissimas omnium aliarum cupiditatum, sitim et famem? *Glau.* Dicemus utique. *So.* Et hanc quidem potus, illam cibi? *Glau.* Ita est. *So.* Nunquid, in quantum sitis est, alicuius praeterea cupiditas est alterius quam

Ἐν τῇ ψυχῇ εἴῃ; οἷον δίψα ἐξὶ δίψα ἆρά γε θερμοῦ ποτοῦ ἢ ψυχροῦ, ἢ πολλοῦ ἢ ὀλίγου, ἢ καὶ ἐνὶ λόγῳ ποσοῦ τινὸς πώματος; ἡ ἐὰν μέν τις θερμότητα τῷ δίψει προσῇ, τὴν τοῦ ψυχροῦ ἐπιθυμίαν προσπαρέξοιτ' ἄν, ἐὰν δὲ ψυχρότης, τὴν τοῦ θερμοῦ; ἐὰν δὲ διὰ πλήθους παρουσίαν πολλὴ ἡ δίψα ᾖ, τὴν τοῦ πολλοῦ παρέξεται, ἐὰν δὲ ὀλίγη, τὴν τοῦ ὀλίγου; αὐτὸ δὲ τὸ διψῆν οὐ μή ποτε ἄλλου γένηται ἐπιθυμία ἢ οὗ περ πέφυκεν, αὐτοῦ πώματος, καὶ αὖ τὸ πεινῆν βρώματος; Οὕτως, ἔφη, αὐτή γε ἡ ἐπιθυμία ἑκάστη αὐτοῦ μόνον ἑκάστου οὗ πέφυκε, τοῦ δὲ τοίου ἢ τοίου τὰ προσγιγνόμενα. Μή τοί τις, ἦν δ' ἐγώ, ἀσκέπτους ἡμᾶς ὄντας θορυβήσῃ, ὡς 43
οὐδεὶς ποτοῦ ἐπιθυμεῖ ἀλλὰ χρηστοῦ ποτοῦ, καὶ οὐ σίτου ἀλλὰ χρηστοῦ σίτου. πάντες γὰρ ἄρα τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμοῦσιν· εἰ οὖν ἡ δίψα ἐπιθυμία ἐξί, χρηστοῦ ἂν εἴη εἴτε πώματος εἴτε ἄλλου ὅτου ἐξὶν ἐπιθυμία, καὶ αἱ ἄλλαι οὕτως. Ἴσως γὰρ ἄν, ἔφη, δοκοῖ τε λέγειν ὁ ταῦτα λέγων. Ἀλλὰ μέντοι, ἦν δ' ἐγώ, ὅσα γ' ἐξὶ τοιαῦτα οἷα εἶναί του, τὰ μὲν ποιὰ ἄττα ποιοῦ τινός ἐξιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ δ' αὐτὰ ἕκαστα αὐτοῦ ἑκάστου μόνον. Οὐκ ἔμαθον, ἔφη. Οὐκ ἔμαθες, ἔφην, ὅτι τὸ μεῖζον τοιοῦ-

cuius nos dicimus, potus scilicet et sitis? *Glau.* Huius duntaxat sitis. *So.* Nunquid calidae potionis vel frigidae, vel multae vel paucae? vel et in pauco qualis cuiusdam poculi? vel potius, si calor sitienti inest, frigidi appetitum inducit: sin autem frigus, calidi? et si propter praesentiam multitudinis multa sit sitis, multi aviditatem infert: sin autem pauca, pauci? ipsum vero sitire nunquam alicuius alterius appetitio est, quam cuius suapte natura est, ipsius videlicet potionis: rursusque famescere comestionis? *Glau.* Ita certe ipsa cupiditas quaeque ipsius cuiusque est solum, cuius ipsa natura est; talis autem vel talis cuiusdam propter additamenta quaedam dicitur *So.* Cavendum est autem, ne quis nos improvidos turbet, inferens neminem potum cupere, sed potum bonum: vel cibum, sed bonum cibum; nempe bona omnes expetunt. quare si sitis appetitio est, boni est, sive potionis seu cuiusvis alterius est aviditas; similiterque de ceteris. *Glau.* Forte nonnihil efficere videbitur; qui talia dixerit. *So.* Verumtamen quotcunque eiusmodi sunt, ut alicuius sint, talia quaedam talis cuiusdam sunt, ut arbitror, ipsa autem quaeque ipsius cuiusque duntaxat. *Glau.* Haud intelligo equidem. *So.* Non intelligis maius ipsum eiusmodi esse,

τόν ἐξιν οἷον τινὸς εἶναι μεῖζον; Πάνυ γε. Οὐκοῦν τοῦ ἐλάττονος; Ναί. Τὸ δέ γε πολὺ μεῖζον πολὺ ἐλάττονος. ἦ γάρ; Ναί. Ἆρ' οὖν καὶ τὸ ποτὲ μεῖζον ποτὲ ἐλάττονος, καὶ τὸ ἐσόμενον μεῖζον ἐσομένου ἐλάττονος; Ἀλλὰ τί μήν; ἦ δ' ὅς. Καὶ τὰ πλείω δὴ πρὸς τὰ ἐλάττω καὶ τὰ διπλάσια πρὸς τὰ ἡμίσεα καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, καὶ αὖ βαρύτερα πρὸς κουφότερα καὶ θάττω πρὸς βραδύτερα, καὶ ἔτι γε τὰ θερμὰ πρὸς τὰ ψυχρὰ καὶ πάντα τὰ τούτοις ὅμοια ἆρ' οὐχ οὕτως ἔχει; Πάνυ μὲν οὖν. Τί δὲ τὰ περὶ τὰς ἐπιστήμας; οὐχ ὁ αὐτὸς τρόπος; ἐπιστήμη μὲν αὐτὴ μαθήματος αὐτοῦ ἐπιστήμη ἐστὶν ἥ ὅτου δεῖ θεῖναι τὴν ἐπιστήμην, ἐπιστήμη δέ τις καὶ ποιά τις ποιοῦ τινὸς καὶ τινός. λέγω δὲ τὸ τοιόνδε· οὐκ ἐπειδὴ οἰκίας ἐργασίας ἐπιστήμη ἐγένετο, διήνεγκε τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν, ὥστε οἰκοδομικὴ κληθῆναι; Τί μήν; Ἆρ' οὐ τῷ ποιά τις εἶναι, οἷα ἑτέρα οὐδεμία τῶν ἄλλων; Ναί. Οὐκοῦν ἐπειδὴ ποιοῦ τινός, καὶ αὐτὴ ποιά τις ἐγένετο; καὶ αἱ ἄλλαι οὕτω τέχναι τε καὶ ἐπιστῆμαι; Ἔστιν οὕτως. Τοῦτο τοίνυν, ἣν δ' ἐγώ, φάθι με τότε βούλεσθαι λέγειν, εἰ ἄρα νῦν ἤμαθες, ὅτι ὅσα ἐστὶν οἷα εἶναί του, αὐτὰ μὲν μόνα αὐτῶν μόνων ἐστί, τῶν

ut semper aliquo maius exsistat? *Glau.* Plane. So. Nonne minore? *Glau.* Minore. *So.* Multo autem maius multo minore: an non? *Glau.* Sic est. *So.* Et quondam maius quondam minore: deinceps quandoque maius deinceps quoque minore? *Glau.* Nihil prohibet. *So.* Atque etiam plura ad pauciora, dupla ad dimidia, et omnia talia, itemque graviora ad leviora, et velociora ad tardiora, et calida item ad frigida, omniaque horum similia eodem modo invicem referuntur. *Glau.* Certe. *So.* Nonne et de his, quae ad scientias spectant, eadem ratio? scientia quidem ipsa rei ipsius, quae scitur, scientia est, vel cuiuscunque alterius dicenda est esse scientia. at vero scientia quaedam et scientia talis rei cuiusdam et talis esse dicitur. Tale vero aliquid dico. postquam aedificandarum aedium scientia exstitit, ab aliis scientiis discreta est, adeo ut aedificatoria appellata sit. *Glau.* Quidni? *So.* Nonne ex eo, quod talis sit, qualis aliarum nulla? *Glau.* Nempe. *So.* Ergo quia talis cuiusdam, ideo talis quaedam effecta est: eodemque modo ceterae artes omnes atque scientiae. *Glau.* Est ita. *So.* Hoc itaque inferre me voluisse tunc dicito, si modo nunc intellexisti, quod quaecunque eiusmodi sunt, ut alicuius sint, ipsa quidem sola ipsorum sunt dumtaxat, talium vero quorundam

δὲ ποιῶν τινῶν ποιὰ ἄττα. καὶ οὔ τι λέγω ὡς οἷον ἂν ᾖ, τοιαῦτα καὶ ἔξιν, ὡς ἄρα καὶ τῶν ὑγιεινῶν καὶ νοσωδῶν ἡ ἐπιστήμη ὑγιεινὴ καὶ νοσώδης καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν κακὴ καὶ ἀγαθή· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ αὐτοῦ οὗ περ ἐπιστήμη ἐστὶν ἐγένετο ἐπιστήμη, ἀλλὰ ποιοῦ τινός, τοῦτο δ' ἦν ὑγιεινὸν καὶ νοσῶδες, ποιὰ δή τις συνέβη καὶ αὐτὴ γενέσθαι, καὶ τοῦτο αὐτὴν ἐποίησε μηκέτι ἐπιστήμην ἁπλῶς καλεῖσθαι, ἀλλὰ τοῦ ποιοῦ τινὸς προσγενομένου ἰατρικήν. Ἔμαθον, ἔφη, καί μοι δοκεῖ οὕτως ἔχειν. Τὸ δὲ δὴ δίψος, ἦν δ' ἐγώ, οὐ τούτων θήσεις τῶν τινὸς εἶναι τοῦτο ὃ πέρ ἐστιν; ἔστι δὲ δή που δίψος; Ἔγωγε, ἦ δ' ὅς, πώματός γε. Οὐκοῦν ποιοῦ μέν τινος πώματος ποιόν τι καὶ δίψος; δίψος δ' οὖν αὐτὸ οὔτε πολλοῦ οὔτε ὀλίγου, οὔτε ἀγαθοῦ οὔτε κακοῦ, οὐδὲ ἑνὶ λόγῳ ποιοῦ τινός, ἀλλ' αὐτοῦ πώματος μόνον αὐτὸ δίψος πέφυκεν. Παντάπασι μὲν οὖν. Τοῦ διψῶντος ἄρα ἡ ψυχὴ καθ' ὅσον διψῇ, οὐκ ἄλλο τι βούλεται ἢ πιεῖν καὶ τούτου ὀρέγεται καὶ ἐπὶ τοῦτο ὁρμᾷ. Δῆλον δή. Οὐκοῦν εἴ ποτέ τι αὐτὴν ἀνθέλκει διψῶσαν, ἕτερον ἄν τι ἐν αὐτῇ εἴη αὐτοῦ τοῦ διψῶντος καὶ ἄγοντος, ὥς περ θηρίον, ἐπὶ τὸ πι-

talia quaedam. neque vero ideo dico, quod qualium sunt, sint et talia, quia scilicet et aegrotantium et bene valentium scientia bene vel male valens et ipsa sit: bonorum item atque malorum bona rursus ac mala: sed quoniam non illius ipsius dumtaxat, cuius absolute scientia est, evasit scientia, immo talis cuiusdam: hoc autem est salubre et insalubre: talis quaedam ipsa quoque effecta est, ex quo factum est, ut non amplius scientia simpliciter appelletur, sed quali quodam addito medicinaria scientia. *Glau.* Teneo iam: mihique haec ita sese habere videntur. *So.* Sitim vero nonne his annumerabis, quae id, quod sunt, alicuius exsistunt? est autem sitis? *Glau.* Annumero equidem, et potionis sitim esse dico. *So.* An non qualis cuiusdam poculi qualis quaedam sitis? Ideoque sitis ipsa neque multi neque pauci, neque boni neque mali, neque, ut uno verbo complectar, qualis cuiusdam, sed potionis ipsius solummodo sitis ipsa natura est? *Glau.* Sic est omnino. *So.* Sitientis igitur anima, quatenus sitit, non aliud appetit quam bibere, idque affectat et ad ipsum fertur. *Glau.* Constat. *So.* Si quid ergo ipsam quandoque retrahit sitientem, aliud quiddam erit in ipsa ab ea parte diversum, quae sitit et quasi bestia quae-

εἶν; οὐ γὰρ δή, φαμέν, τό γε αὐτὸ τῷ αὐτῷ ἑαυτοῦ περὶ τὸ αὐτὸ ἅμα τἀναντία πράττοι. Οὐ γὰρ οὖν. Ὡς πέρ γε, οἶμαι, τοῦ τοξότου οὐ καλῶς ἔχει λέγειν, ὅτι αὐτοῦ ἅμα αἱ χεῖρες τὸ τόξον ἀπωθοῦνταί τε καὶ προσέλκονται, ἀλλ' ὅτι ἄλλη μὲν ἡ ἀπωθοῦσα χείρ, ἑτέρα δὲ ἡ προσαγομένη. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Πότερον δὴ φῶμέν τινας ἔξιν ὅτε διψῶντας οὐκ ἐθέλειν πιεῖν; Καὶ μάλα γ', ἔφη, πολλοὺς καὶ πολλάκις. Τί οὖν, ἔφην ἐγώ, φαίη τις ἂν τούτων πέρι; οὐκ ἐνεῖναι μὲν ἐν τῇ ψυχῇ αὐτῶν τὸ κελεῦον, ἐνεῖναι δὲ τὸ κωλῦον πιεῖν, ἄλλο ὂν καὶ κρατοῦν τοῦ κελεύοντος; Ἔμοιγε, ἔφη, δοκεῖ. Ἆρ' οὖν οὐ τὸ μὲν κωλῦον τὰ τοιαῦτα ἐγγίγνεται, ὅταν ἐγγένηται, ἐκ λογισμοῦ, τὰ δὲ ἄγοντα καὶ ἕλκοντα διὰ παθημάτων τε καὶ νοσημάτων παραγίγνεται; Φαίνεται. Οὐ δὴ ἀλόγως, ἤν δ' ἐγώ, ἀξιώσομεν αὐτὰ διττά τε καὶ ἕτερα ἀλλήλων εἶναι, τὸ μὲν ᾧ λογίζεται, λογιστικὸν προσαγορεύοντες τῆς ψυχῆς, τὸ δὲ ᾧ ἐρᾷ τε καὶ πεινῇ καὶ διψῇ καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἐπτόηται, ἀλόγιστόν τε καὶ ἐπιθυμητικόν, πληρώσεών τινων καὶ ἡδονῶν ἑταῖρον. Οὔκ, ἀλλ' εἰκότως, ἔφη, ἡγοίμεθ' ἂν οὕτως. Ταῦτα μὲν τοί-

dam ad bibendum impellit. neque enim fieri posse dicimus, ut idem aliquid eodem sui circa idem simul agat contraria. *Glau.* Non certe. *So.* Quemadmodum absurdum dictu est, eandem sagittarii manum simul arcum intendendo protrahere atque contrahere. porro dicendum est alteram esse manum quae protrahit; alteram vero, quae contrahit. *Glau.* Ita prorsus. *So.* Fatemurne esse aliquos, qui cum sitiant, nonnunquam bibere nolint? *Glau.* Multos ac saepe. *So.* Quid de iis aliquis dicet? nonne inesse in horum anima aliquid, quod ad bibendum allicit, aliquid contra, quod cohibet? quod quidem et aliud est, et ei, quod allicit, dominatur. *Glau.* Mihi quidem videtur. *So.* An non igitur quod prohibet ista, ex ratione inest, quotiens operatur? quae vero concitant atque trahunt, ex affectibus perturbationibusque sunt? *Glau.* Apparet. *So.* Merito igitur duo haec inter se diversa existimabimus, et illud quidem, quo ratiocinatur animus, rationale ipsius denominabimus: illud vero, quo amat, esurit et sitit et ad alias libidines pronior labitur, irrationale et avidum repletionum quarundam et voluptatum. *Glau.* Diversa profecto: meritoque ita censebimus. *So.* Hae itaque duae

νυν, ἦν δ' ἐγώ, δύο ἡμῖν ὡρίσθω εἴδη ἐν ψυχῇ ἐνόντα· τὸ δὲ δὴ τοῦ θυμοῦ καὶ ᾧ θυμούμεθα, πότερον τρίτον ἢ τούτων ποτέρῳ ἂν εἴη ὁμοφυές; Ἴσως, ἔφη, τῷ ἑτέρῳ, τῷ ἐπιθυμητικῷ. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ποτὲ ἀκούσας τι πιστεύω τοῦτῳ, ὡς ἄρα Λεόντιος ὁ Ἀγλαΐωνος ἀνιὼν ἐκ Πειραιῶς ὑπὸ τὸ βόρειον τεῖχος ἐκτός, αἰσθανόμενος νεκροὺς παρὰ τῷ δημίῳ κειμένους, ἅμα μὲν ἰδεῖν ἐπιθυμοῖ, ἅμα δ' αὖ δυσχεραίνοι καὶ ἀποτρέποι ἑαυτόν, καὶ τέως μὲν μάχοιτό τε καὶ παρακαλύπτοιτο, κρατούμενος δ' οὖν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, διελκύσας τοὺς ὀφθαλμούς, προσδραμὼν πρὸς τοὺς νεκρούς, ἰδοὺ ὑμῖν, ἔφη, ὦ κακοδαίμονες, ἐμπλήσθητε τοῦ καλοῦ θεάματος. Ἤκουσα, ἔφη, καὶ αὐτός. Οὗτος μέντοι, ἔφην, ὁ λόγος σημαίνει τὸν θυμὸν πολεμεῖν ἐνίοτε ταῖς ἐπιθυμίαις ὡς ἄλλο ὂν ἄλλῳ. Σημαίνει γάρ, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἄλλοθι, ἔφην, πολλαχοῦ αἰσθανόμεθα, ὅταν βιάζωνταί τινα παρὰ τὸν λογισμὸν ἐπιθυμίαι, λοιδορούντά τε αὐτὸν καὶ θυμούμενον τῷ βιαζομένῳ ἐν αὐτῷ, καὶ ὥς περ δυοῖν στασιζόντοιν ξύμμαχον τῷ λόγῳ γιγνόμενον τὸν θυμὸν τοῦ τοιούτου; ταῖς δ' ἐπιθυμίαις αὐτὸν κοινωνήσαντα αἱροῦντος λόγου μὴ δεῖν ἄν τι πράττειν, οἶμαί σε οὐκ ἂν φά-

iam in anima species distinctae sint. Illud autem, quod ad irascibilem pertinet quove irascimur, utrum tertium quiddam est, an alterius horum cognatum? *Glau.* Forte eius, quod voluptates cupit, est cognatum. *So.* Atqui credo hoc equidem ex eo, quod audivi quondam: quod videlicet cum Leontius Aglaionis filius ex Piraeo sub boreali muro ad civitatem ascendens sentiret extra cadavera prope littus iacentia, simul et videre cupiebat, et horrebat tamen absterrebaturque vultumque tegebat, secum ipse pugnans. cupiditate denique superatus, ad cadavera directis et patefactis oculis adventavit, dicens: Ecce iam vobis licet, o infelices; desiderium vestrum pulchro explete spectaculo. *Glau.* Audivi et ipse. *So.* Itaque sermo testatur iram saepe pugnare adversus concupiscentiam, tanquam haec inter se diversa sint. *Glau.* Id certe significat. *So.* Nonne et alibi frequenter animadvertimus, quando distrahunt aliquem praeter rationem cupiditates, obiurgantem ipsum sese, et adversus id sui, quod trahitur, indignantem? et quasi duobus dissentientibus adiutricem rationi iram accurrere? ratione autem imperante non esse sibi contradicendum, iram cupiditatibus con-

ναι γενομένου ποτὲ ἐν σεαυτῷ τοῦ τοιούτου αἰσθέσθαι, οἶμαι δ' οὐδ' ἐν ἄλλῳ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη. Τί δέ; ἦν δ' ἐγώ· ὅταν τις οἴηται ἀδικεῖν, οὐχ ὅσῳ ἂν γενναιότερος ᾖ, τοσούτῳ ἧττον δύναται ὀργίζεσθαι καὶ πεινῶν καὶ ῥιγῶν καὶ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν τοιούτων πάσχων ὑπ' ἐκείνου ὃν ἂν οἴηται δικαίως ταῦτα δρᾶν, καὶ ὃ λέγω, οὐκ ἐθέλει πρὸς τοῦτον αὐτοῦ ἐγείρεσθαι ὁ θυμός; Ἀληθῆ, ἔφη. Τί δέ; ὅταν ἀδικεῖσθαί τις ἡγῆται, οὐκ ἔν τούτῳ ζεῖ τε καὶ χαλεπαίνει καὶ ξυμμαχεῖ τῷ δοκοῦντι δικαίῳ καὶ διὰ τὸ πεινῆν καὶ διὰ τὸ ῥιγοῦν καὶ πάν- 10
τα τὰ τοιαῦτα πάσχειν, καὶ ὑπομένων νικᾷ, καὶ οὐ λήγει τῶν γενναίων, πρὶν ἂν ἢ διαπράξηται ἢ τελευτήσῃ ἢ ὥς περ κύων ὑπὸ νομέως ὑπὸ τοῦ λόγου τοῦ παρ' αὑτῷ ἀνακληθεὶς πραϋνθῇ; Ἥκιστα μὲν οὖν, ἔφη, ἔοικε τούτῳ ᾧ λέγεις· καί τοί γε ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει τοὺς ἐπικούρους ὥς περ κύνας ἐθέμεθα ὑπηκόους τῶν ἀρχόντων ὥς περ ποιμένων πόλεως Καλῶς γάρ, ἦν δ' ἐγώ, νοεῖς ὃ βούλομαι λέγειν. ἀλλ' ἦ πρὸς τούτῳ καὶ τόδε ἐνθυμεῖ; Τὸ ποῖον; Ὅτι τοὐναντίον ἢ ἀρτίως ἡμῖν φαίνεται περὶ τοὺς θυμοειδούς. τότε μὲν 20
γὰρ ἐπιθυμητικόν τι αὐτὸ ᾠόμεθα εἶναι, νῦν δὲ πολλοῦ δεῖν φαμέν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον αὐτὸ ἐν τῇ τῆς

iunctam obsistere illi, arbitror te nunquam vel in te ipso vel in alio tale persensisse. *Glau.* Nunquam per Iovem. *So.* Quid porro? quando quis iniuriam inferre se putat, nonne quo generosior est, eo minus irascitur, dum esurit et alget et aliud quodvis tale patitur ab eo, quem iure haec agere censet? et, quod iam dixi, ira iustius in eum quodammodo non irritatur? *Glau.* Vera loqueris. *So.* Quid autem? quando iniuriam se pati quis putat, nonne tunc satagat et saevit et auxilium praestat ei, quod iustum videtur, famem, frigus et cetera talia tolerans? et ad victoriam contendit, neque a generoso opere cessat prius quam vel transegerit vel obierit, vel tanquam canis a pastore, ita denique revocatus ab ea, quae in ipso est, ratione mitescat? *Glau.* Omnino haec vis ei similis est, cui tu comparas. etenim in nostra civitate auxiliarios ipsos tanquam canes posuimus obtemperantes principibus quasi quibusdam pastoribus civitatis. *So.* Optime, quod dicere volebam, intellexisti. sed num et hoc insuper animadvertis? *Glau.* Quid istud? *So.* Quod in praesentia contra ac supra de iracundia iudicamus. tunc sane irascendi vim ad concupiscendi naturam referebamus: nunc vero multum interesse dicimus, ac multo magis

ψυχῆς φάσει τίθεσθαι τὰ ὅπλα πρὸς τοῦ λογιστικοῦ. Παντάπασιν, ἔφη. Ἆρ' οὖν ἕτερον ὂν καὶ τούτου, ἢ λογιστικοῦ τι εἶδος, ὥστε μὴ τρία ἀλλὰ δύο εἴδη εἶναι ἐν ψυχῇ, λογιστικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν; ἢ καθάπερ ἐν τῇ πόλει ξυνεῖχεν αὐτὴν τρία ὄντα γένη, χρηματιστικόν, ἐπικουρικόν, βουλευτικόν, οὕτω καὶ ἐν ψυχῇ τρίτον τοῦτό ἐστι τὸ θυμοειδές, ἐπίκουρον ὂν τῷ λογιστικῷ φύσει, ἐὰν μὴ ὑπὸ κακῆς τροφῆς διαφθαρῇ; Ἀνάγκη, ἔφη, τρίτον. Ναί, ἦν δ' ἐγώ, ἄν γε τοῦ λογιστικοῦ ἄλλο τι φανῇ ὡς περ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ ἐφάνη ἕτερον ὄν. Ἀλλ' οὐ χαλεπόν, ἔφη, φανῆναι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς παιδίοις τοῦτό γε ἄν τις ἴδοι, ὅτι θυμοῦ μὲν εὐθὺς γενόμενα μεστά ἐστι, λογισμοῦ δ' ἔνιοι μὲν ἔμοιγε δοκοῦσιν οὐδέποτε μεταλαμβάνειν, οἱ δὲ πολλοὶ ὀψέ ποτε. Ναί μὰ Δί', ἦν δ' ἐγώ, καλῶς γε εἶπες. ἔτι δὲ ἐν τοῖς θηρίοις ἄν τις ἴδοι ὃ λέγεις, ὅτι οὕτως ἔχει. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὃ ἄνω που ἐκεῖ εἴπομεν, τὸ τοῦ Ὁμήρου μαρτυρήσει, τό

στῆθος δὲ πλῆξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ·

ἐνταῦθα γὰρ δὴ σαφῶς ὡς ἕτερον ἑτέρῳ ἐπιπλῆττον πεποίηκεν Ὅμηρος τὸ ἀναλογισάμενον περὶ τοῦ βελτίονός τε

441

iram asserimus animae partibus inter se dissidentibus pro ratione arma capessere. *Glau.* Ita prorsus. *So.* Nunquid et irascendi vis est a ratione diversa, vel quaedam species rationis, adeo ut non tres in animo, sed duae species sint, rationale et concupiscens? an potius, quemadmodum in civitate apparuerunt tria quaedam genera, quae ipsam continent, quaestuarium, auxiliarium, consulatus, ita et in anima tertia quaedam vis est iracundia, quae natura ipsa rationis tutatur partes, nisi ex improba educatione fuerit depravata? *Glau.* Necesse est, ut tertia sit. *So.* Nempe etiamsi alia, quam ratio apparuerit, quemadmodum supra visa est a concupiscentia differens. *Glau.* At vero facile id quidem patere potest, nam in puerulis quivis istud intelligat, qui statim nati iracundia pleni sunt. rationis autem aliqui nunquam, multi sero compotes fieri mihi videntur. *So.* Per Iovem, praeclare loqueris. praeterea in bestiis ita esse quisque, ut ipse dicis, comperiet. testatur et istud Homeri, illud quod supra induximus,

Pectora castigans monitis affatur acerbis:
perpetere, o cor; nam tu longe alias graviora tulisti.

in his porro Homerus, tanquam haec inter se differant, alterum horum obiurgare alterum facit, ipsam videlicet rationem de meliori peiorique consultantem, irrationalem iracun-

καὶ χείρονος τῷ ἀλογίστως θυμουμένῳ. Κομιδῇ, ἔφη, ὀρθῶς λέγεις.

Ταῦτα μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, μόγις διανενεύκαμεν, καὶ ἡμῖν ἐπιεικῶς ὁμολογεῖται τὰ αὐτὰ μὲν ἐν πόλει, τὰ αὐτὰ δ' ἐν ἑνὸς ἑκάστου τῇ ψυχῇ γένη ἐνεῖναι, καὶ ἴσα τὸν ἀριθμόν. Ἔστι ταῦτα. Οὐκοῦν ἐκεῖνό γε ἤδη ἀναγκαῖον, ὡς πόλις ἦν σοφὴ καὶ ᾗ, οὕτω καὶ τὸν ἰδιώτην καὶ τοῦτῳ σοφὸν εἶναι; Τί μήν; Καὶ ᾗ δὴ ἀνδρεῖος ἰδιώτης καὶ ὡς, τούτῳ καὶ πόλιν ἀνδρείαν καὶ οὕτω, καὶ τἆλλα πάντα πρὸς ἀρετὴν ὡσαύτως ἀμφότερα ἔχειν. Ἀνάγκη. Καὶ δίκαιον δή, ὦ Γλαύκων, οἶμαι, φήσομεν ἄνδρα εἶναι τῷ αὐτῷ τρόπῳ ᾗ περ καὶ πόλις ἦν δικαία. Καὶ τοῦτο πᾶσα ἀνάγκη. Ἀλλ' οὔπω μὴν τοῦτο ἐπιλελήσμεθα, ὅτι ἐκείνη γε τῷ τὸ ἑαυτοῦ ἕκαστον ἐν αὐτῇ πράττειν τριῶν ὄντων γενῶν δικαία ἦν. Οὔ μοι δοκοῦμεν, ἔφη, ἐπιλελῆσθαι. Μνημονευτέον ἄρα ἡμῖν ὅτι καὶ ἡμῶν ἕκαστος, ὅτου ἂν τὰ αὑτοῦ ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ πράττῃ, οὗτος δίκαιός τε ἔξαι καὶ τὰ αὑτοῦ πράττων. Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς, μνημονευτέον. Οὐκοῦν τῷ μὲν λογιστικῷ ἄρχειν προσήκει, σοφῷ ὄντι καὶ ἔχοντι τὴν ὑπὲρ ἁπάσης τῆς ψυχῆς προμήθειαν, τῷ δὲ θυμοειδεῖ ὑπηκόῳ εἶναι καὶ ξυμ-

diae impetum cohibere. *Glau.* Recte admodum loqueris. *So.* In his itaque vix tandem consensimus, satisque inter nos constitit eadem in civitate, eadem et in cuiusque anima genera esse, ac numero paria. *Glau.* Sic certe. *So.* Quin et hoc necessarium est, quemadmodum et quo sapiens erat civitas, ita et eodem sapientem esse privatum. *Glau.* Plane. *So.* Item quo fortis est privatus aliquis et quomodo, eodem et ita fortem esse civitatem: et in ceteris omnibus ad virtutem utraque similiter se habere. *Glau.* Necesse est. *So.* Atqui et iustum, o Glauco, virum dicemus eadem ratione, qua dicimus civitatem. *Glau.* Necessarium id omnino. *So.* At nondum illud obliti sumus, quod civitas ex eo iusta visa est, quia, cum tria in ea sint hominum genera, suum quisque explet officium. *Glau.* Haud certe mihi obliti videmur. *So.* Meminisse ergo oportet, quod quisque nostrum, cuius singulae animae partes quod suum est agunt, et iustus erit et sua peragens. *Glau.* Meminisse prorsus. *So.* Nonne rationali potentiae convenit imperare, cum sapiens sit geratque totius animae providentiam? irascendi vero naturae obsequi rationi proque illa pugnare? *Glau.* Penitus.

μάχῳ τούτου; Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν οὐχ ὧς περ ἐλέγομεν, μουσικῆς καὶ γυμναστικῆς κρᾶσις ξύμφωνα αὐτὰ ποιήσει, τὸ μὲν ἐπιτείνουσα καὶ τρέφουσα λόγοις τε 442
καλοῖς καὶ μαθήμασι, τὸ δὲ ἀνιεῖσα, παραμυθουμένη, ἡμεροῦσα ἁρμονίᾳ τε καὶ ῥυθμῷ; Κομιδῇ γε, ἦ δ' ὅς. Καὶ τούτω δὴ οὕτω τραφέντε καὶ ὡς ἀληθῶς τὰ αὑτῶν μαθόντε καὶ παιδευθέντε προσήσετον τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, ὃ δὴ πλεῖστον τῆς ψυχῆς ἐν ἑκάστῳ ἐστὶ καὶ χρημάτων φύσει ἀπληστότατον· ὃ τηρήσετον, μὴ τῷ πίμ-
πλασθαι τῶν περὶ τὸ σῶμα καλουμένων ἡδονῶν πολὺ καὶ ἰσχυρὸν γενόμενον οὐκ αὖ τὰ αὑτοῦ πράττῃ, ἀλλὰ καταδουλώσασθαι καὶ ἄρχειν ἐπιχειρήσῃ ὧν οὐ προσῆκον αὐτῷ γενῶν, καὶ ξύμπαντα τὸν βίον πάντων ἀνατρέψῃ. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τοὺς ἔξωθεν πολεμίους τούτω ἂν κάλλιστα φυλαττοίτην ὑπὲρ ἁπάσης τῆς ψυχῆς τε καὶ τοῦ σώματος, τὸ μὲν βουλευόμενον, τὸ δὲ προπολεμοῦν, ἑπόμενον δὲ τῷ ἄρχοντι καὶ τῇ ἀνδρίᾳ ἐπιτελοῦν τὰ βουλευθέντα; Ἔστι ταῦτα. Καὶ ἀνδρεῖον δή, οἶμαι, τούτῳ τῷ μέρει καλοῦμεν ἕνα ἕκαστον, ὅταν αὐτοῦ τὸ θυμοειδὲς διασώζῃ διά τε λυπῶν καὶ ἡδονῶν τὸ ὑπὸ τοῦ λόγου παραγ-

So. Nonne, ut supra tractavimus, musicae et gymnasticae mixtio atque temperantia, ut concordia ista sint, efficit? unum quidem horum intendens augensque et nutriens praeclaris sermonibus et disciplinis, alterum vero remittens, sedans, mansuefaciens per harmoniam atque rhythmum? *Glau.* Maxime. *So.* Cumque ita nutrita haec fuerint et, quae sua sunt, revera didicerint, et optime fuerint erudita, ardori concupiscentiae praesidebunt: quae pars animae in quocunque est plurima, neque unquam pecuniarum possessione repletur: cavebuntque, ne corporalium voluptatum expletione adaucta grandior robustiorque evadat, nolitque suo duntaxat officio fungi, sed subiicere sibi illa contendat, quibus imperare natura non debet, atque ita universam omnium vitam perver-tat. *Glau.* Sic prorsus. *So.* Quin etiam ab externis hostibus haec animam omnem corpusque custodit, dum illud quidem provide consulit, hoc autem propugnat, obtemperat principi, fortitudine, quae consulta sunt, peragit. *Glau.* Vera haec sunt. *So.* Fortem profecto hac ex parte virum quemque vocamus, quando in ipso iracundiae vigor ita institutus est, ut in mediis voluptatibus et doloribus in sententia sua persistat, non aliter esse de terribili

γελθὲν δεινόν τε καὶ μή. Ὀρθῶς γ', ἔφη. Σοφὸν δέ γε ἐκείνῳ τῷ σμικρῷ μέρει, τῷ ὃ ἦρχέ τ' ἐν αὐτῷ καὶ ταῦτα παρήγγελλεν, ἔχον αὖ κἀκεῖνο ἐπιζήμην ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ ξυμφέροντος ἑκάστῳ τε καὶ ὅλῳ τῷ κοινῷ σφῶν αὐτῶν τριῶν ὄντων. Πάνυ μὲν οὖν. Τί δέ; σώφρονα οὐ τῇ φιλίᾳ καὶ ξυμφωνίᾳ τῇ αὐτῶν τούτων, ὅταν τό τε ἄρχον καὶ τὼ ἀρχομένω τὸ λογιστικὸν ὁμοδοξῶσι δεῖν ἄρχειν καὶ μὴ ξασιάζωσιν αὐτῷ; Σωφροσύνη γοῦν, ἦ δ' ὅς, οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἢ τοῦτο, πόλεώς τε καὶ ἰδιώτου. Ἀλλὰ μὲν δὴ δίκαιός γε, ᾧ πολλάκις λέ- 11
γομεν, τούτῳ καὶ οὕτως ἔσται Πολλὴ ἀνάγκη. Τί οὖν; εἶπον ἐγώ· μή πῃ ἡμῖν ἀπαμβλύνεται ἄλλο τι δικαιοσύνη δοκεῖν εἶναι ἢ ὅ περ ἐν τῇ πόλει ἐφάνη; Οὐκ ἔμοιγε, ἔφη, δοκεῖ. Ὧδε γάρ, ἦν δ' ἐγώ, παντάπασιν ἂν βεβαιωσαίμεθα εἴ τι ἡμῶν ἔτι ἐν τῇ ψυχῇ ἀμφισβητεῖ, τὰ φορτικὰ αὐτῷ προσφέροντες. Ποῖα δή; Οἷον εἰ δέοι ἡμᾶς ἀνομολογεῖσθαι περί τε ἐκείνης τῆς πόλεως καὶ τοῦ ἐκείνῃ ὁμοίως πεφυκότος τε καὶ τεθραμμένου ἀνδρός, εἰ δοκεῖ ἂν παρακαταθήκην χρυσίου ἢ ἀργυρίου δεξάμενος ὁ τοιοῦτος ἀποστερῆσαι, τίν' ἂν 20

iudicandum, quam ratio ipsa dictaverit. *Glau.* Probe. *So.* Sapientem vero brevi illa ex parte, quae et imperavit in ipso et ista dictavit, habens in se ipsa scientiam, qua discernit, quid potissimum ex usu sit tam singulis quam universo ex his tribus coetui constituto. *Glau.* Certe. *So.* Temperantem rursus aliquem appellamus horum ipsorum amicitia atque concordia, quando et quod praesidet et quod subest, in sententiam eandem conveniunt, rationem scilicet imperare decere, neque ab illa desciscendum esse. *Glau.* Temperantia profecto nihil est aliud et privatim et publice. *So.* Iustus denique ex eo atque ita erit quisque, ex quo saepe iam diximus et quemadmodum exposuimus. *Glau.* Necessarium id omnino. *So.* Quid porro? estne aliquid, quod hanc nostram usque adeo sententiam interturbet, ut aliud videatur esse nobis iustitia quam quod in civitate constitit? *Glau.* Mihi quidem non videtur. *So.* Quin immo, si quid adhuc inter nos in controversia sit, sic iterum superiora penitus confirmabimus, absurda illa huic obiicientes. *Glau.* Qualia? *So.* Veluti si in hoc deliberare nos oportuerit de civitate illa deque homine similiter atque illa nato atque nutrito, nunquid vir talis, cum depositum auri vel argenti acceperit, videatur quandoque fraudem excogitaturus: censes ali-

οἶει οἰηθῆναί τοῦτο αὐτὸν δρᾶσαι μᾶλλον ἢ ὅσοι μὴ τοιοῦτοι; Οὐδέν' ἄν, ἔφη. Οὐκουν καὶ ἱεροσυλιῶν καὶ κλοπῶν καὶ προδοσιῶν, ἢ ἰδίᾳ ἑταίρων ἢ δημοσίᾳ πόλεων, ἐκτὸς ἂν οὗτος εἴη; Ἐκτός. Καὶ μὴν οὐδ' ὁπωστιοῦν ἄπιστος ἢ κατὰ ὅρκους ἢ κατὰ τὰς ἄλλας ὁμολογίας. Πῶς γὰρ ἄν; Μοιχεῖαι μὴν καὶ γονέων ἀμέλειαι καὶ θεῶν ἀθεραπευσίαι παντὶ ἄλλῳ μᾶλλον ἢ τῷ τοιούτῳ προσήκουσιν. Παντὶ μέντοι, ἔφη. Οὐκοῦν τούτων πάντων αἴτιον, ὅτι αὐτοῦ τῶν ἐν αὐτῷ ἕκαστον τὰ αὑτοῦ πράττει ἀρχῆς τε πέρι καὶ τοῦ ἄρχεσθαι; Τοῦτο μὲν οὖν, καὶ οὐδὲν ἄλλο. Ἔτι τι οὖν ἕτερον ζητεῖς δικαιοσύνην εἶναι ἢ ταύτην τὴν δύναμιν, ἣ τοὺς τοιούτους ἄνδρας τε παρέχεται καὶ πόλεις; Μὰ Δία, ἔφη ὅς, οὐκ ἔγωγε. Τέλεον ἄρα ἡμῖν τὸ ἐνύπνιον ἀποτετέλεσαι ὃ ἔφαμεν ὑποπτεῦσαι, ὡς εὐθὺς ἀρχόμενος τῆς πόλεως οἰκίζειν κατὰ θεόν τινα εἰς ἀρχήν τε καὶ τύπον τινὰ τῆς δικαιοσύνης κινδυνεύομεν ἐμβεβηκέναι; Παντάπασι μὲν οὖν. Τὸ δέ γε ἦν ἄρα, ὦ Γλαύκων, δι' ὃ καὶ ὠφελεῖ, εἴδωλόν τι τῆς δικαιοσύνης, τὸ τὸν μὲν σκυτοτομικὸν φύσει ὀρθῶς ἔχειν σκυτοτομεῖν καὶ

quem indicaturum eiuscemodi virum fraudem committere potius quam aliter affectos homines? *Glau.* Neminem prorsus. *So.* An non a sacrilegiis hic, furtis, proditionibus, tam privatim adversus sodales quam publice adversus rem publicam, innocens erit? *Glau.* Innocens. *So.* Atqui neque infidus vel in iureiurando vel quibuscunque commerciis. *Glau.* Nullo pacto. *So.* Adulteria quidem, parentum contemptus, impietas in Deos, cuilibet alteri potius quam huic conveniunt. *Glau.* Ita prorsus. *So.* Nonne horum omnium causa haec est, quia quicquid in ipso est, suum opus exsequitur, tam ad imperandum quam parendum? *Glau.* Nulla certe alia. *So.* Quid? quaeris aliud esse iustitiam quam hanc ipsam vim, quae tales viros et tales efficit civitates? *Glau.* Ego quidem minime. *So.* Tandem nobis absolutum est somnium illud, quod nos coniecisse diximus: quod mox incipientes condere civitatem, Deo quodam favente, in principium aliquod et imaginem iustitiae ascendisse videmur. *Glau.* Omnino quidem. *So.* Hoc autem erat, o Glauco, propter quod confert quoddam iustitiae simulacrum: nempe debere, qui natura coriarius est, artem hanc exsequi aliud nihil aggressum, qui ve-

ἄλλο μηδὲν πράττειν, τὸν δὲ τεκτονικὸν τεκταίνεσθαι, καὶ τἆλλα δὴ οὕτως; Φαίνεται. Τὸ δέ γε ἀληθές, τοιοῦτον μέν τι ἦν, ὡς ἔοικεν, ἡ δικαιοσύνη, ἀλλ' οὐ περὶ τὴν ἔξω πρᾶξιν τῶν αὑτοῦ, ἀλλὰ περὶ τὴν ἐντὸς ὡς ἀληθῶς, περὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ, μὴ ἐάσαντα τἀλλότρια πράττειν ἕκαστον ἐν αὑτῷ μηδὲ πολυπραγμονεῖν πρὸς ἄλληλα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γένη, ἀλλὰ τῷ ὄντι τὰ οἰκεῖα εὖ θέμενον καὶ ἄρξαντα αὐτὸν αὑτοῦ καὶ κοσμήσαντα καὶ φίλον γενόμενον ἑαυτῷ καὶ ξυναρμόσαντα τρία ὄντα, ὥς περ ὅρους τρεῖς ἁρμονίας 1
ἀτεχνῶς, νεάτης τε καὶ ὑπάτης καὶ μέσης, καὶ εἰ ἄλλα ἄττα μεταξὺ τυγχάνει ὄντα, πάντα ταῦτα ξυνδήσαντα καὶ παντάπασιν ἕνα γενόμενον ἐκ πολλῶν, σώφρονα καὶ ἡρμοσμένον, οὕτω δὴ πράττειν ἤδη, ἐάν τι πράττῃ ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν ἢ περὶ σώματος θεραπείαν ἢ καὶ πολιτικόν τι ἢ περὶ τὰ ἴδια ξυμβόλαια, ἐν πᾶσι τούτοις ἡγούμενον καὶ ὀνομάζοντα δικαίαν μὲν καὶ καλὴν πρᾶξιν ἣ ἂν ταύτην τὴν ἕξιν σώζῃ τε καὶ
444 συναπεργάζηται, σοφίαν δὲ τὴν ἐπιστατοῦσαν ταύτῃ τῇ πράξει ἐπιξήμην, ἄδικον δὲ πρᾶξιν ἣ ἂν ἀεὶ ταύτην 2
λύῃ, ἀμαθίαν δὲ τὴν ταύτῃ αὖ ἐπιστατοῦσαν δόξαν. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς, ὦ Σώκρατες, ἀληθῆ λέγεις. Εἶεν,

ro faber, fabricare, similiterque in ceteris. *Glau.* Apparet. *So.* Revera quidem talis iustitia est, sed non circa actionem exteriorem, immo circa interiorem suarum partium actionem vere ad ipsummet animum et ad sua: dum nihil permittit ex suis aliena tentare, neque sinit animae genera opera invicem confundentia per plura vagari: sed revera propria recte digerit, suique est dominus, sese exornat, amicus sibi ipse effectus, in se tria ipsa contemperans, tanquam tres terminos harmoniae, neatis, hypatis et mediae, hoc est octavae vocis et gravis et quintae: seu quaevis alia media fuerit. Itaque haec omnia nectens, ipseque undique unus effectus ex multis temperans atque concinens, ita demum agit, si quid agit, vel circa pecunias acquirendas vel corporis cultum, vel etiam circa civilia aut privata commercia: in his omnibus actionem illam iustam et praeclaram existimans, quae habitum hunc peragit atque servat: sapientiam vero operationi huic praesidentem scientiam: iniustam autem operationem, quae hanc dissolvit: insipientiam denique operationis huius ducem opinionem. *Glau.* Vera prorsus, o Socrates, loqueris. *So.*

ἦν δ' ἐγώ· τὸν μὲν δίκαιον καὶ ἄνδρα καὶ πόλιν καὶ δικαιοσύνην, ὃ τυγχάνει ἐν αὐτοῖς ὄν, εἰ φαῖμεν εὑρηκέναι, οὐκ ἂν πάνυ τι, οἶμαι, δόξαιμεν ψεύδεσθαι. Μὰ Δία οὐ μέντοι, ἔφη. Φῶμεν ἄρα; Φῶμεν.

Ἐξω δή, ἦν δ' ἐγώ· μετὰ γὰρ τοῦτο σκεπτέον, οἶμαι, ἀδικίαν. Δῆλον ὅτι. Οὐκοῦν ξάσιν τινὰ αὖ τριῶν ὄντων τούτων δεῖ αὐτὴν εἶναι καὶ πολυπραγμοσύνην καὶ ἀλλοτριοπραγμοσύνην καὶ ἐπανάστασιν μέρους τινὸς τῷ ὅλῳ τῆς ψυχῆς, ἵν' ἄρχῃ ἐν αὐτῇ οὐ προσῆκον, ἀλλὰ τοιούτου ὄντος φύσει οἷον πρέπειν αὐτῷ δουλεύειν τῷ τοῦ ἀρχικοῦ γένους ὄντι. τοιαῦτ' ἄττα, οἶμαι, φήσομεν καὶ τὴν τούτων ταραχὴν καὶ πλάνην εἶναι, τήν τε ἀδικίαν καὶ ἀκολασίαν καὶ δειλίαν καὶ ἀμαθίαν καὶ ξυλλήβδην πᾶσαν κακίαν. Ταὐτὰ μὲν οὖν ταῦτα, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ ἄδικα πράττειν καὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ αὖ τὸ δίκαια ποιεῖν, ταῦτα πάντα τυγχάνει ὄντα κατάδηλα ἤδη σαφῶς, εἴ περ καὶ ἡ ἀδικία τε καὶ δικαιοσύνη; Πῶς δή; Ὅτι, ἦν δ' ἐγώ, τυγχάνει οὐδὲν διαφέροντα τῶν ὑγιεινῶν τε καὶ νοσωδῶν, ὡς ἐκεῖνα ἐν σώματι, ταῦτα ἐν ψυχῇ. Πῇ; ἔφη. Τὰ μέν που ὑγιεινὰ ὑγίειαν ἐμποιεῖ, τὰ δὲ νοσώδη νόσον. Ναί.

Si ergo nos invenisse dixerimus iustum virum et civitatem iustam, quidve in utrisque iustitia sit, haud forte multum, ut arbitror, mentiri videbimur. *Glau.* Non per Iovem. *So.* Asserendum igitur? *Glau.* Procul dubio. *So.* Esto itaque. Enimvero deinceps de iniustitia considerandum videtur. *Glau.* Plane. *So.* Seditionem quandam horum trium iniustitiam appellare decet, curiosamque et variam alieni operis usurpationem, et insolentem partis cuiusdam praevaricationem adversus totam animam rebellantis, insurgentisque ad imperandum regio animi generi, cui servire eam natura iubet. talia quaedam, ut arbitror, atque horum turbationem erroremque iniustitiam esse dicemus, et intemperantiam, ignaviam, insipientiam et universam denique pravitatem. *Glau.* Haec prorsus ita se habent. *So.* Nonne satis iam perspicue patet, quid est iniusta facere et iniuriari, ac rursus, quid agere iusta, quandoquidem iustitia et iniustitia patent? *Glau.* Quonam pacto? *So.* Quia nihilo a salubribus et insalubribus differunt. nempe ut haec circa corpus, sic circa animum se habent et illa. *Glau.* Qua ratione? *So.* Salubria quidem sanitatem inducunt, insalubria morbum. *Glau.* Plane. *So.*

Οὐκοῦν καὶ τὸ μὲν δίκαια πράττειν δικαιοσύνην ἐμποιεῖ, τὸ δ' ἄδικα ἀδικίαν; Ἀνάγκη. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ὑγίειαν ἐμποιεῖν τὰ ἐν τῷ σώματι κατὰ φύσιν καθιζάναι κρατεῖν τε καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων, τὸ δὲ νόσον παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ' ἄλλου. Ἔστι γάρ. Οὐκοῦν αὖ, ἔφην, τὸ δικαιοσύνην ἐμποιεῖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ κατὰ φύσιν καθιζάναι κρατεῖν τε καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων, τὸ δὲ ἀδικίαν παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ' ἄλλου; Κομιδῇ, ἔφη. Ἀρετὴ μὲν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὑγιειά τέ τις ἂν εἴη καὶ κάλλος καὶ εὐεξία ψυχῆς, κακία δὲ νόσος τε καὶ αἶσχος καὶ ἀσθένεια. Ἔστιν οὕτως. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τὰ μὲν καλὰ ἐπιτηδεύματα εἰς ἀρετῆς κτῆσιν φέρει, τὰ δ' αἰσχρὰ εἰς κακίας; Ἀνάγκη.

Τὸ δὴ λοιπὸν ἤδη, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἐξὶ σκέψασθαι πότερον αὖ λυσιτελεῖ δικαιά τε πράττειν καὶ καλὰ ἐπιτηδεύειν καὶ εἶναι δίκαιον, ἐάν τε λανθάνῃ ἐάν τε μὴ τοιοῦτος ὤν, ἢ ἀδικεῖν τε καὶ ἄδικον εἶναι, ἐάν περ μὴ διδῷ δίκην μηδὲ βελτίων γίγνηται κολαζόμενος. Ἀλλ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, γελοῖον ἔμοιγε φαίνεται τὸ σκέμμα γίγνεσθαι ἤδη, εἰ τοῦ μὲν σώματος τῆς φύσεως δια-

Similiter quoque iusta agere iustitiam gignit in animo, iniusta facere iniustitiam. *Glau.* Necesse est. *So* Est autem sanitatem inferre, ita, quae in corpore sunt, disponere, ut secundum naturae ipsius ordinem invicem superentur et superent: morbum autem inducere usque adeo corporis partes inficere, ut contra naturae legem dominentur inter se subiicianturque. *Glau.* Est ita. *So.* Eadem ratione iustitiam praestare cuiquam, nihil est aliud, quam animi partes in ordinem suum digerere, ut ad naturae normam pareant atque imperent: iniustitiam vero, ut contra naturam exsuperent invicem ac succumbant. *Glau.* Prorsus. *So.* Virtus igitur, ut apparet, sanitas quaedam est et pulchritudo et robustus animi vigor: pravitas contra morbus, turpitudo et imbecillitas. *Glau.* Est, ut dicis. *So.* Nonne igitur exercitationes honestae ad virtutem acquirendam conducunt, turpes ad pravitatem deducunt? *Glau.* Necesse est. *So.* Restat, ut videtur, discutiendum, nunquid prosint agere iusta, honesta colere, esse iustum, sive occultum id cuique sit sive non: an iniuriari et iniustum esse, si modo non det poenas neque fiat ex punitione melior. *Glau.* Mihi quidem, o Socrates, ridicula disceptatio ista fore videtur, siquidem corporis natura corrupta videtur

φθειρομένης δοκεῖ οὐ βιωτὸν εἶναι οὐδὲ μετὰ πάντων σιτίων τε καὶ ποτῶν καὶ παντὸς πλούτου καὶ πάσης ἀρχῆς, τῆς δὲ αὐτοῦ τούτου ᾧ ζῶμεν φύσεως ταραττομένης καὶ διαφθειρομένης βιωτὸν ἄρα ἔσαι, ἐάν πέρ τις ποιῇ ὃ ἂν βουληθῇ ἄλλο πλὴν τοῦτο ὁπόθεν κακίας μὲν καὶ ἀδικίας ἀπαλλαγήσεται, δικαιοσύνην δὲ καὶ ἀρετὴν κτήσεται, ἐπειδή περ ἐφάνη γε ὄντα ἑκάτερα οἷα ἡμεῖς διεληλύθαμεν. Γελοῖον γάρ, ἦν δ' ἐγώ. ἀλλ' ὅμως ἐπεί περ ἐνταῦθα ἐληλύθαμεν, ὅσον οἷόν τε σαφέστατα κατιδεῖν ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, οὐ χρὴ ἀποκάμνειν. Ἤκιστα νὴ τὸν Δία, ἔφη, πάντων ἀποκμητέον. Δεῦρο νῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἵνα καὶ ἴδῃς ὅσα καὶ εἴδη ἔχει ἡ κακία, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἃ γε δὴ καὶ ἄξια θέας. Ἕπομαι, ἔφη· μόνον λέγε. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ὥς περ ἀπὸ σκοπιᾶς μοι φαίνεται, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἀναβεβήκαμεν τοῦ λόγου, ἓν μὲν εἶναι εἶδος τῆς ἀρετῆς, ἄπειρα δὲ τῆς κακίας, τέτταρα δ' ἐν αὐτοῖς ἄττα ὧν καὶ ἄξιον ἐπιμνησθῆναι. Πῶς λέγεις; ἔφη. Ὅσοι, ἦν δ' ἐγώ, πολιτειῶν τρόποι εἰσὶν εἴδη ἔχοντες, τοσοῦτοι καὶ ψυχῆς δυνδυνεύουσι καὶ ψυχῆς τρόποι εἶναι. Πόσοι δή; ἔφη· πέντε μέν, ἦν δ' ἐγώ, πολιτειῶν, πέντε δὲ ψυχῆς. Λέγε, ἔφη, τίνες. Λέγω,

non esse vivendum, neque etiam in summa epularum et poculorum omnium affluentia, cunctis divitiis et totius orbis imperio, natura vera eius, quo vivimus, polluta atque corrupta num vivendum erit, si quis quodcunque lubet, aliud agat quam hoc unum, unde ab improbitate iniquitateque liberetur, institiam vero et probitatem adipiscatur? postquam talia haec utraque, qualia narravimus, apparuerunt. *So.* Ridicula profecto. Verum postea quam eo devenimus, ut, quam certissime fieri potest, quod haec ita se habent, perspiciamus, minime desistendum. *Glau.* Per Iovem minime omnium. *So.* Age iam, huc accede, ut videas, quot species improbitas habet, ut mihi videtur. Attende nunc. nempe haec digna conspectu. *Glau.* Sequor equidem: dicas modo. *So.* Atqui tanquam e specula quadam, postquam huc ratiocinando conscendimus, una mihi species virtutis ocurrit, pravitatis innumerae. ex quibus quatuor quidam modi potissimum sese offerunt, quorum meminisse oportet. *Glau.* Quomodo istud ais? *So.* Quot sane rerum publicarum modi sunt species suas habentes, totidem esse et animae ipsius apparent. *Glau.* Quot? *So.* Quinque rerum publicarum, quinque rursus et animae. *Glau.* Dic quales. *So.*

εἶπον, ὅτι εἷς μὲν οὗτος ὃν ἡμεῖς διεληλύθαμεν πολιτείας εἴη ἂν τρόπος, ἐπονομασθείη δ' ἂν καὶ διχῇ. ἐγγενομένου μὲν γὰρ ἀνδρὸς ἑνὸς ἐν τοῖς ἄρχουσι διαφέροντος βασιλεία ἂν κληθείη, πλειόνων δὲ ἀριζοκρατία. Ἀληθῆ, ἔφη. Τοῦτο μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἓν εἶδος λέγω· οὔτε γὰρ ἂν πλείους οὔτε εἷς ἐγγενόμενος κινήσειεν ἂν τῶν ἀξίων λόγου νόμων τῆς πόλεως, τροφῇ τε καὶ παιδείᾳ χρησάμενος ᾗ διήλθομεν. Οὐ γὰρ εἰκός, ἔφη.

Unum aliquem reipublicae modum esse hunc assero, quem exposuimus: duabus vero appellationibus declarari potest. nam si inter principes civitatis unus quidam sit omnium praestantissimus, regnum vocabitur: sin autem plures, gubernatio appellabitur optimatum. *Glau.* Vera narras. *So.* Hanc unam ideo speciem esse dico, quia sive plures gubernent sive unus, nullus, qui ita, ut diximus; educatus et eruditus fuerit, quicquam existimatione digunm in rei publicae legibus permutabit. *Glau.* Neque enim consentaneum esset.

E.

Ἀγαθὴν μὲν τοίνυν τὴν τοιαύτην πόλιν τε καὶ πολι- 449
τείαν καὶ ὀρθὴν καλῶ, καὶ ἄνδρα τὸν τοιοῦτον· κακὰς
δὲ τὰς ἄλλας καὶ ἡμαρτημένας, εἴ περ αὕτη ὀρθή, περί
τε πόλεων διοικήσεις καὶ περὶ ἰδιωτῶν ψυχῆς τρόπου
κατασκευήν, ἐν τέτταρσι πονηρίας εἴδεσιν οὔσας. Ποί-
ας δὴ ταύτας; ἔφη.

Καὶ ἐγὼ μὲν ἤα τὰς ἐφεξῆς ἐρῶν, ὥς μοι ἐφαί-
νοντο ἕκασαι ἐξ ἀλλήλων μεταβαίνειν· ὁ δὲ Πολέμαρ-
χος — σμικρὸν γὰρ ἀπωτέρω τοῦ Ἀδειμάντου καθῆσο
— ἐκτείνας τὴν χεῖρα καὶ λαβόμενος τοῦ ἱματίου
ἄνωθεν αὐτοῦ παρὰ τὸν ὦμον, ἐκεῖνόν τε προσηγάγετο
καὶ προτείνας ἑαυτὸν ἔλεγεν ἄττα προσκεκυφώς, ὧν ἄλ-
λο μὲν οὐδὲν κατηκούσαμεν, τόδε δέ, Ἀφήσομεν οὖν,

Bonam equidem civitatem huiusmodi rectamque rempublicam voco, virumque talem bonum esse dico. ac si recta haec res publica est, alias pravas appello, utpote quae circa civitatis ipsius gubernationem et privatorum disciplinam aberrent: quae quidem in quatuor speciebus pravitatis sunt. *Glau.* Quaenam istae? Tunc ego narrare pergebam, qua ratione mihi singulae ex sese invicem dependere viderentur. Verum Polemarchus (paulo enim a me remotior erat quam Adimantus, Adimanti post tergum sedens) extendit manum, prehendensque superne pallium Adimanti circa humeros, et eum paulisper ad se traxit, et os ad aures eius admovit, submissa voce susurrans. ex his autem, quae dixerit, nihil ipsi percepimus nisi id unum, quod ait Permittemusne?

ἔφη, ἤ τι δράσομεν; Ἤκιστά γε, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος μέγα ἤδη λέγων. Καὶ ἐγώ, Τί μάλιστα, ἔφην, ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε; Σέ, ἦ δ' ὅς. Ἔτι ἐγὼ εἶπον, τί μάλιστα; Ἀποῤῥαθυμεῖν ἡμῖν δοκεῖς, ἔφη, καὶ εἶδος ὅλον οὐ τὸ ἐλάχιστον ἐκκλέπτειν τοῦ λόγου, ἵνα μὴ διέλθῃς, καὶ λήσειν οἰηθῆναι εἰπὼν αὐτὸ φαύλως, ὡς ἄρα περὶ γυναικῶν τε καὶ παίδων παντὶ δῆλον ὅτι κοινὰ τὰ φίλων ἔξαι. Οὐκοῦν ὀρθῶς, ἔφην, ὦ Ἀδείμαντε; Ναί, ἦ δ' ὅς. ἀλλὰ τὸ ὀρθῶς τοῦτο, ὡς περ τἆλλα, λόγου δεῖται, τίς ὁ τρόπος τῆς κοινωνίας· πολλοὶ γὰρ ἂν γένοιντο. μὴ οὖν παρῇς ὃν τινα σὺ λέγεις. ὡς ἡμεῖς πάλαι περιμένομεν οἰόμενοί σέ που μνησθήσεσθαι παιδοποιίας τε πέρι, πῶς παιδοποιήσονται, καὶ γενομένους πῶς θρέψουσι, καὶ ὅλην ταύτην ἣν λέγεις κοινωνίαν γυναικῶν τε καὶ παίδων· μέγα γάρ τι οἰόμεθα φέρειν καὶ ὅλον εἰς πολιτείαν ὀρθῶς ἢ μὴ ὀρθῶς γιγνόμενον. νῦν οὖν ἐπεὶ δὴ ἄλλης ἐπιλαμβάνει πολιτείας πρὶν ταῦτα ἱκανῶς διελέσθαι, δέδοκται ἡμῖν τοῦτο ὃ σὺ ἤκουσας, τὸ σὲ μὴ μεθιέναι πρὶν ἂν ταῦτα πάντα ὡς περ τἆλλα διέλθῃς.

an quid agemus? Cui Adimantus altius respondens, Minime, inquit. Ad haec ego: Quidnam istud est, quod non vultis permittere? *Adi.* Te. *So.* Quid maxime? *Adi.* Declinare nempe nobis videris, speciemque totam disputationis huius non minimam subticere, ne nobis exponas, atque subripere: putansque latere nos negligenter dixisti, de uxoribus quidem et pueris constabit omnibus, omnia sicut inter amicos communia esse debere. *So.* An non recte dixi, o Adimante? *Adi.* Recte nimirum: sed quemadmodum in aliis, ita in hoc explanare oportet, qua ratione ita se recte id habeat, quis communionis modus sit. nam multi esse possunt. ne igitur id praetermittas, quo minus nobis aperias, quem tu potissimum dicas. Profecto nos diu iam exspectamus, sperantes expositurum te tam circa filiorum procreationem, quae sit generationis conditio, quam circa nutritionem, quae educationis futura sit ratio: qualisque debeat esse haec omnis, quam tu dicis, mulierum filiorumque communio. plurimum quippe, immo vero totum refert istud ad rem publicam ducimus, rectene an non recte agatur. Nunc autem cum rem publicam aliam aggrediaris, priusquam haec sufficienter tractaveris, visum id nobis est, quod et ipse audisti ne te aliud quicquam aggredi permittamus, antequam haec omnia, quemadmodum alia, exposueris.

Καὶ ἐμὲ τοίνυν, ὁ Γλαύκων ἔφη, κοινωνὸν τῆς ψήφου ταύτης τίθετε. Ἀμέλει, ἔφη ὁ Θρασύμαχος, πᾶσι ταῦτα δεδογμένα ἡμῖν νόμιζε, ὦ Σώκρατες. Οἷον, ἦν δ' ἐγώ, εἰργάσασθε ἐπιλαβόμενοί μου! ὅσον λόγον πάλιν, ὡς περ ἐξ ἀρχῆς, κινεῖτε περὶ τῆς πολιτείας! ἧν ὡς ἤδη διεληλυθὼς ἔγωγε ἔχαιρον, ἀγαπῶν εἴ τις ἐάσοι ταῦτα ἀποδεξάμενος ὡς τότε ἐρρήθη. ἃ νῦν ὑμεῖς παρακαλοῦντες οὐκ ἴσε ὅσον ἐσμὸν λόγων ἐπεγείρετε· ὃν ὁρῶν ἐγὼ παρῆκα τότε, μὴ παράσχοι πολὺν ὄχλον. Τί δέ; ἦ δ' ὃς ὁ Θρασύμαχος· χρυσοχοήσοντας οἴει τούσδε νῦν ἐνθάδε ἥκειν ἢ ἄλλ' οὐ λόγων ἀκουσομένους; Ναί, εἶπον, μετρίων γε. Μέτρον δέ γ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Γλαύκων, τοιούτων λόγων ἀκούειν ὅλος ὁ βίος νοῦν ἔχουσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἡμέτερον ἔα· σὺ δὲ περὶ ὧν ἐρωτῶμεν μηδαμῶς ἀποκάμῃς, ἢ σοι δοκεῖ διεξιών, τίς ἡ κοινωνία τοῖς φύλαξιν ἡμῖν παίδων τε πέρι καὶ γυναικῶν ἕξαι, καὶ τροφῆς νέων ἔτι ὄντων τῆς ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ γιγνομένης· γενέσεώς τε καὶ παιδείας, ἡ δὴ ἐπιπονωτάτη δοκεῖ εἶναι. πειρῶ οὖν εἰπεῖν τίνα τρόπον δεῖ γίγνεσθαι αὐτήν. Οὐ ῥᾴδιον,

Glau. Me quoque vobiscum sentire existimate. *Thra.* In hoc procul dubio nos convenire omnes, o Socrates, puta. *So.* Quid agitis, obsecro, qui me ita revocatis? quam gravem rursus, tanquam a principio, disputationem de re publica suscitatis! Nempe ego, quasi hanc iam peregissem, mecum ipse congratulatus sum, satis mihi esse factum existimans, si quis nunc dimittat haec suscipiens, quemadmodum supra dixi. quae vos nunc exigentes nescitis quam frequens disputationum instigetis examen. quod ego tunc prospiciens, libens cessi ac praetermisi, ne crebro nos tumultu turbaret. *Thra.* An convenisse huc hos arbitraris, o Socrates, ut aurum funderent, potius quam ut sermones audirent? *So.* Ut sermones audirent quidem, sed moderatos. *Glau.* Modus certe et terminus horum sermonum audiendorum, o Socrates, omnis vita est viris meatem habentibus. Sed nos quidem mitte: tu vero ne graveris, si tibi videtur, ea, quae perquirimus, declarare, quae nostris custodibus circa mulieres et filios sit futura communio, quaeve nutriendorum puerorum ratio eo ipso in tempore adhibenda, quod generationem inter et disciplinam labitur, quae laboriosissima certe esse videtur. conare, quaesumus, nobis haec aperire. *So.* Haud facile, o vir beate, expli-

ὦ εὔδαιμον, ἦν δ' ἐγώ, διελθεῖν· πολλὰς γὰρ ἀπιστίας ἔχει ἔτι μᾶλλον τῶν ἔμπροσθεν ὧν διήλθομεν. καὶ γὰρ ὡς δυνατὰ λέγεται, ἀπιστοῖτ' ἄν· καὶ εἰ ὅτι μάλιστα γένοιτο, ὡς ἄριστ' ἂν εἴη ταῦτα, καὶ ταύτῃ ἀπιστήσεται. διὸ δὴ καὶ ὄκνος τις αὐτῶν ἅπτεσθαι, μὴ εὐχὴ δοκῇ εἶναι ὁ λόγος, ὦ φίλε ἑταῖρε. Μηδέν, ἦ δ' ὅς, ὄκνει· οὔτε γὰρ ἀγνώμονες οὔτε ἄπιστοι οὔτε δύσνοι οἱ ἀκουσόμενοι. Καὶ ἐγὼ εἶπον Ὦ ἄριστε, ἦ που βουλόμενός με παραθαῤῥύνειν λέγεις; Ἔγωγ', ἔφη. Ἴθι τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τοὐναντίον ποιεῖς. πιστεύοντος μὲν γὰρ ἐμοῦ ἐμοὶ εἰδέναι ἃ λέγω, καλῶς εἶχεν ἡ παραμυθία· ἐν γὰρ φρονίμοις τε καὶ φίλοις περὶ τῶν μεγίστων τε καὶ φίλων τἀληθῆ εἰδότα λέγειν ἀσφαλὲς καὶ θαῤῥαλέον, ἀπιστοῦντα δὲ καὶ ζητοῦντα ἅμα τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, ὃ ὑπ' ἐγὼ δρῶ, φοβερόν τε καὶ σφαλερόν, οὔ τι γέλωτα ὄφλειν — παιδικὸν γὰρ τοῦτό γε —, ἀλλὰ μὴ σφαλεὶς τῆς ἀληθείας οὐ μόνον αὐτὸς ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους ξυνεπισπασάμενος κείσομαι· περὶ ἃ ἥκιστα δεῖ σφάλλεσθαι. προσεύχομαι δὲ Ἀδραστείαν, ὦ Γλαύκων, χάριν οὗ μέλλω λέγειν· ἐλπίζω γὰρ οὖν ἔλαττον ἁμάρτημα ἀκουσίως τινὸς φονέα γενέσθαι ἢ ἀπατεῶνα

quri haec possunt. plures enim in his, quam in superioribus, insunt ambiguitates. primo quidem, an fieri haec possint, dubitaretur. quin etiam si possint, utrum optima ista sint, et quomodo, dubitabitur. quapropter difficultas haec me debortatur, verentem, o dulcis amice, ne votum quoddam et fictio esse mea haec oratio videatur. *Glau.* Ne pigeat, obsecro. neque enim auditores habes ingratos vel incredulos vel malevolos. *So.* O vir optime, ut exhorteris me, haec affers? *Glau.* Nempe. *So.* Contra facis omnino. nam si mecum ipse confiderem, nosse ea, quae dico, recta esset haec consolatio. nempe tutum est et audendum, inter amicos prudentesque viros, vera quae quis cognoscit, de maximis pretiosisque rebus pronuntiare. cum diffidentia vero et ambiguitate verba facere, quemadmodum ipse facio, metuendum est et fallax: haud formidandum, inquam, ne risum audientibus moveam: nam puerile id quidem: sed ne a vero procul aberrans et ipse falsitati succumbam, et amicos mecum traham in ruinam, et in his una decipiamur, in quibus minime omnium errare conveniat. Adoro itaque supplex Adrastiam ob ea, quae dicturus sum, Glauco. reor enim minus eum delinquere, qui non sponte ali-

καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν καὶ δικαίων καὶ νομίμων πέρι. τοῦτο οὖν τὸ κινδύνευμα κινδυνεύειν ἐν ἐχθροῖς κρεῖττον ἢ φίλοις, ὥστε οὐκ εὖ με παραμυθεῖ. Καὶ ὁ Γλαύκων γελάσας Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, ἔφη, ἐάν τι πάθωμεν πλημμελὲς ὑπὸ τοῦ λόγου, ἀφίεμέν σε ὡς περ φόνου καθαρὸν εἶναι καὶ μὴ ἀπατεῶνα ἡμῶν. ἀλλὰ θαῤῥήσας λέγε. Ἀλλὰ μέντοι, εἶπον, καθαρός γε καὶ ἐκεῖ ὁ ἀφεθείς, ὡς ὁ νόμος λέγει· εἰκὸς δέ γε, εἴ περ ἐκεῖ, κἀνθάδε. Λέγε τοίνυν, ἔφη, τούτου γ' ἕνεκα. Λέγειν δή, ἔφην ἐγώ, χρὴ ἀνάπαλιν ὧν νῦν, ἃ τότε ἴσως ἔδει ἐφεξῆς λέγειν. τάχα δὲ οὕτως ἂν ὀρθῶς ἔχοι, μετὰ ἀνδρεῖον θρᾶμα παντελῶς διαπεραν θὲν τὸ γυναικεῖον αὖ περαίνειν, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ σὺ οὕτω προκαλεῖ.

Ἀνθρώποις γὰρ φῦσι καὶ παιδευθεῖσιν ὡς ἡμεῖς διήλθομεν, κατ' ἐμὴν δόξαν οὐκ ἔστ' ἄλλη ὀρθὴ παίδων τε καὶ γυναικῶν κτῆσίς τε καὶ χρεία ἢ κατ' ἐκείνην τὴν ὁρμὴν ἰοῦσιν ἣν περ τὸ πρῶτον ὡρμήσαμεν. ἐπεχειρήσαμεν δέ που ὡς ἀγέλης φύλακας τοὺς ἄνδρας καθιστάναι τῷ λόγῳ. Νυί. Ἀκολουθῶμεν τοίνυν καὶ τὴν γέ- 10 νεσιν καὶ τροφὴν παραπλησίαν ἀποδιδόντες, καὶ σκοπῶμεν εἰ ἡμῖν πρέπει ἢ οὔ. Πῶς; ἔφη. Ὧδε. τὰς

quem perimit, quam qui circa constitutiones de honestis et bonis iustisque fallit. hoc autem discrimen subire praestat inter inimicos homines quam amicos. quare melius, o Glauco, me consolare. *Glau.* At enim, o Socrates, si quo pacto nos ex hac disputatione errare contigerit, absolvemus te velut ab homicidio, et insontem in hac deceptione pronuntiabimus. ergo audacter disputationem ingredere. *So.* Porro innocens est, qui illic absolvitur, ut leges docent. ergo et qui hic absolvitur, innocens. *Glau.* Dic itaque hanc ob causam. *So.* Dicere nunc rursus oportet, quae forte deinceps dicenda erant. forte autem operae pretium est, posteaquam integrum virile opus expressimus, deinceps quae sunt mulierum referre: praesertim cum ad hoc ipse me cohorteris. Hominibus quidem natis eruditis, quemadmodum supra narravimus, ut mea fert opinio, nulla est alia recta filiorum mulierumque adeptio atque usus quam ea via gradientibus, quam ipsi a principio ingressi sumus. etenim conati sumus, tanquam gregi custodes, viros sermone praeficere. *Glau.* Nempe. *So.* Sequamur igitur, generationem nutritionemque quam simillimam adhibentes: consideremusque, utrum ita deceat necne? *Glau.* Quonam pacto? *So.* Ita:

θηλείας τῶν φυλάκων κυνῶν πότερα ξυμφυλάττειν οἰόμεθα δεῖν ἃ περ ἂν οἱ ἄῤῥενες φυλάττωσι καὶ ξυνθηρεύειν καὶ τἆλλα κοινῇ πράττειν, ἢ τὰς μὲν οἰκουρεῖν ἔνδον ὡς ἀδυνάτους διὰ τὸν τῶν σκυλάκων τόκον τε καὶ τροφήν, τοὺς δὲ πονεῖν τε καὶ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ἔχειν περὶ τὰ ποίμνια; Κοινῇ, ἔφη, πάντα· πλὴν ὡς ἀσθενεστέραις χρώμεθα, τοῖς δὲ ὡς ἰσχυροτέροις. Οἷόν τ' οὖν, ἔφην ἐγώ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ χρῆσθαί τινι ζώῳ, ἂν μὴ τὴν αὐτὴν τροφήν τε καὶ παιδείαν ἀποδιδῷς; Οὐχ οἷόν τε. Εἰ ἄρα ταῖς γυναιξὶν ἐπὶ ταὐτὰ χρησόμεθα καὶ τοῖς ἀνδράσι, ταὐτὰ καὶ διδακτέον αὐτάς; Ναί. Μουσικὴ μὲν ἐκείνοις τε καὶ γυμναστικὴ ἐδόθη; Ναί. Καὶ ταῖς γυναιξὶν ἄρα τούτω τὼ τέχνα καὶ τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἀποδοτέον, καὶ χρηστέον κατὰ ταὐτά; Εἰκὸς ἐξ ὧν λέγεις, ἔφη. Ἴσως δή, εἶπον, παρὰ τὸ ἔθος γέλοια ἂν φαίνοιτο πολλὰ περὶ τὰ νῦν λεγόμενα, εἰ πεπράξεται ἢ λέγεται. Καὶ μάλα, ἔφη. Τί, ἦν δ' ἐγώ, γελοιότατον αὐτῶν ὁρᾷς; ἢ δῆλα δὴ ὅτι γυμνὰς τὰς γυναῖκας ἐν ταῖς παλαίστραις γυμναζομένας μετὰ τῶν ἀνδρῶν, οὐ μόνον τὰς νέας ἀλλὰ καὶ ἤδη τὰς πρεσβυτέρας, ὡς

utrum inter canes gregis custodes feminas ipsas censemus una eadem custodire debere, quae et mares, et una venari, ac cetera omnia communiter facere: an feminas quidem intus quasi domestica adservare, tanquam ad forensia opera impotentes, propter ipsum catulorum partum et nutrimentum: masculos autem labores subire omnemque armenti curam gerere? *Glau.* Communiter his omnia tribuimus: nisi quod feminis ut imbecillioribus, maribus ut robustioribus utimur. *So.* Fierine potest, ut animali aliquo ad eadem utaris, nisi eadem ratione nutriveris erudierisque? *Glau.* Nullo modo. *So.* Si ergo feminis ad eadem utemur ac viris, in eisdem erudire decet. *Glau.* Certe. *So.* Musica autem et gymnastica viros in superioribus erudivimus. *Glau.* Sane. *So.* Mulieribus igitur artes hae similiter et res bellicae tribuendae sunt, ad eademque uti his decet. *Glau.* Consentaneum istud quidem ex his, quae dicis. *So.* Forsitan multa praeter consuetudinem ridicula videbuntur dicta circa ea, quae nunc induximus, si agantur vel dicantur. *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Quid in his maxime ridiculum cernis? an quia nudas feminas conspecturus sis in palaestris cum viris certantes, non modo iuvenes, sed et vetulas:

περ τοὺς γέροντας ἐν τοῖς γυμνασίοις, ὅταν ῥυσοὶ καὶ μηδὲ ἡδεῖς τὴν ὄψιν ὅμως φιλογυμναζῶσιν; Νὴ τὸν Δί', ἔφη· γέλοιον γὰρ ἄν, ὡς γε ἐν τῷ παρεζῶτι, φανείη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἐπεί περ ὡρμήσαμεν λέγειν, οὐ φοβητέον τὰ τῶν χαριέντων σκώμματα, ὅσα καὶ οἷ' ἂν εἴποιεν εἰς τὴν τοιαύτην μεταβολὴν γενομένην ἂν καὶ περὶ τὰ γυμνάσια καὶ περὶ μουσικὴν καὶ οὐκ ἐλάχιστα περὶ τὴν τῶν ὅπλων σχέσιν καὶ ἵππων ὀχήσεις; Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Ἀλλ' ἐπεί περ λέγειν ἠρξάμεθα, ποῥρεντέον πρὸς τὸ τραχὺ τοῦ νόμου, δεηθεῖσί τε τούτων μὴ τὰ αὐτῶν πράττειν ἀλλὰ σπουδάζειν, καὶ ὑπομνήσασιν ὅτι οὐ πολὺς χρόνος ἐξ οὗ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόκει αἰσχρὰ εἶναι καὶ γέλοια ἅ περ νῦν τοῖς πολλοῖς τῶν βαρβάρων, γυμνοὺς ἄνδρας ὁρᾶσθαι. καὶ ὅτε ἤρχοντο τῶν γυμνασίων πρῶτοι μὲν Κρῆτες, ἔπειτα Λακεδαιμόνιοι, ἐξῆν τοῖς τότε ἀστείοις πάντα ταῦτα κωμῳδεῖν. ἢ οὐκ οἴει; Ἔγωγε. Ἀλλ' ἐπειδή, οἶμαι, χρωμένοις ἄμεινον τὸ ἀποδύεσθαι τοῦ συγκαλύπτειν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐφάνη, καὶ τὸ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς δὴ γέλοιον ἐξεῤῥύη ὑπὸ τοῦ ἐν τοῖς λόγοις μηνυθέντος ἀρί-

quemadmodum senes viros in gymnasiis, quando una exercentur, licet iam rugosi veternosique sint? *Glau.* Ita per Iovem. Nam ridendum id quidem, ut nunc res sunt, videatur. *So.* Nos igitur, postquam dicere coepimus, haudquaquam vereri debemus facetorum hominum dicacitates, quotcunque et qualescunque iaciant adversus huiusmodi mutationem, quam circa musicam gymnasticamque inducimus, neque minus circa armaturam equestremque facultatem. *Glau.* Probe loqueris. *So.* Ergo postquam dicere coepimus, pergamus ad legis severitatem, rogantes istos, ne solito more nugentur, sed seria cogitent, admonentesque haud longum praeterisse tempus, ex quo Graecis turpia ac ridicula videbantur, quae hodie barbarorum plerisque ridenda videntur, nudos videlicet spectare viros. et quando primum exercitationes huiusmodi aggressi fuerunt, in primis quidem Cretenses, deinde etiam Lacedaemonii, licebat profecto urbanis viris, qui tunc erant, haec omnia carpere. an non putas? *Glau.* Equidem. *So.* Verum postquam, ut arbitror, utentibus visum est commodius nudato corpore quam operto homines exerceri, factum est ut, quia optimum id ratione fuerat iudicatum, oculis ridiculum minime videretur. ex quo perspicuum

Οὐκοῦν καὶ τὸ μὲν δίκαια πράττειν δικαιοσύνην ἐμποιεῖ, τὸ δ' ἄδικα ἀδικίαν; Ἀνάγκη. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ὑγίειαν ἐμποιεῖν τὰ ἐν τῷ σώματι κατὰ φύσιν καθιζάναι κρατεῖν τε καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων, τὸ δὲ νόσον παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ' ἄλλου. Ἔστι γάρ. Οὐκοῦν αὖ, ἔφην, τὸ δικαιοσύνην ἐμποιεῖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ κατὰ φύσιν καθιζάναι κρατεῖν τε καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων, τὸ δὲ ἀδικίαν παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ' ἄλλου; Κομιδῇ, ἔφη. Ἀρετὴ μὲν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὑγιειά τέ τις ἂν εἴη καὶ 1
κάλλος καὶ εὐεξία ψυχῆς, κακία δὲ νόσος τε καὶ αἶσχος καὶ ἀσθένεια. Ἔστιν οὕτως. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τὰ μὲν καλὰ ἐπιτηδεύματα εἰς ἀρετῆς κτῆσιν φέρει, τὰ δ' αἰσχρὰ εἰς κακίας; Ἀνάγκη.

Τὸ δὴ λοιπὸν ἤδη, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἐξὶ σκέψασθαι
445 πότερον αὖ λυσιτελεῖ δικαιά τε πράττειν καὶ καλὰ ἐπιτηδεύειν καὶ εἶναι δίκαιον, ἐάν τε λανθάνῃ ἐάν τε μὴ τοιοῦτος ὤν, ἢ ἀδικεῖν τε καὶ ἄδικον εἶναι, ἐάν περ μὴ δι-δῷ δίκην μηδὲ βελτίων γίγνηται κολαζόμενος. Ἀλλ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, γέλοιον ἔμοιγε φαίνεται τὸ σκέμμα 2
γίγνεσθαι ἤδη, εἰ τοῦ μὲν σώματος τῆς φύσεως δια-

Similiter quoque iusta agere iustitiam gignit in animo, iniusta facere iniustitiam. *Glau.* Necesse est. *So* Est autem sanitatem inferre, ita, quae in corpore sunt, disponere, ut secundum naturae ipsius ordinem invicem superentur et superent: morbum autem inducere usque adeo corporis partes inficere, ut contra naturae legem dominentur inter se subiicianturque. *Glau.* Est ita. *So.* Eadem ratione iustitiam praestare cuiquam, nihil est aliud, quam animi partes in ordinem suum digerere, ut ad naturae normam pareant atque imperent: iniustitiam vero, ut contra naturam exsuperent invicem ac succumbant. *Glau.* Prorsus. *So.* Virtus igitur, ut apparet, sanitas quaedam est et pulchritudo et robustus animi vigor: pravitas contra morbus, turpitudo et imbecillitas. *Glau.* Est, ut dicis. *So.* Nonne igitur exercitationes honestae ad virtutem acquirendam conducunt, turpes ad pravitatem deducunt? *Glau.* Necesse est. *So.* Restat, ut videtur, discutiendum, nunquid prosint agere iusta, honesta colere, esse iustum, sive occultum id cuique sit sive non: an iniuriari et iniustum essè, si modo non det poenas neque fiat ex punitione melior. *Glau.* Mihi quidem, o Socrates, ridicula disceptatio ista fore videtur, siquidem corporis natura corrupta videtur

φθειρομένης δοκεῖ οὐ βιωτὸν εἶναι οὐδὲ μετὰ πάντων σιτίων τε καὶ ποτῶν καὶ παντὸς πλούτου καὶ πάσης ἀρχῆς, τῆς δὲ αὐτοῦ τούτου ᾧ ζῶμεν φύσεως ταραττομένης καὶ διαφθειρομένης βιωτὸν ἄρα ἕξει, ἐάν πέρ τις ποιῇ ὃ ἂν βουληθῇ ἄλλο πλὴν τοῦτο ὁπόθεν κακίας μὲν καὶ ἀδικίας ἀπαλλαγήσεται, δικαιοσύνην δὲ καὶ ἀρετὴν κτήσεται, ἐπειδή περ ἐφάνη γε ὄντα ἑκάτερα οἷα ἡμεῖς διεληλύθαμεν. Γελοῖον γάρ, ἦν δ' ἐγώ. ἀλλ' ὅμως ἐπεί περ ἐνταῦθα ἐληλύθαμεν, ὅσον οἷόν τε σαφέστατα κατιδεῖν ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, οὐ χρὴ ἀποκάμνειν. Ἧκιστα νὴ τὸν Δία, ἔφη, πάντων ἀποκμητέον. Δεῦρο νῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἵνα καὶ ἴδῃς ὅσα καὶ εἴδη ἔχει ἡ κακία, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἃ γε δὴ καὶ ἄξια θέας. Ἕπομαι, ἔφη· μόνον λέγε. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ὡς περ ἀπὸ σκοπιᾶς μοι φαίνεται, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἀναβεβήκαμεν τοῦ λόγου, ἓν μὲν εἶναι εἶδος τῆς ἀρετῆς, ἄπειρα δὲ τῆς κακίας, τέτταρα δ' ἂν αὐτοῖς ἄττα ὧν καὶ ἄξιον ἐπιμνησθῆναι. Πῶς λέγεις; ἔφη. Ὅσοι, ἦν δ' ἐγώ, πολιτειῶν τρόποι εἰσὶν εἴδη ἔχοντες, τοσοῦτοι κινδυνεύουσι καὶ ψυχῆς τρόποι εἶναι. Πόσοι δή; ἔφη· πέντε μέν, ἦν δ' ἐγώ, πολιτειῶν, πέντε δὲ ψυχῆς. Λέγε, ἔφη, τίνες. Λέγω,

non esse vivendum, neque etiam in summa epularum et poculorum omnium affluentia, cunctis divitiis et totius orbis imperio, natura vera eius, quo vivimus, polluta atque corrupta num vivendum erit, si quis quodcunque lubet, aliud agat quam hoc unum, unde ab improbitate iniquitateque liberetur, iustitiam vero et probitatem adipiscatur? postquam talia haec utraque, qualia narravimus, apparuerunt. *So.* Ridicula profecto. Verum postea quam eo devenimus, ut, quam certissime fieri potest, quod haec ita se habent, perspiciamus, minime desistendum. *Glau.* Per Iovem minime omnium. *So.* Age iam, huc accede, ut videas, quot species improbitas habet, ut mihi videtur. Attende nunc. nempe haec digna conspectu. *Glau.* Sequor equidem: dicas modo. *So.* Atqui tanquam e specula quadam, postquam huc ratiocinando conscendimus, una mihi species virtutis ocurrit, pravitatis innumerae. ex quibus quatuor quidam modi potissimum sese offerunt, quorum meminisse oportet. *Glau.* Quomodo istud ais? *So.* Quot sane rerum publicarum modi sunt species suas habentes, totidem esse et animae ipsius apparent. *Glau.* Quot? *So.* Quinque rerum publicarum, quinque rursus et animae. *Glau.* Dic quales. *So.*

εἶπον, ὅτι εἷς μὲν οὗτος ὃν ἡμεῖς διεληλύθαμεν πολιτείας εἴη ἂν τρόπος, ἐπονομασθείη δ' ἂν καὶ διχῇ. ἐγγενομένου μὲν γὰρ ἀνδρὸς ἑνὸς ἐν τοῖς ἄρχουσι διαφέροντος βασιλεία ἂν κληθείη, πλειόνων δὲ ἀριστοκρατία. Ἀληθῆ, ἔφη. Τοῦτο μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἓν εἶδος λέγω· οὔτε γὰρ ἂν πλείους οὔτε εἷς ἐγγενόμενος κινήσειεν ἂν τῶν ἀξίων λόγου νόμων τῆς πόλεως, τροφῇ τε καὶ παιδείᾳ χρησάμενος ᾗ διήλθομεν. Οὐ γὰρ εἰκός, ἔφη.

Unum aliquem reipublicae modum esse hunc assero, quem exposuimus: duabus vero appellationibus declarari potest. nam si inter principes civitatis unus quidam sit omnium praestantissimus, regnum vocabitur: sin autem plures, gubernatio appellabitur optimatum. *Glau.* Vera narras. *So.* Hanc unam ideo speciem esse dico, quia sive plures gubernent sive unus, nullus, qui ita, ut diximus, educatus et eruditus fuerit, quicquam existimatione dignum in rei publicae legibus permutabit. *Glau.* Neque enim consentaneum esset.

E.

Ἀγαθὴν μὲν τοίνυν τὴν τοιαύτην πόλιν τε καὶ πολι- 449
τείαν καὶ ὀρθὴν καλῶ, καὶ ἄνδρα τὸν τοιοῦτον· κακὰς
δὲ τὰς ἄλλας καὶ ἡμαρτημένας, εἴ περ αὕτη ὀρθή, περί
τε πόλεων διοικήσεις καὶ περὶ ἰδιωτῶν ψυχῆς τρόπου
κατασκευήν, ἐν τέτταρσι πονηρίας εἴδεσιν οὔσας. Ποί-
ας δὴ ταύτας; ἔφη.

Καὶ ἐγὼ μὲν ἤα τὰς ἐφεξῆς ἑρῶν, ὡς μοι ἐφαί-
νοντο ἕκασαι ἐξ ἀλλήλων μεταβαίνειν· ὁ δὲ Πολέμαρ-
χος — σμικρὸν γὰρ ἀπωτέρω τοῦ Ἀδειμάντου καθῆσο
— ἐκτείνας τὴν χεῖρα καὶ λαβόμενος τοῦ ἱματίου
ἄνωθεν αὐτοῦ παρὰ τὸν ὦμον, ἐκεῖνόν τε προσηγάγετο
καὶ προτείνας ἑαυτὸν ἔλεγεν ἄττα προσκεκυφώς, ὧν ἄλ-
λο μὲν οὐδὲν κατηκούσαμεν, τόδε δέ, Ἀφήσομεν οὖν,

Bonam equidem civitatem huiusmodi rectamque rempublicam voco, virumque talem bonum esse dico. ac si recta haec res publica est, alias pravas appello, utpote quae circa civitatis ipsius gubernationem et privatorum disciplinam aberrent: quae quidem in quatuor speciebus pravitatis sunt. *Glau.* Quaenam istae? Tunc ego narrare pergebam, qua ratione mihi singulae ex sese invicem dependere viderentur. Verum Polemarchus (paulo enim a me remotior erat quam Adimantus, Adimanti post tergum sedens) extendit manum, prehendensque superne pallium Adimanti circa humeros, et eum paulisper ad se traxit, et os ad aures eius admovit, submissa voce susurrans. ex his autem, quae dixerit, nihil ipsi percepimus nisi id unum, quod ait Permittemusne?

ἔφη, ἤ τι δράσομεν; Ἥκιστά γε, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος μέγα ἤδη λέγων. Καὶ ἐγώ, Τί μάλιστα, ἔφην, ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε; Σέ, ἦ δ' ὅς. Ἔτι ἐγὼ εἶπον, τί μάλιστα; Ἀποῤῥαθυμεῖν ἡμῖν δοκεῖς, ἔφη, καὶ εἶδος ὅλον οὐ τὸ ἐλάχιστον ἐκκλέπτειν τοῦ λόγου, ἵνα μὴ διέλθῃς, καὶ λήσειν οἰηθῆναι εἰπὼν αὐτὸ φαύλως, ὡς ἄρα περὶ γυναικῶν τε καὶ παίδων παντὶ δῆλον ὅτι κοινὰ τὰ φίλων ἔξαι. Οὐκοῦν ὀρθῶς, ἔφην, ὦ Ἀδείμαντε; Ναί, ἦ δ' ὅς. ἀλλὰ τὸ ὀρθῶς τοῦτο, ὥς περ τἆλλα, λόγου δεῖται, τίς ὁ τρόπος τῆς κοινωνίας· πολλοὶ γὰρ ἂν γένοιντο. μὴ 10
οὖν παρῇς ὅν τινα σὺ λέγεις. ὡς ἡμεῖς πάλαι περιμένομεν οἰόμενοί σέ που μνησθήσεσθαι παιδοποιίας τε πέρι, πῶς παιδοποιήσονται, καὶ γενομένους πῶς θρέψουσι, καὶ ὅλην ταύτην ἣν λέγεις κοινωνίαν γυναικῶν τε καὶ παίδων· μέγα γάρ τι οἰόμεθα φέρειν καὶ ὅλον εἰς πολιτείαν ὀρθῶς ἢ μὴ ὀρθῶς γιγνόμενον. νῦν οὖν ἐπειδὴ ἄλλης ἐπιλαμβάνει πολιτείας πρὶν ταῦτα ἱκανῶς διελέσθαι, δέδοκται ἡμῖν τοῦτο ὃ σὺ ἤκουσας, τὸ σὲ μὴ μεθιέναι πρὶν ἂν ταῦτα πάντα ὥς περ τἆλλα διέλθῃς.

an quid agemus? Cui Adimantus altius respondens, Minime, inquit. Ad haec ego: Quidnam istud est, quod non vultis permittere? *Adi.* Te. *So.* Quid maxime? *Adi.* Declinare nempe nobis videris, speciemque totam disputationis huius non minimam subticere, ne nobis exponas, atque subripere: putansque latere nos negligenter dixisti, de uxoribus quidem et pueris constabit omnibus, omnia sicut inter amicos communia esse debere. *So.* An non recte dixi, o Adimante? *Adi.* Recte nimirum: sed quemadmodum in aliis, ita in hoc explanare oportet, qua ratione ita se recte id habeat, quis communionis modus sit. nam multi esse possunt. ne igitur id praetermittas, quo minus nobis aperias, quem tu potissimum dicas. Profecto nos diu iam exspectamus, sperantes expositurum te tam circa filiorum procreationem, quae sit generationis conditio, quam circa nutritionem, quae educationis futura sit ratio: qualisque debeat esse haec omnis, quam tu dicis, mulierum filiorumque communio. plurimum quippe, immo vero totum refert istud ad rem publicam ducimus, rectene an non recte agatur. Nunc autem cum rem publicam aliam aggrediaris, priusquam haec sufficienter tractaveris, visum id nobis est, quod et ipse audisti ne te aliud quicquam aggredi permittamus, antequam haec omnia, quemadmodum alia, exposueris.

Καὶ ἐμὲ τοίνυν, ὁ Γλαύκων ἔφη, κοινωνὸν τῆς ψήφου ταύτης τίθετε. Ἀμέλει, ἔφη ὁ Θρασύμαχος, πᾶσι ταῦτα δεδογμένα ἡμῖν νόμιζε, ὦ Σώκρατες. Οἷον, ἦν δ' ἐγώ, εἰργάσασθε ἐπιλαβόμενοί μου! ὅσον λόγον πάλιν, ὡς περ ἐξ ἀρχῆς, κινεῖτε περὶ τῆς πολιτείας! ἦν ὡς ἤδη διειληλυθὼς ἔγωγε ἔχαιρον, ἀγαπῶν εἴ τις ἐάσοι ταῦτα ἀποδεξάμενος ὡς τότε ἐρρήθη. ἃ νῦν ὑμεῖς παρακαλοῦντες οὐκ ἴσε ὅσον ἐσμὸν λόγων ἐπεγείρετε· ὃν ὁρῶν ἐγὼ παρῆκα τότε, μὴ παράσχοι πολὺν ὄχλον. Τί δέ; ἦ δ' ὅς ὁ Θρασύμαχος· χρυσοχοήσοντας οἴει τούσδε νῦν ἐνθάδε ἥκειν ἢ ἄλλ' οὐ λόγων ἀκουσομένους; Ναί, εἶπον, μετρίων γε. Μέτρον δὲ γ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Γλαύκων, τοιούτων λόγων ἀκούειν ὅλος ὁ βίος νοῦν ἔχουσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἡμέτερον ἔα· σὺ δὲ περὶ ὧν ἐρωτῶμεν μηδαμῶς ἀποκάμῃς, ἢ σοι δοκεῖ διεξιών, τίς ἡ κοινωνία τοῖς φύλαξιν ἡμῖν παίδων τε πέρι καὶ γυναικῶν ἔσαι, καὶ τροφῆς νέων ἔτι ὄντων τῆς ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ γιγνομένης· γενέσεώς τε καὶ παιδείας, ἣ δὴ ἐπιπονωτάτη δοκεῖ εἶναι. πειρῶ οὖν εἰπεῖν τίνα τρόπον δεῖ γίγνεσθαι αὐτήν. Οὐ ῥᾴδιον,

Glau. Me quoque vobiscum sentire existimate. *Thra.* In hoc procul dubio nos convenire omnes, o Socrates, puta. *So.* Quid agitis, obsecro, qui me ita revocatis? quam gravem rursus, tanquam a principio, disputationem de re publica suscitatis! Nempe ego, quasi hanc iam peregissem, mecum ipse congratulatus sum, satis mihi esse factum existimans, si quis nunc dimittat haec suscipiens, quemadmodum supra dixi. quae vos nunc exigentes nescitis quam frequens disputationum instigetis examen. quod ego tunc prospiciens, libens cessi ac praetermisi, ne crebro nos tumultu turbaret. *Thra.* An convenisse huc hos arbitraris, o Socrates, ut aurum funderent, potius quam ut sermones audirent? *So.* Ut sermones audirent quidem, sed moderatos. *Glau.* Modus certe et terminus horum sermonum audiendorum, o Socrates, omnis vita est viris meatem habentibus. Sed nos quidem mitte: tu vero ne graveris, si tibi videtur, ea, quae perquirimus, declarare, quae nostris custodibus circa mulieres et filios sit futura communio, quaeve nutriendorum puerorum ratio eo ipso in tempore adhibenda, quod generationem inter et disciplinam labitur, quae laboriosissima certe esse videtur. conare, quaesumus, nobis haec aperire. *So.* Haud facile, o vir beate, expli-

ὦ εὔδαιμον, ἦν δ' ἐγώ, διελθεῖν· πολλὰς γὰρ ἀπιστίας ἔχει ἔτι μᾶλλον τῶν ἔμπροσθεν ὧν διήλθομεν. καὶ γὰρ ὡς δυνατὰ λέγεται, ἀπιστοῖτ' ἄν· καὶ εἰ ὅτι μάλιστα γένοιτο, ὡς ἄριστ' ἂν εἴη ταῦτα, καὶ ταύτῃ ἀπιστήσεται. διὸ δὴ καὶ ὄκνος τις αὐτῶν ἅπτεσθαι, μὴ εὐχὴ δοκῇ εἶναι ὁ λόγος, ὦ φίλε ἑταῖρε. Μηδέν, ἦ δ' ὅς, ὄκνει· οὔτε γὰρ ἀγνώμονες οὔτε ἄπιστοι οὔτε δύσνοι οἱ ἀκουσόμενοι. Καὶ ἐγὼ εἶπον Ὦ ἄριστε, ἦ που βουλόμενός με παραθαῤῥύνειν λέγεις; Ἔγωγ', ἔφη. Πᾶν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τοὐναντίον ποιεῖς. πιστεύοντος μὲν γὰρ ἐμοῦ ἐμοὶ εἰδέναι ἃ λέγω, καλῶς εἶχεν ἡ παραμυθία· ἐν γὰρ φρονίμοις τε καὶ φίλοις περὶ τῶν μεγίστων τε καὶ φίλων τἀληθῆ εἰδότα λέγειν ἀσφαλὲς καὶ θαῤῥαλέον, ἀπιστοῦντα δὲ καὶ ζητοῦντα ἅμα τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, ὃ ὑπ' ἐγὼ δρῶ, φοβερόν τε καὶ σφαλερόν, οὔ τι γέλωτα ὄφλειν — παιδικὸν γὰρ τοῦτό γε —, ἀλλὰ μὴ σφαλεὶς τῆς ἀληθείας οὐ μόνον αὐτὸς ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους ξυνεπισπασάμενος πείσομαι, περὶ ἃ ἥκιστα δεῖ σφάλλεσθαι. προκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν οὗ μέλλω λέγειν· ἐλπίζω γὰρ οὖν ἔλαττον ἁμάρτημα ἀκουσίως τινὸς φονέα γενέσθαι ἢ ἀπατεῶνα

ceri haec possunt. plures enim in his, quam in superioribus, insunt ambiguitates. primo quidem, an fieri haec possint, dubitaretur. quin etiam si possint, utrum optima ista sint, et quomodo, dubitabitur. quapropter difficultas haec me dehortatur, verentem, o dulcis amice, ne votum quoddam et fictio esse mea haec oratio videatur. *Glau.* Ne pigeat, obsecro. neque enim auditores habes ingratos vel incredulos vel malevolos. *So.* O vir optime, ut exhorteris me, haec affers? *Glau.* Nempe. *So.* Contra facis omnino. nam si mecum ipse confiderem, nossem ea, quae dico, recta esset haec consolatio. nempe tutum est et audendum, inter amicos prudentesque viros, vera quae quis cognoscit, de maximis pretiosisque rebus pronuntiare. cum diffidentia vero et ambiguitate verba facere, quemadmodum ipse facio, metuendum est et fallax: haud formidandum, inquam, ne risum audientibus moveam: nam puerile id quidem: sed ne a vero procul aberrans et ipse falsitati succumbam, et amicos mecum traham in ruinam, et in his una decipiamur, in quibus minime omnium errare conveniat. Adoro itaque supplex Adrastiam ob ea, quae dicturus sum, Glauco. reor enim minus eum delinquere, qui non sponte ali-

καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν καὶ δικαίων καὶ νομίμων πέρι. τοῦτο οὖν τὸ κινδύνευμα κινδυνεύειν ἐν ἐχθροῖς κρεῖττον ἢ φίλοις, ὥστε οὐκ εὖ με παραμυθεῖ. Καὶ ὁ Γλαύκων γελάσας Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, ἔφη, ἐάν τι πάθωμεν πλημμελὲς ὑπὸ τοῦ λόγου, ἀφίεμέν σε ὡς περ φόνου καθαρὸν εἶναι καὶ μὴ ἀπατεῶνα ἡμῶν. ἀλλὰ θαρρήσας λέγε. Ἀλλὰ μέντοι, εἶπον, καθαρός γε καὶ ἐκεῖ ὁ ἀφεθείς, ὡς ὁ νόμος λέγει· εἰκὸς δέ γε, εἴ περ ἐκεῖ, κἀνθάδε. Λέγε τοίνυν, ἔφη, τούτου γ' ἕνεκα. Λέγειν δή, ἔφην ἐγώ, χρὴ ἀναπαλιν αὖ νῦν, ἃ τότε ἴσως ἔδει ἐφεξῆς λέγειν, τάχα δὲ οὕτως ἂν ὀρθῶς ἔχοι, μετὰ ἀνδρεῖον θρᾶμα παντελῶς διαπεπανθὲν τὸ γυναικεῖον αὖ περαίνειν, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ σὺ οὕτω προκαλεῖ.

Ἀνθρώποις γὰρ φῦσι καὶ παιδευθεῖσιν ὡς ἡμεῖς διήλθομεν, κατ' ἐμὴν δόξαν οὐκ ἔξ' ἄλλη ὀρθὴ παίδων τε καὶ γυναικῶν κτῆσίς τε καὶ χρεία ἢ κατ' ἐκείνην τὴν ὁρμὴν ἰοῦσιν ἣν περ τὸ πρῶτον ὡρμήσαμεν. ἐπεχειρήσαμεν δέ που ὡς ἀγέλης φύλακας τοὺς ἄνδρας καθιστάναι τῷ λόγῳ. Νυί. Ἀκολουθῶμεν τοίνυν καὶ τὴν γόνεσιν καὶ τροφὴν παραπλησίαν ἀποδιδόντες, καὶ σκοπῶμεν εἰ ἡμῖν πρέπει ἢ οὔ. Πῶς; ἔφη. Ὧδε. τὰς

quem perimit, quam qui circa constitutiones de honestis et honis iustisque fallit. hoc autem discrimen subire praestat inter inimicos homines quam amicos. quare melius, o Glauco, me consolare. *Glau.* At enim, o Socrates, si quo pacto nos ex hac disputatione errare contigerit, absolvemus te velut ab homicidio, et insontem in hac deceptione pronuntiabimus. ergo audacter disputationem ingredere. *So.* Porro innocens est, qui illic absolvitur, ut leges docent. ergo et qui hic absolvitur, innocens. *Glau.* Dic itaque hanc ob causam. *So.* Dicere nunc rursus oportet, quae forte deinceps dicenda erant. forte autem operae pretium est, posteaquam integrum virile opus expressimus, deinceps quae sunt mulierum referre: praesertim cum ad hoc ipse me cohorteris. Hominibus quidem natis eruditis, quemadmodum supra narravimus, ut mea fert opinio, nulla est alia recta filiorum mulierumque adeptio atque usus quam ea via gradientibus, quam ipsi a principio ingressi sumus. etenim conati sumus, tanquam gregi custodes, viros sermone praeficere. *Glau.* Nempe. *So.* Sequamur igitur, generationem nutritionemque quam simillimam adhibentes: consideremusque, utrum ita deceat necne? *Glau.* Quonam pacto? *So.* Ita:

θηλείας τῶν φυλάκων κυνῶν πότερα ξυμφυλάττειν οἰόμεθα δεῖν ἃ περ ἂν οἱ ἄῤῥενες φυλάττωσι καὶ ξυνθηρεύειν καὶ τἆλλα κοινῇ πράττειν, ἢ τὰς μὲν οἰκουρεῖν ἔνδον ὡς ἀδυνάτους διὰ τὸν τῶν σκυλάκων τόκον τε καὶ τροφήν, τοὺς δὲ πονεῖν τε καὶ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ἔχειν περὶ τὰ ποίμνια; *Κοινῇ*, ἔφη, πάντα· πλὴν ὡς ἀσθενεστέραις χρώμεθα, τοῖς δὲ ὡς ἰσχυροτέροις. *Οἷόν τ'* οὖν, ἔφην ἐγώ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ χρῆσθαί τινι ζώῳ, ἂν μὴ τὴν αὐτὴν τροφήν τε καὶ παιδείαν ἀποδιδῷς; *Οὐχ οἷόν τε. Εἰ ἄρα ταῖς γυναιξὶν ἐπὶ ταὐτὰ χρησόμεθα* 1C
452a *καὶ τοῖς ἀνδράσι, ταὐτὰ καὶ διδακτέον αὐτάς; Ναί. Μουσικὴ μὲν ἐκείνοις τε καὶ γυμναστικὴ ἐδόθη; Ναί. Καὶ ταῖς γυναιξὶν ἄρα τούτω τὼ τέχνα καὶ τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἀποδοτέον, καὶ χρηστέον κατὰ ταὐτά; Εἰκὸς ἐξ ὧν λέγεις*, ἔφη. *Ἴσως δή*, εἶπον, *παρὰ τὸ ἔθος γέλοια ἂν φαίνοιτο πολλὰ περὶ τὰ νῦν λεγόμενα, εἰ πεπράξεται ἢ λέγεται. Καὶ μάλα*, ἔφη. *Τί, ἦν δ' ἐγώ, γελοιότατον αὐτῶν ὁρᾷς; ἢ δῆλα δὴ ὅτι γυμνὰς τὰς γυναῖκας ἐν ταῖς παλαίστραις γυμναζομένας μετὰ τῶν ἀνδρῶν, οὐ μόνον τὰς νέας ἀλλὰ καὶ ἤδη τὰς πρεσβυτέρας, ὥς* 2D

utrum inter canes gregis custodes feminas ipsas censemus una eadem custodire debere, quae et mares, et una venari, ac cetera omnia communiter facere: an feminas quidem intus quasi domestica adservare, tanquam ad forensia opera impotentes, propter ipsum catulorum partum et nutrimentum: masculos autem labores subire omnemque armenti curam gerere? *Glau.* Communiter his omnia tribuimus: nisi quod feminis ut imbecillioribus, maribus ut robustioribus utimur. *So.* Fierine potest, ut animali aliquo ad eadem utaris, nisi eadem ratione nutriveris erudierisque? *Glau.* Nullo modo. *So.* Si ergo feminis ad eadem utemur ac viris, in eisdem erudire decet. *Glau.* Certe. *So.* Musica autem et gymnastica viros in superioribus erudivimus. *Glau.* Sane. *So.* Mulieribus igitur artes hae similiter et res bellicae tribuendae sunt, ad eademque uti his decet *Glau.* Consentaneum istud quidem ex his, quae dicis. *So.* Forsitan multa praeter consuetudinem ridicula videbuntur dicta circa ea, quae nunc induximus, si agantur vel dicantur. *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Quid in his maxime ridiculum cernis? an quia nudas feminas conspecturus sis in palaestris cum viris certantes, non modo iuvenes, sed et vetulas:

περ τοὺς γέροντας ἐν τοῖς γυμνασίοις, ὅταν ῥυσοὶ καὶ μηδ' ἡδεῖς τὴν ὄψιν ὅμως φιλογυμναζῶσιν; Νὴ τὸν Δί', ἔφη· γέλοιον γὰρ ἄν, ὡς γε ἐν τῷ παρεζῶτι, φανείη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἐπεί περ ὡρμήσαμεν λέγειν, οὐ φοβητέον τὰ τῶν χαριέντων σκώμματα, ὅσα καὶ οἷ' ἂν εἴποιεν εἰς τὴν τοιαύτην μεταβολὴν γενομένην ἂν καὶ περὶ τὰ γυμνάσια καὶ περὶ μουσικὴν καὶ οὐκ ἐλάχιστα περὶ τὴν τῶν ὅπλων σχέσιν καὶ ἵππων ὀχήσεις; Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Ἀλλ' ἐπεί περ λέγειν ἠρξάμεθα, ποῥρευτέον πρὸς τὸ τραχὺ τοῦ νόμου, δεηθεῖσί τε τούτων μὴ τὰ αὑτῶν πράττειν ἀλλὰ σπουδάζειν, καὶ ὑπομνήσασιν ὅτι οὐ πολὺς χρόνος ἐξ οὗ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόκει αἰσχρὰ εἶναι καὶ γέλοια ἅ περ νῦν τοῖς πολλοῖς τῶν βαρβάρων, γυμνοὺς ἄνδρας ὁρᾶσθαι. καὶ ὅτε ἤρχοντο τῶν γυμνασίων πρῶτοι μὲν Κρῆτες, ἔπειτα Λακεδαιμόνιοι, ἐξῆν τοῖς τότε ἀστείοις πάντα ταῦτα κωμῳδεῖν. ἢ οὐκ οἴει; Ἔγωγε. Ἀλλ' ἐπειδή, οἶμαι, γρωμένοις ἄμεινον τὸ ἀποδύεσθαι τοῦ συγκαλύπτειν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐφάνη, καὶ τὸ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς δὴ γέλοιον ἐξεῤῥύη ὑπὸ τοῦ ἐν τοῖς λόγοις μηνυθέντος ἀρί-

quemadmodum senes viros in gymnasiis, quando una exercentur, licet iam rugosi veternosique sint? *Glau.* Ita per Iovem. Nam ridendum id quidem, ut nunc res sunt, videatur. *So.* Nos igitur, postquam dicere coepimus, haudquaquam vereri debemus facetorum hominum dicacitates, quotcunque et qualescunque iaciant adversus huiusmodi mutationem, quam circa musicam gymnasticamque inducimus, neque minus circa armaturam equestremque facultatem. *Glau.* Probe loqueris. *So.* Ergo postquam dicere coepimus, pergamus ad legis severitatem, rogantes istos, ne solito more nugentur, sed seria cogitent, admonentesque haud longum praeterisse tempus, ex quo Graecis turpia ac ridicula videbantur, quae hodie barbarorum plerisque ridenda videntur, nudos videlicet spectare viros. et quando primum exercitationes huiusmodi aggressi fuerunt, in primis quidem Cretenses, deinde etiam Lacedaemonii, licebat profecto urbanis viris, qui tunc erant, haec omnia carpere. an non putas? *Glau.* Equidem. *So.* Verum postquam, ut arbitror, utentibus visum est commodius nudato corpore quam operto homines exerceri, factum est ut, quia optimum id ratione fuerat iudicatum, oculis ridiculum minime videretur. ex quo perspicuum

ϛου, καὶ τοῦτο ἐνεδείξατο, ὅτι μάταιος ὃς γέλοιον ἄλλο τι ἡγεῖται ἢ τὸ κακόν, καὶ ὁ γελωτοποιεῖν ἐπιχειρῶν πρὸς ἄλλην τινὰ ὄψιν ἀποβλέπων ὡς γελοίου ἢ τὴν τοῦ ἄφρονός τε καὶ κακοῦ, ἢ σπουδάζει πρὸς ἄλλον τινὰ σκοπὸν ϛησάμενος ἢ τὸν τοῦ ἀγαθοῦ. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ πρῶτον μὲν τοῦτο περὶ αὐτῶν ἀνομολογητέον, εἰ δυνατὰ ἢ οὔ, καὶ δοτέον ἀμφισβήτησιν, εἴ τέ τις φιλοπαίσμων εἴτε σπουδαϊκὸς ἐθέλει ἀμφισβητῆσαι, πότερον δυνατὴ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ἢ θήλεια
155 τῇ τοῦ ἄρρενος γένους κοινωνῆσαι εἰς ἅπαντα τὰ ἔργα 1⊂
ἢ οὐδ' εἰς ἕν, ἢ εἰς τὰ μὲν οἷά τε, εἰς δὲ τὰ οὔ, καὶ τοῦτο δὴ τὸ περὶ τὸν πόλεμον ποτέρων ἐξίν; ἆρ' οὐχ οὕτως ἂν κάλλιστά τις ἀρχόμενος, ὡς τὸ εἰκός, καὶ κάλλιστα τελευτήσειεν; Πολύ γε, ἔφη. Βούλει οὖν, ἣν δ' ἐγώ, ἡμεῖς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἀμφισβητήσωμεν, ἵνα μὴ ἔρημα τὰ τοῦ ἑτέρου λόγου πολιορκῆται; Οὐδέν, ἔφη, κωλύει. Λέγωμεν δὴ ὑπὲρ αὐτῶν ὅτι Ὦ Σώκρατές τε καὶ Γλαύκων, οὐδὲν δεῖ ὑμῖν ἄλλους ἀμφισβητεῖν· αὐτοὶ γὰρ ἐν ἀρχῇ τῆς κατοικίσεως, ἣν ᾠκίζετε πόλιν, ὡμολογεῖτε δεῖν κατὰ φύσιν ἕκαστον ἕνα ἓν 2⊂

est inanem esse eum hominem, qui deridendum quicquam, praeterquam quod est malum, existimat: irridereque res ipsas aggreditur, aliam quampiam sibi proponens derisionis causam, quam quod insipidum atque malum; aut honestum quicquam et studio dignum existimat, alio respiciens quam ad bonum. *Glau.* Sic est omnino. *So.* An non in hoc primum convenire oportet, utrum possint haec fieri necne? concedere insuper cuique, ut pro arbitrio adversus haec ambigat, sive ioco sive serio quis addubitare voluerit, utrum in hominum natura possit femina cum masculo in omnibus operibus communicare, vel in nullo: vel in quibusdam valeat, in aliis vero nequaquam: ipsaque res militaris utro in genere horum sit? Nonne quisquis ita recte exorsus fuerit, ut decens est, recte etiam peraget? *Glau.* Maxime *So.* Vis ergo, ut nos pro aliorum causa nobis ipsis dubitationibus adversemur, ne sine defensione, quae sunt rationis alterius, oppugnentur? *Glau.* Nihil prohibet. *So.* Dicam igitur sub eorum persona hunc in modum: Nihil opus est, o Socrates atque Glauco, ut alii vobis repugnent. nam inter vos statim a principio condendae civitatis constitit, oportere secundum naturam unumquemque unum quiddam,

τὸ αὐτοῦ πράττειν. Ὡμολογήσαμεν, οἶμαι· πῶς γὰρ οὔ; Ἔξιν οὖν ὅπως οὐ πάμπολυ διαφέρει γυνὴ ἀνδρὸς τὴν φύσιν; Πῶς δ' οὐ διαφέρει; Οὐκοῦν ἄλλο καὶ ἔργον ἑκατέρῳ προσήκει προστάττειν τὸ κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν; Τί μήν; Πῶς οὖν οὐχ ἁμαρτάνετε νῦν καὶ τἀναντία ὑμῖν αὐτοῖς λέγετε, φάσκοντες οὗ τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας δεῖν τὰ αὐτὰ πράττειν πλεῖστον κεχωρισμένην φύσιν ἔχοντας; Ἔξεις τι, ὦ θαυμάσιε, πρὸς ταῦτ' ἀπολογεῖσθαι; Ὡς μὲν ἐξαίφνης, ἔφη, οὐ πάνυ ῥᾴδιον· ἀλλὰ σοῦ δεήσομαί τε καὶ δέομαι καὶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν λόγον, ὅς τίς ποτ' ἔστιν, ἑρμηνεῦσαι. Ταῦτ' ἐστίν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα, ἃ ἐγὼ πάλαι προορῶν ἐφοβούμην τε καὶ ὤκνουν ἅπτεσθαι τοῦ νόμου τοῦ περὶ τὴν τῶν γυναικῶν καὶ παίδων κτῆσιν καὶ τροφήν. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη, οὐ γὰρ εὐκόλῳ ἔοικεν. Οὐ γάρ, εἶπον. ἀλλὰ δὴ ὧδ' ἔχει· ἂν τέ τις εἰς κολυμβήθραν μικρὰν ἐμπέσῃ ἄν τε εἰς τὸ μέγιστον πέλαγος μέσον, ὅμως γε νεῖ οὐδὲν ἧττον. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν καὶ ἡμῖν νευστέον καὶ πειρατέον σώζεσθαι ἐκ τοῦ λόγου, ἤτοι δελφῖνά τιν' ἐλπίζοντας ἡμᾶς ὑπολαβεῖν ἄν

quod suum esset, peragere. *So.* Constitit. quidni? *Adversa.* Dubitasne quin longe mulier ipsa natura a viro differat? *So.* Cur non differat? *Ad.* Ergo nonne opus utrique aliud pro natura utriusque est tribuendum? *So.* Procul dubio. *Ad.* Quid restat igitur, quo minus aberretis nunc vobisque ipsis contradicatis? quandoquidem asseritis viros et mulieres oportere eadem operari, cum tamen natura valde inter se discrepent. *So.* Habebisne, o mirifice vir, quid ad ista pro nostra defensione respondeas? *Glau.* In praesentia quidem haud satis facile: sed orabo te atque oro, ut quid potissimum in nostri sermonis defensionem afferri possit, exponas. *So.* Haec quidem, o Glauco, ceteraque generis eiusdem permulta iam dudum prospiciens, timidus atque invitus ad hanc legem descendebam de mulierum et filiorum adeptione atque nutrimento. *Glau.* Profecto non leve istud apparet. *So.* Non certe: sed ita res se habet. sive quis in stagnum breve prolapsus est sive profundum in pelagus, nihilominus aqua in media natat. *Glau.* Prorsus. *So.* An non et nobis quoque natandum, conandumque ut disputationis undas incolumes evadamus, sperantes aut delphinum nos aliquem susceptarum sublevaturumque, aut

ἤ τινα ἄλλην ἄπορον σωτηρίαν; Ἔοικεν, ἔφη. Φέρε δή, ἦν δ' ἐγώ, ἐάν πῃ εὕρωμεν τὴν ἔξοδον. ὡμολογοῦμεν γὰρ δὴ ἄλλην φύσιν ἄλλο δεῖν ἐπιτηδεύειν, γυναικὸς δὲ καὶ ἀνδρὸς ἄλλην εἶναι· τὰς δὲ ἄλλας φύσεις τὰ αὐτά φαμεν νῦν δεῖν ἐπιτηδεῦσαι. ταῦτα ἡμῶν κατηγο-
454 ρεῖτε; Κομιδῇ γε. Ἡ γενναία, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, ἡ δύναμις τῆς ἀντιλογικῆς τέχνης. Τί δή; Ὅτι, εἶπον, δοκοῦσί μοι εἰς αὐτὴν καὶ ἄκοντες πολλοὶ ἐμπίπτειν, καὶ οἴεσθαι οὐκ ἐρίζειν ἀλλὰ διαλέγεσθαι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι κατ' εἴδη διαιρούμενοι τὸ λεγόμενον ἐπι- 10
σκοπεῖν, ἀλλὰ κατ' αὐτὸ τὸ ὄνομα δοίκειν τοῦ λεχθέντος τὴν ἐναντίωσιν, ἔριδι, οὐ διαλέκτῳ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι. Ἔστι γὰρ δή, ἔφη, περὶ πολλοὺς τοῦτο τὸ πάθος· ἀλλὰ μῶν καὶ πρὸς ἡμᾶς τοῦτο τείνει ἐν τῷ παρόντι; Παντάπασι μὲν οὖν, ἦν δ' ἐγώ· κινδυνεύομεν γοῦν ἄκοντες ἀντιλογίας ἅπτεσθαι. Πῶς; Τὸ μὴ τὴν αὐτὴν φύσιν ὅτι οὐ τῶν αὐτῶν δεῖ ἐπιτηδευμάτων τυγχάνειν πάνυ ἀνδρείως τε καὶ ἐριστικῶς κατὰ τὸ ὄνομα διώκομεν, ἐπεσκεψάμεθα δὲ οὐδ' ὁπηοῦν τί εἶδος τὸ τῆς ἑτέρας τε καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως καὶ πρὸς τί τεῖνον 20
ὡριζόμεθα τότε, ὅτε τὰ ἐπιτηδεύματα ἄλλῃ φύσει ἄλλα,

aliam quandam occultam salutis causam nobis fore? *Glau.* Ita videtur. *So.* Circumspice obsecro, si qua exitum nanciscamur. Attende itaque. Convenimus profecto, naturam aliam aliud opus tractare debere: mulieris autem et viri diversam esse naturam, diversas naturas in praesentia eisdem studere iubemus. in hoc illi nos accusant. *Glau.* Valde. *So.* Quam generosa, o Glauco, contradictoriae artis potentia est! *Glau.* Cur? *So.* Quia videntur mihi permulti etiam inviti in eam incidere, arbitrarique nequaquam litigare sed disserere, ex eo quod nequeant secundum species dividentes, quod illis propositum est, contemplari: immo vero secundum ipsum nomen contrarietatem propositi prosequantur, contendentes potius invicem quam disputantes. *Glau.* Contingit equidem multis. sed nunquid et nobis idem nunc accidit? *So.* Et maxime quidem. videmur sane inviti contradictionem attingere. *Glau.* Qua ratione? *So.* Quod natura eadem opera eadem tractare non debeat, fortiter admodum et contentiose secundum nomen insequi coepimus. consideravimus autem nullo pacto, quae species sit alterius eiusdemque naturae, et quorsum respicientes tunc descripsimus, quando studia diversae naturae diversa,

τῇ δὲ αὐτῇ τὰ αὐτὰ ἀπεδίδομεν. Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη, ἐπεσκεψάμεθα. Τοιγάρτοι, εἶπον, ἔξεστιν ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ἀνερωτᾶν ἡμᾶς αὐτοὺς εἰ ἡ αὐτὴ φύσις φαλακρῶν καὶ κομητῶν καὶ οὐχ ἡ ἐναντία, καὶ ἐπειδὰν ὁμολογῶμεν ἐναντίαν εἶναι, ἐὰν φαλακροὶ σκυτοτομῶσι, μὴ ἐᾶν κομήτας, ἐὰν δ' αὖ κομῶνται, μὴ τοὺς ἑτέρως. Γέλοιον μέντ' ἂν εἴη, ἔφη. Ἆρα κατ' ἄλλο τι, εἶπον ἐγώ, γέλοιον, ἢ ὅτι τότε οὐ πάντως τὴν αὐτὴν καὶ τὴν ἑτέραν φύσιν ἐτιθέμεθα, ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ εἶδος τῆς ἀλλοιώσεώς τε καὶ ὁμοιώσεως μόνον ἐφυλάττομεν τὸ πρὸς αὐτὰ τεῖνον τὰ ἐπιτηδεύματα; οἷον ἰατρὸν μὲν καὶ ἰατρικὸν τὴν ψυχὴν ὄντα τὴν αὐτὴν φύσιν ἔχειν ἐλέγομεν. ἢ οὐκ οἶει; Ἔγωγε. Ἰατρικὸν δὲ καὶ τεκτονικὸν ἄλλην; Πάντως που. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ τῶν γυναικῶν γένος, ἐὰν μὲν πρὸς τέχνην τινὰ ἢ ἄλλο ἐπιτήδευμα διαφέρον φαίνηται, τοῦτο δὴ φήσομεν ἑκατέρῳ δεῖν ἀποδιδόναι· ἐὰν δὲ αὐτῷ τούτῳ φαίνηται διαφέρειν, τῷ τὸ μὲν θῆλυ τίκτειν, τὸ δὲ ἄρρεν ὀχεύειν, οὐδέν τί πω φήσομεν μᾶλλον ἀποδεδεῖχθαι ὡς πρὸς ὃ ἡμεῖς λέγο-

eidem vere eadem attribuimus. *Glau.* Certe nequaquam istud excogitavimus. *So.* Ceterum licet nobis, ut videtur, a nobis ipsis exquirere, nunquid eadem natura calvorum sit et comatorum, an contraria potius: ac postquam concesserimus esse contrariam, si calvi coria incidant calceosque conficiant, haudquaquam sinere comatos homines eadem facere: sin autem comati, calvos nequaquam permittere. *Glau.* At risu dignum id esset. *So.* An ob aliud ridendum istud, quam quod tunc non omnino eandem et diversam naturam posuimus, sed illam duntaxat dissimilitudinis et similitudinis speciem observavimus, quae ad ipsa eadem studia pertinebat? quemadmodum medicum et hominem habentem animum medicinae studiis aptum naturam eandem habere diximus. an non censes? *Glau.* Equidem. *So.* Medicinae vero aptum aliam, et aliam virum promptum ad fabricandum. *Glau.* Omnino. *So.* Nonne et genus virorum mulierumque genus, si ad artem aliquam aut aliud studium inter se differant, hoc utrique assignandum esse dicemus? sin autem hoc ipso duntaxat diserepare invicem videantur, quod femina quidem concipit, vir gignit, nihilo magis admittemus ostensum fuisse, quod ad id, quo de nunc nos loquimur, e

μεν διαφέρει γυνὴ ἀνδρός, ἀλλ' ἔτι οἰησόμεθα δεῖν τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύειν τούς τε φύλακας ἡμῖν καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν; *Καὶ ὀρθῶς, ἔφη. Οὐκοῦν μετὰ τοῦ-*
455 *το κελεύομεν τὸν τὰ ἐναντία λέγοντα τοῦτο αὐτὸ διδάσκειν ἡμᾶς, πρὸς τίνα τέχνην ἢ τί ἐπιτήδευμα τῶν περὶ πόλεως κατασκευὴν οὐχ ἡ αὐτὴ ἀλλὰ ἑτέρα φύσις γυναικός τε καὶ ἀνδρός; Δίκαιον γοῦν. Τάχα τοίνυν ἄν, ὅ περ σὺ ὀλίγον πρότερον ἔλεγες, εἴποι ἂν καὶ ἄλλος, ὅτι ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα ἱκανῶς εἰπεῖν οὐ ῥᾴδιον, ἐπισκεψαμένῳ δὲ οὐδὲν χαλεπόν. Εἴποι γὰρ ἄν.* 10
Βούλει οὖν δεώμεθα τοῦ τὰ τοιαῦτα ἀντιλέγοντος ἀκολουθῆσαι ἡμῖν, ἐάν πως ἡμεῖς ἐκείνῳ ἐνδειξώμεθα ὅτι οὐδὲν ἔστιν ἐπιτήδευμα ἴδιον γυναικὶ πρὸς διοίκησιν πόλεως; Πάνυ γε. Ἴθι δή, φήσομεν πρὸς αὐτόν, ἀποκρίνου. ἆρα οὕτως ἔλεγες τὸν μὲν εὐφυῆ πρός τε εἶναι, τὸν δὲ ἀφυῆ, ἐν ᾧ ὁ μὲν ῥᾳδίως τι μανθάνοι, ὁ δὲ χαλεπῶς; καὶ ὁ μὲν ἀπὸ βραχείας μαθήσεως ἐπὶ πολὺ εὑρετικὸς εἴη οὗ ἔμαθεν, ὁ δὲ πολλῆς μαθήσεως τυχὼν καὶ μελέτης μηδ' ἃ ἔμαθε σώζοιτο; καὶ τῷ μὲν τὰ τοῦ σώματος ἱκανῶς ὑπηρετοῖ τῇ διανοίᾳ, τῷ δὲ 20

viro femina differat: sed adhuc censebimus tam custodes quam mulieres ipsorum eadem apud nos exercere debere? *Glau.* Recte nimirum. *So.* Nonne post haec iubemus eum, qui contraria dicit, hoc ipsum nobis ostendere, ad quam artem quodve officium ex his, quae instituendae civitati conducunt, non eadem sit, sed diversa viri mulierisve natura? *Glau.* Sic utique decet. *So.* Forte quod tu paulo ante dicebas, alius quoque diceret, subito quidem ad sufficientiam dicere non facile esse: sin autem consideretur, haud multum difficile. *Glau.* Diceret utique. *So.* Vis ergo oremus eum, qui haec nobis opponit, ut aures nobis praestet attendatque, si qua ratione illi ostendere possumus nullum esse studium ad res civitati subministrandas mulieris proprium? *Glau.* Omnino. *So.* Age itaque, dicemus ad eum, responde: nunquid ita dicebas, ad aliquod opus aliquem bono a natura ingenio praeditum, aliquem contra, ex eo quod ille facile quicquam percipit, hic difficile: et ille, si breve quid a quoquam didicerit, ex eo ipse plurimum adinvenit; hic autem, cum plura didicerit excogitaveritque, paulo post obliviscitur; et illi quidem corporis membra sufficienter menti subserviunt, huic autem repugnant? An alia

ἐναντιοῖτο; ἆρ' ἄλλ' ἄττα ἐστὶν ἢ ταῦτα, οἷς τὸν εὐφυῆ πρὸς ἕκαστα καὶ τὸν μὴ ὑρίζου; Οὐδείς, ἦ δ' ὅς, ἄλλα φήσει. Οἶσθά τι οὖν ὑπὸ ἀνθρώπων μελετώμενον, ἐν ᾧ οὐ πάντα ταῦτα τὸ τῶν ἀνδρῶν γένος διαφερόντως ἔχει ἢ τὸ τῶν γυναικῶν; ἢ μακρολογῶμεν τήν τε ὑφαντικὴν λέγοντες καὶ τὴν τῶν ποπάνων τε καὶ ἐψημάτων θεραπείαν, ἐν οἷς δή τι δοκεῖ τὸ γυναικεῖον γένος εἶναι, οὗ καὶ καταγελαστότατόν ἐστι πάντων ἡττώμενον; Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις, ὅτι πολὺ κρατεῖται ἐν ἅπασιν ὡς ἔπος εἰπεῖν τὸ γένος τοῦ γένους. γυναῖκες μέντοι πολλαὶ πολλῶν ἀνδρῶν βελτίους εἰς πολλά· τὸ δὲ ὅλον ἔχει ὡς σὺ λέγεις. Οὐδὲν ἄρα ἐστίν, ὦ φίλε, ἐπιτήδευμα τῶν πόλιν διοικούντων γυναικὸς διότι γυνή, οὐδ' ἀνδρὸς διότι ἀνήρ, ἀλλ' ὁμοίως διεσπαρμέναι αἱ φύσεις ἐν ἀμφοῖν τοῖν ζώοιν, καὶ πάντων μὲν μετέχει γυνὴ ἐπιτηδευμάτων κατὰ φύσιν, πάντων δὲ ἀνήρ, ἐπὶ πᾶσι δὲ ἀσθενέστερον γυνὴ ἀνδρός. Πάνυ γε. Ἦ οὖν ἀνδράσι πάντα προστάξομεν, γυναιξὶ δὲ οὐδέν; Καὶ πῶς; Ἀλλ' ἔστι γάρ, οἶμαι, ὡς φήσομεν, καὶ γυνὴ ἰατρική, ἡ δ' οὔ, καὶ μουσική, ἡ δ' ἄμουσος

praeter haec sunt, quibus hominem ad aliqua natura bene institutum et eum, qui contra est affectus, distinguis? *Glau.* Nullus alia dicet. *So.* Scisne aliquid ab hominibus exerceri, in quo non omnia eadem virorum genus et excellentius habeat quam mulierum genus et excellentius habeat quam mulierum genus? an late verbis vagabimur, texendi artificium commemorantes placentarumqua et obsoniorum confectionem? in quibus aliquid mulierum esse videtur: ubi perridiculum sane apparet, cum vincitur. *Glau.* Vera loqueris, quia longe in omnibus, ut ita dixerim, genus a genere superatur. mulieres autem multae multis viris ad multa praestantiores: universum vero ipsum se habet, ut dicis. *So.* Nullum igitur est, o amice, inter eos, qui civitatem curant, officium mulieris proprium, qua mulier est; aut viri proprium, qua vir: sed aeque dispersae in animantibus utrisque naturae: et omnium quidem operum natura compos est femina, omnium et vir est compos: in omnibus autem imbecillior femina. *Glau.* Sic est prorsus. *So.* Num viris omnia praecipiemus, mulieri autem nihil? *Glau.* At quomodo? *So.* Est utique, ut nos asseremus, inter mulieres quoque alia medicinae apta, alia minime: alia musica, alia natura a

φύσει. Τί μήν; Καὶ γυμναστικὴ ἄρα καὶ πολεμική, ἡ
456 δὲ ἀπόλεμος καὶ οὐ γυμναστική; Οἶμαι ἔγωγε. Τί δέ; φιλόσοφός τε καὶ μισόσοφος; καὶ θυμοειδής, ἡ δ' ἄθυμος; Ἔξι καὶ ταῦτα. Ἔξιν ἄρα καὶ φυλακικὴ γυνή, ἡ δ' οὔ. ἢ οὐ τοιαύτην καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν φυλακικῶν φύσιν ἐξελεξάμεθα; Τοιαύτην μὲν οὖν. Καὶ γυναικὸς ἄρα καὶ ἀνδρὸς ἡ αὐτὴ φύσις εἰς φυλακὴν πόλεως, πλὴν ὅσα ἀσθενεστέρα ἢ ἰσχυροτέρα ἐστίν. Φαίνεται. Καὶ γυναῖκες ἄρα αἱ τοιαῦται τοῖς τοιούτοις ἀνδράσιν ἐκλεκτέαι συνοικεῖν τε καὶ συμφυλάττειν, ἐπεί πέρ εἰ- 1
σιν ἱκαναὶ καὶ ξυγγενεῖς αὐτοῖς τὴν φύσιν. Πάνυ γε. Τὰ δ' ἐπιτηδεύματα οὐ τὰ αὐτὰ ἀποδοτέα ταῖς αὐταῖς φύσεσιν; Τὰ αὐτά. Ἥκομεν ἄρα εἰς τὰ πρότερα περιφερόμενοι, καὶ ὁμολογοῦμεν μὴ παρὰ φύσιν εἶναι ταῖς τῶν φυλάκων γυναιξὶ μουσικήν τε καὶ γυμναστικὴν ἀποδιδόναι. Παντάπασι μὲν οὖν. Οὐκ ἄρα ἀδύνατά γε οὐδὲ εὐχαῖς ὅμοια ἐνομοθετοῦμεν, ἐπεί περ κατὰ φύσιν ἐτίθεμεν τὸν νόμον· ἀλλὰ τὰ νῦν παρὰ ταῦτα γιγνόμενα παρὰ φύσιν μᾶλλον, ὡς ἔοικε, γίγνεται. Ἔοικεν. Οὐκοῦν ἡ ἐπίσκεψις ἡμῖν ἦν εἰ δυνατά γε 2

musica aliena. *Glau.* Quidni? *So.* Et alia quidem ad exercitationes gymnasticas et rem militarem prompta, alia vero ad haec inepta. *Glau.* Sic arbitror. *So.* An non et una quidem sapientiae studiosa est, altera sapientiam spernit: et una elato animo, altera vero depresso? *Glau.* Et hoc assero. *So.* Est ergo et inter feminas quaedam ad custodiendum idonea, quaedam minime. An non naturam quandam huiusmodi civitatem custodientium virorum elegimus? *Glau.* Eiuscemodi certe. *So.* Mulieris itaque et viri eadem haec natura ad civitatem custodiendam: nisi quod mulieribus ut imbecillioribus, viris ut robustioribus est utendum. *Glau.* Apparet. *So.* Mulieres itaque tales eligendae sunt, ut una cum viris et colant et custodiant civitatem, postquam idoneae sunt et natura ipsis cognatae. *Glau.* Prorsus. *So.* Studia vero nonne eadem naturis eisdem sunt tribuenda? *Glau.* Eadem. *So.* Longo tandem circuitu ad priora illa revoluti sumus, concessimusque haud esse contra naturam, ut custodum mulieres musica et gymnastica exerceantur. *Glau.* Summopere. *So.* Quare neque impossibilia neque pro desiderio commentitia lege statuimus, quandoquidem secundum naturam legem tulimus. immo quae his temporibus contra haec fiunt, multo magis praeter naturam fiunt, ut videtur. *Glau.* Videtur. *So,* Nonne disceptandum nobis erat,

καὶ βέλτιστα λέγοιμεν; Ἦν γάρ. Καὶ ὅτι μὲν δὴ δυνατά, διωμολόγηται; Ναί. Ὅτι δὲ δὴ βέλτιστα, τὸ μετὰ τοῦτο δεῖ διομολογηθῆναι; Δῆλον. Οὐκοῦν πρός γε τὸ φυλακικὴν γυναῖκα γενέσθαι, οὐκ ἄλλη μὲν ἡμῖν ἄνδρας ποιήσει παιδεία, ἄλλη δὲ γυναῖκας, ἄλλως τε καὶ τὴν αὐτὴν φύσιν παραλαβοῦσα; Οὐκ ἄλλη. Πῶς οὖν ἔχεις δόξης τοῦ τοιοῦδε πέρι; Τίνος δή; Τοῦ ὑπολαμβάνειν παρὰ σεαυτῷ τὸν μὲν ἀμείνω ἄνδρα, τὸν δὲ χείρω. ἢ πάντας ὁμοίους ἡγεῖ; Οὐδαμῶς. Ἐν οὖν τῇ πόλει ἣν ᾠκίζομεν, πότερον οἴει ἡμῖν ἀμείνους ἄνδρας ἐξειργάσθαι τοὺς φύλακας, τυγόντας ἧς διήλθομεν παιδείας, ἢ τοὺς σκυτοτόμους, τῇ σκυτικῇ παιδευθέντας; Γελοῖον, ἔφη, ἐρωτᾷς. Μανθάνω, ἔφην. τί δέ; τῶν ἄλλων πολιτῶν οὐχ οὗτοι ἄριστοι; Πολύ γε. Τί δέ; αἱ γυναῖκες τῶν γυναικῶν οὐχ αὗται ἔσονται βέλτισται; Καὶ τοῦτο, ἔφη, πολύ. Ἔστι δέ τι πόλει ἄμεινον ἢ γυναῖκάς τε καὶ ἄνδρας ὡς ἀρίστους ἐγγίγνεσθαι; Οὐκ ἔστιν. Τοῦτο δὲ μουσικὴ τε καὶ γυμναστικὴ παραγιγνόμεναι, ἃς ἡμεῖς διήλθομεν, ἀπεργάσονται; Πῶς δ' οὔ; Οὐ μόνον ἄρα δυνατὸν ἀλλὰ καὶ ἄριστον πόλει νόμιμον ἐτίθεμεν; Οὕτως.

utrum possibilia et optima dicerémus, necne? *Glau.* Erat. *So.* Quod possibilia quidem, constitit. *Glau.* Plane. *So.* Quod autem optima, post haec asserendum. *Glau.* Patet. *So.* Ad hoc, ut mulieres ad custodiam sufficientes evadant, non alia opus est disciplina quam ea, qua viros ad idem instruimus: praesertim cum eadem reperiatur in utrisque natura. *Glau.* Non alia. *So.* Quid porro de hoc sentis? *Glau.* Quod petis? *So.* Quaero equidem utrum existimes inter viros alios meliores, deteriores alios esse, an similes omnes. *Glau.* Nequaquam similes. *So.* In civitate igitur, quam condidimus, nunquid censes nobis praestantiores viros effici custodes, eam quam dedimus disciplinam adeptos; quam coriaria, peritia coriaria imbutos? *Glau.* Ridiculum est quod petis. *So.* Intelligo equidem. quid autem? nonne et reliquorum civium hi optimi? *Glau.* Et reliquorum. *So.* Quin et mulieres tales erunt optimae mulierum? *Glau.* Valde. *So.* Estne aliquid melius civitati, quam viros quam optimos et mulieres optimas effici? *Glau.* Non est. *So.* Hoc autem musica et gymnastica, ut supra narravimus, perficere possunt. *Glau.* Procul dubio. *So.* Itaque non solum possibile, sed et optimum quiddam civitati lege

Ἀποδυτέον δὴ ταῖς τῶν φυλάκων γυναιξίν, ἐπεί περ ἀρετὴν ἀντὶ ἱματίων ἀμφιέσονται, καὶ κοινωνητέον πολέμου τε καὶ τῆς ἄλλης φυλακῆς τῆς περὶ τὴν πόλιν, καὶ οὐκ ἄλλα πρακτέον· τούτων δ' αὐτῶν τὰ ἐλαφρώτερα ταῖς γυναιξὶν ἢ τοῖς ἀνδράσι δοτέον διὰ τὴν τοῦ γένους ἀσθένειαν. ὁ δὲ γελῶν ἀνὴρ ἐπί γυμναῖς γυναιξί, τοῦ βελτίστου ἕνεκα γυμναζομέναις, ἀτελῆ τοῦ γελοίου σοφίας δρέπων καρπόν, οὐδὲν οἶδεν, ὡς ἔοικεν, ἐφ' ᾧ γελᾷ οὐδ' ὅ τι πράττει· κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο καὶ λέγεται καὶ λελέξεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον καλόν, τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. Παντάπασι μὲν οὖν.

Τοῦτο μὲν τοίνυν ἓν ὥς περ κῦμα φῶμεν διαφεύγειν τοῦ γυναικείου πέρι νόμου λέγοντες, ὥστε μὴ παντάπασι κατακλυσθῆναι τιθέντας ὡς δεῖ κοινῇ πάντα ἐπιτηδεύειν τούς τε φύλακας ἡμῖν καὶ τὰς φυλακίδας, ἀλλά πῃ τὸν λόγον αὐτὸν αὑτῷ ὁμολογῆσθαι ὡς δυνατά τε καὶ ὠφέλιμα λέγει; Καὶ μάλα, ἔφη, οὐ σμικρὸν κῦμα δ[illegible]εύγεις. Φήσεις γε, ἦν δ' ἐγώ, οὐ μέγα αὐτὸ εἶναι, ὅταν τὸ μετὰ τοῦτο ἴδῃς. Λέγε δή, ἴδω, ἔφη. Τουτί, ἦν δ' ἐγώ, ἔπεσται νόμος καὶ τοῖς

statuimus. *Glau.* Ita est. *So.* Nudandum igitur corpus erit mulieribus custodum, quandoquidem pro vestibus virtutem induent: communicandumque in bello et alia omni civitatis custodia atque tutela, neque aliud agendum. horum tamen officiorum leviora quaeque propter generis imbecillitatem mulieribus tribuenda. qui vero nudas riserit mulieres, optimi cuiusdam gratia ita nudatas, inanem circa ridiculas nugas carpens sapientiae fructum, neque quid rideat neque quid agat intelligit. scite namque istud et dicitur et asseretur, Quod utile quidem, honestum, noxium autem turpe. *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Hunc itaque [illegible]m veluti gurgitem enatasse dicamus, de mulierum lege tractantes, adeo ne omnino submergi contigerit, dum asseveraremus omnia communiter exercere debere custodes apud nos, tam viros quam mulieres. immo vero sibimet oratio nostra consonuit, quod videlicet et possibilia et utilia ferret. *Glau.* Profundum certe pelagus evasisti. *So.* Haud ingens id esse dices, cum deinceps, quod sequitur, videris. *Glau.* Dic iam, ut videam. *So.* Hanc quidem et

ἔμπροσθεν τοῖς ἄλλοις, ὡς ἐγῷμαι, ὅδε. Τίς; Τὰς γυναῖκας ταύτας τῶν ἀνδρῶν τούτων πάντων πάσας εἶναι κοινάς, ἰδίᾳ δὲ μηδενὶ μηδεμίαν συνοικεῖν· καὶ τοὺς παῖδας αὖ κοινούς, καὶ μήτε γονέα ἔκγονον εἰδέναι τὸν αὑτοῦ μήτε παῖδα γονέα. Πολύ, ἔφη, τοῦτο ἐκείνου μεῖζον πρὸς ἀπιστίαν καὶ τοῦ δυνατοῦ πέρι καὶ τοῦ ὠφελίμου. Οὐκ οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, περί γε τοῦ ὠφελίμου ἀμφισβητεῖσθαι ἄν, ὡς οὐ μέγιστον ἀγαθὸν κοινὰς μὲν τὰς γυναῖκας εἶναι, κοινοὺς δὲ τοὺς παῖδας, εἴ περ οἷόν τε· ἀλλ' οἶμαι περὶ τοῦ εἰ δυνατὸν ἢ μὴ πλείστην ἀμφισβήτησιν γενέσθαι. Περὶ ἀμφοτέρων, ἢ δ' ὅς, εὖ μάλα ἂν ἀμφισβητηθείη. Λέγεις, ἦν δ' ἐγώ, λόγων ξύγασιν· ἐγὼ δ' ὤμην ἔκ γε τοῦ ἑτέρου ἀποδράσεσθαι, εἴ σοι δόξειεν ὠφέλιμον εἶναι, λοιπὸν δὲ δή μοι ἔσεσθαι περὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ μή. Ἀλλ' οὐκ ἔλαθες, ἦ δ' ὅς, ἀποδιδράσκων, ἀλλ' ἀμφοτέρων πέρι δίδου λόγον. Ὑφεκτέον, ἦν δ' ἐγώ, δίκην. τοσόνδε μέντοι χάρισαί μοι· ἔασόν με ἐορτάσαι, ὥς περ οἱ ἀργοὶ τὴν διάνοιαν εἰώθασιν ἑξιᾶσθαι ἐφ' ἑαυτῶν, ὅταν 458
μόνοι πορεύωνται. καὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοί που, πρὶν ἐξευρεῖν τίνα τρόπον ἔσαι τι ὧν ἐπιθυμοῦσι, τοῦτο πα-

priores ceteras, ut puto, haec quoque lex sequitur. *Glau.* Quaenam? *So.* Mulieres scilicet has horum virorum omnes omnium esse communes, nullamque privatim alicui adhaerere: ac rursus communes filios, neque patrem filium suum nosse, neque filium suum agnoscere patrem. *Glau.* Multo certe difficilius istud credetur, quod vel possibile sit vel utile. *So.* Haud equidem arbitror dubium id cuiquam fore, quin utile sit maximumque bonum, mulieres esse communes, communes et filios, si modo fieri possit. verum arbitror plurimam in eo versari controversiam, nunquid fieri possit necne. *Glau.* De utrisque sane summopere ambigetur. *So.* Dicis utique sermonum conspirationem. ego autem rebar me iam ab altero liberatum iri, si tibi visum fuerit utile esse: nam reliquum mihi fore, ut perquirerem, utrum possibile sit an non. *Glau.* At latere non potuisti, dum fugeres. redde de utrisque rationem. *So.* Sustinenda mihi certe est poena: sed in hoc mihi indulge. sine me paulisper meo arbitratu crassari, quemadmodum qui pigri sunt mente, crassari se ipsis consueverunt, quotiens soli proficiscuntur. etenim huiuscemodi homines, antequam compertum habeant, quo pacto fieri possit quod expetunt, omittentes

ρεντες, ἵνα μὴ κάμνωσι βουλευόμενοι περὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ μή, θέντες ὡς ὑπάρχον εἶναι ὃ βούλονται, ἤδη τὰ λοιπὰ διατάττουσι καὶ χαίρουσι διεξιόντες οἷα δράσουσι γενομένου, ἀργὸν καὶ ἄλλως ψυχὴν ἔτι ἀργοτέραν ποιοῦντες. ἤδη οὖν καὶ αὐτὸς μαλθακίζομαι, καὶ ἐκεῖνα μὲν ἐπιθυμῶ ἀναβαλέσθαι καὶ ὕστερον ἐπισκέψασθαι, ἢ δυνατά, νῦν δὲ ὡς δυνατῶν ὄντων θεὶς σκέψομαι, ἄν μοι παριῇς, πῶς διατάξουσιν αὐτὰ οἱ ἄρχοντες γιγνόμενα καὶ ὅτι πάντων ξυμφορώτατ' ἂν εἴη πραχθέντα τῇ τε πόλει καὶ τοῖς φύλαξι. ταῦτα πειράσομαί σοι πρότερα συνδιασκοπεῖσθαι, ὕστερα δ' ἐκεῖνα, εἴ περ παρίης. Ἀλλὰ παρίημι, ἔφη, καὶ σκόπει.

Οἶμαι τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, εἴ περ ἔσονται οἱ ἄρχοντες ἄξιοι τούτου τοῦ ὀνόματος οἵ τε τούτοις ἐπίκουροι κατὰ ταὐτά, τοὺς μὲν ἐθελήσειν ποιεῖν τὰ ἐπιταττόμενα, τοὺς δὲ ἐπιτάξειν τὰ μὲν αὐτοὺς πειθομένους τοῖς νόμοις, τὰ δὲ καὶ μιμουμένους ὅσα ἂν ἐκείνοις ἐπιτρέψωμεν. Εἰκός, ἔφη. Σὺ μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὁ νομοθέτης αὐτοῖς, ὡς περ τοὺς ἄνδρας ἐξέλεξας, οὕτω καὶ τὰς γυναῖκας ἐκλέξας παραδώσεις καθ' ὅσον οἷόν τε ὁμοφυεῖς· οἱ δέ, ἅτε οἰκίας τε καὶ ξυσσίτια κοινῇ ἔχον-

hanc curam, ne nimio labore graventur, dum de possibili et impossibili deliberent, quasi id sit iam, quod affectant, ponunt ac deinceps reliqua digerunt, oblectanturque, dum excogitant, qualia praesente illo facturi sint: atque ita torpentem animum etiam languidiorem reddunt. haud secus et ipse pigresco: cupioque in aliud tempus disceptationem illam differre, possibiliane ista sint an non. in praesentia vero quasi possibilia sint admittens, perquiram, si ipse permiseris, qua ratione haec exsistentia principes ipsi disponent: quodve omnium utilissima erunt ista, si fiant, tam custodibus quam civitati. haec conabor equidem prius tecum considerare; illa vero posterius, si concesseris. *Glau.* Concedo equidem: considera iam. *So.* Arbitror igitur, si modo erunt principes hoc nomine digni, eodemque modo horum ministri, hos quidem velle exsequi quae mandantur, illos autem praecipere partim ipsis parentes legibus, partim imitantes, quatenus illis nos permiserimus. *Glau.* Probabile id quidem. *So.* Tu igitur legis conditor ipsis quemadmodum viros elegisti, ita et mulieres eligens, praebebis, quoad fieri potest, consimiles inter se ingenio. isti autem, utpote aedes et comessationes communes habentes, pro-

τες, ἰδίᾳ δὲ οὐδενὸς οὐδὲν τοιοῦτο κεκτημένου, ὁμοῦ δὴ ἔσονται, ὁμοῦ δὲ ἀναμεμιγμένων καὶ ἐν γυμνασίοις καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ τροφῇ ὑπ' ἀνάγκης, οἶμαι, τῆς ἐμφύτου ἄξονται πρὸς τὴν ἀλλήλων μίξιν. ἢ οὐκ ἀναγκαῖά σοι δοκῶ λέγειν; Οὐ γεωμετρικαῖς γε, ἦ δ' ὅς, ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις, αἳ κινδυνεύουσιν ἐκείνων δριμύτεραι εἶναι πρὸς τὸ πείθειν τε καὶ ἕλκειν τὸν πολὺν λεών. Καὶ μάλα, εἶπον. ἀλλὰ μετὰ δὴ ταῦτα, ὦ Γλαύκων, ἀτάκτως μὲν μίγνυσθαι ἀλλήλοις ἢ ἄλλο ὁτιοῦν ποιεῖν οὔτε ὅσιον ἐν εὐδαιμόνων πόλει οὔτ' ἐάσουσιν οἱ ἄρχοντες. Οὐ γὰρ δίκαιον, ἔφη. Δῆλον δὴ ὅτι γάμους τὸ μετὰ τοῦτο ποιήσομεν ἱεροὺς εἰς δύναμιν ὅτι μάλιστα· εἶεν δ' ἂν ἱεροὶ οἱ ὠφελιμώτατοι. Παντάπασι μὲν οὖν. Πῶς οὖν δὴ ὠφελιμώτατοι ἔσονται; τόδε μοι λέγε, ὦ Γλαύκων· ὁρῶ γάρ σου ἐν τῇ οἰκίᾳ καὶ κύνας θηρευτικοὺς καὶ τῶν γεναίων ὀρνίθων μάλα συχνούς· ἆρ' οὖν, ὦ πρὸς Διός, προσέσχηκάς τι τοῖς τούτων γάμοις τε καὶ παιδοποιίαις; Τὸ ποῖον, ἔφη; Πρῶτον μὲν αὐτῶν τούτων, καὶ περ ὄντων γενναίων, ἆρ' οὐκ εἰσί τινες καὶ γίγνονται ἄριστοι; Εἰσίν. Πότερον οὖν ἐξ ἁπάντων 459

prium vero nihil tallum possidentes, una habitabunt, et invicem congredientes in gymnasiis ac reliquo victu ab innata, ut arbitror, necessitate ad mutuam trahentur commixtionem. an non necessaria tibi dicere videor? *Glau.* Haudquaquam necessaria geometrica quadam necessitate, sed amatoria: quae multo acrior est quam illa ad persuadendum vulgo atque trahendum. *So.* Nimirum vehementer, verum post haec, o Glauco, sine ordine denudari inter se, vel aliud quicquam facere, neque sanctum est in beatorum hominum civitate, neque iudices id permittent. *Glau.* Neque enim iustum esset. *So.* Constat utique, quod nuptias deinceps, quoad fieri potest, sacras instituemus. essent autem sacrae quam utilissimae. *Glau.* Summopere. *So.* Quonam pacto utilissimae erunt? hoc mihi dicas, o Glauco. video equidem tuis in aedibus et venatorios canes et generosas aves frequentes. nunquid ad istorum coitum generationemque quandoque animum applicuisti? *Glau.* Quorsum istud? *So.* In primis horum ipsorum licet generosorum, nonne sunt et fiunt optimi aliqui? *Glau.* Sunt. *So.* Utrum

ὁμοίως γεννᾷς, ἢ προθυμεῖ ὅτι μάλιστα ἐκ τῶν ἀρίστων; Ἐκ τῶν ἀρίστων. Τί δ'; ἐκ τῶν νεωτάτων ἢ ἐκ τῶν γεραιοτάτων ἢ ἐξ ἀκμαζόντων ὅτι μάλιστα; Ἐξ ἀκμαζόντων. Καὶ ἐὰν μὴ οὕτω γεννᾶται, πολύ σοι ἥγεῖ χεῖρον ἔσεσθαι τό τε τῶν ὀρνίθων καὶ τὸ τῶν κυνῶν γένος; Ἔγωγ', ἔφη. Τί δὲ ἵππων οἴει, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τῶν ἄλλων ζώων; ἢ ἄλλῃ πῃ ἔχειν; Ἄτοπον μέντ' ἄν, ἦ δ' ὅς, εἴη. Βαβαί, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε ἑταῖρε, ὡς ἄρα σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἄκρων εἶναι τῶν ἀρχόντων, εἴ περ καὶ περὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὡσαύτως ἔχει. Ἀλλὰ μὲν δὴ 10
ἔχει, ἔφη· ἀλλὰ τί δή; Ὅτι ἀνάγκη αὐτοῖς, ἦν δ' ἐγώ, φαρμάκοις πολλοῖς χρῆσθαι. ἰατρὸν δέ που μὴ δεομένοις μὲν σώμασι φαρμάκων, ἀλλὰ διαίτῃ ἐθελόντων ὑπακούειν, καὶ φαυλότερον ἐξαρκεῖν ἡγούμεθα εἶναι· ὅταν δὲ δὴ καὶ φαρμακεύειν δέῃ, ἴσμεν ὅτι ἀνδρειοτέρου δεῖ τοῦ ἰατροῦ. Ἀληθῆ· ἀλλὰ πρὸς τί λέγεις; Πρὸς τόδε, ἦν δ' ἐγώ· συγνῷ τῷ ψεύδει καὶ τῇ ἀπάτῃ κινδυνεύει ἡμῖν δεήσειν χρῆσθαι τοὺς ἄρχοντας ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀρχομένων. ἔφαμεν δέ που ἐν φαρμάκου εἴδει πάντα τὰ τοιαῦτα χρήσιμα εἶναι. Καὶ ὀρθῶς γε, 20
ἔφη. Ἐν τοῖς γάμοις τοίνυν καὶ παιδοποιίαις ἔοικε

ex quibuscunque aeque fieri generationem permittis? an curas potius, ut ex optimis generetur? *Glau.* Ex optimis. *So.* Num ex tenerimis quibusque, an senio confectis? an aetatis in flore potius constitutis? *Glau.* Ex his ipsis potius. *So.* Ac nisi hunc in modum generatio deducatur, longe deterius fore canum et avium genus existimas? *Glau.* Equidem. *So.* Putas in equis ceterisque animalibus aliter evenire? *Glau.* Absurdum id esset. *So.* Papae, o dulcis amice, quam perspicacibus ac summis nobis est opus principibus, si quidem in hominum genere similiter se res habet. *Glau.* Habet utique. quid tum? *So.* Quia necesse est, ut medicinis multis utantur. quando enim medicinis nullis indigent corpora sed victus duntaxat institutionem exigunt, medicum certe debiliorem sufficere arbitramur: cum vero medicinis est agendum, scimus fortiori quodam medico opus fore. *Glau.* Vera narras. sed quorsum haec? *So.* Nempe necessarium fore videtur, ut frequenti mendacio et deceptione utantur principes ad subditorum utilitatem. diximus autem supra huiuscemodi omnia pharmaci medicinaeque loco necessaria esse. *Glau.* Et recte quidem. *So.* In nuptiis itaque et filiorum procreatione vide-

τὸ ὀρθὸν τοῦτο γίγνεσθαι οὐκ ἐλάχιστον. Πῶς δή; Δεῖ μέν, εἶπον, ἐκ τῶν ὡμολογημένων τοὺς ἀρίστους ταῖς ἀρίσταις συγγίγνεσθαι ὡς πλειστάκις, τοὺς δὲ φαυλοτάτους ταῖς φαυλοτάταις τοὐναντίον, καὶ τῶν μὲν τὰ ἔκγονα τρέφειν, τῶν δὲ μή, εἰ μέλλει τὸ ποίμνιον ὅτι ἀκρότατον εἶναι· καὶ ταῦτα πάντα γιγνόμενα λανθάνειν πλὴν αὐτοὺς τοὺς ἄρχοντας, εἰ αὖ ἡ ἀγέλη τῶν φυλάκων ὅτι μάλιστα ἀστασίαστος ἔσαι. Ὀρθότατα, ἔφη. Οὐκοῦν δὴ ἑορταί τινες νομοθετητέαι ἔσονται, ἐν αἷς ξυνάξομεν τάς τε νύμφας καὶ τοὺς νυμφίους, καὶ θυσίαι καὶ ὕμνοι ποιητέοι τοῖς ἡμετέροις ποιηταῖς πρέποντες τοῖς γιγνομένοις γάμοις; τὸ δὲ πλῆθος τῶν γά- 460
μων ἐπὶ τοῖς ἄρχουσι ποιήσομεν, ἵν' ὡς μάλιστα διασώζωσι τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν, πρὸς πολέμους καὶ νόσους καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀποσκοποῦντες, καὶ μήτε μεγάλη ἡμῖν ἡ πόλις κατὰ τὸ δυνατὸν μήτε σμικρὰ γίγνηται; Ὀρθῶς, ἔφη. Κλῆροι δή τινες, οἶμαι, ποιητέοι κομψοί, ὥστε τὸν φαῦλον ἐκεῖνον αἰτιᾶσθαι ἐφ' ἑκάστης συνέρξεως τύχην ἀλλὰ μὴ τοὺς ἄρχοντας. Καὶ μάλα, ἔφη. Καὶ τοῖς ἀγαθοῖς γέ που τῶν νέων ἐν πολέμῳ ἢ ἄλλοθί που γέρα δοτέον καὶ

tur rectum hoc fieri non mediocriter. *Glau.* Quo pacto? *So.* Oportet profecto secundum ea, quae supra concessimus, optimos viros mulieribus optimis ut plurimum congredi; deterrimos autem contra deterrimis: et illorum quidem prolem nutrire, horum minime, si armentum excellentissimum sit futurum: et haec omnia, dum agantur, ab omnibus praeterquam a principibus ignorari, si modo armentum custodum debeat seditione carere. *Glau.* Probe admodum. *So.* Igitur festa quaedam erunt legibus designata, in quibus sponsos et sponsas congregabimus, sacra fient, et hymni a poëtis nostris, celebratis nuptiis convenientes. numerum autem nuptiarum arbitrio principum concedemus, ut ad hostes ac morbos ceteraque huiusmodi respicientes eundem quam maxime civium numerum servent, neve populosa civitas nimis sit, quoad fieri potest, neque vacua. *Glau.* Recte loqueris. *So.* Sortes igitur quaedam tali quodam artificio instituendae, ut deterior ille in qualibet copulatione fortunam, non principes, culpet. *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Enimvero his, qui inter iuvenes praestantiores sunt in rebus sive militaribus sive aliis quibusdam, munera ac praemia

ἆθλα ἄλλα τε καὶ ἀφθονέστερα ἡ ἐξουσία τῆς τῶν γυναικῶν ξυγκοιμήσεως, ἵνα καὶ ἅμα μετὰ προφάσεως ὡς πλεῖστοι τῶν παίδων ἐκ τῶν τοιούτων σπείρωνται.

Ὀρθῶς. Οὐκοῦν καὶ τὰ ἀεὶ γιγνόμενα ἔκγονα παραλαμβάνουσαι αἱ ἐπὶ τούτων ἐφεστηκυῖαι ἀρχαὶ εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν εἴτε ἀμφότερα —, κοιναὶ μὲν γάρ που καὶ ἀρχαὶ γυναιξί τε καὶ ἀνδράσιν. *Ναί.* Τὰ μὲν δὴ τῶν ἀγαθῶν, δοκῶ, λαβοῦσαι εἰς τὸν σηκὸν οἴσουσι παρά τινας τροφούς, χωρὶς οἰκούσας ἔν τινι μέρει τῆς πόλεως· τὰ δὲ τῶν χειρόνων, καὶ ἐάν τι τῶν ἑτέρων ἀνάπηρον γίγνηται, ἐν ἀποῤῥήτῳ τε καὶ ἀδήλῳ κατακρύψουσιν ὡς πρέπει. Εἴ περ μέλλει, ἔφη, καθαρὸν τὸ γένος τῶν φυλάκων ἔσεσθαι. Οὐκοῦν καὶ τροφῆς οὗτοι ἐπιμελήσονται, τάς τε μητέρας ἐπὶ τὸν σηκὸν ἄγοντες, ὅταν σπαργῶσι, πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενοι ὅπως μηδεμία τὸ αὑτῆς αἰσθήσεται, καὶ ἄλλας γάλα ἐχούσας ἐκποριζόντες, ἐὰν μὴ αὗται ἱκαναὶ ὦσι; καὶ αὐτῶν τούτων ἐπιμελήσονται, ὅπως μέτριον χρόνον θηλάσονται, ἀγρυπνίας δὲ καὶ τὸν ἄλλον πόνον τιτθαῖς τε καὶ τροφοῖς παραδώσουσιν; *Πολλὴν ῥᾳστώνην,* ἔφη, *λέγεις τῆς παιδοποιίας ταῖς τῶν φυλάκων γυναιξίν. Πρέπει γάρ, ἦν δ' ἐγώ. τὸ δ' ἐφεξῆς διέλθω-*

danda sunt et alia permulta: quin et uberior mulieribus congrediendi licentia, ut ex hac simul occasione filii plures, quam ex aliis, ex his serantur. *Glau.* Probe. *So.* Itaque filios, qui ex his oriuntur suscipient ii, qui talibus praesident, magistratus sive virorum seu feminarum sive utrorumque. communes enim viris et mulieribus magistratus. *Glau.* Est ita. *So.* Accipientes utique praestantum hominum prolem, ad ovile portabunt, ad nutrices quasdam seorsum in civitatis parte aliqua commorantos. eos vero, qui nascentur ex deterioribus, sive etiam ex quibuscunque aliis, sed membro aliquo manci, in abditis, ut decet, locis abscondent: si quidem debet custodum genus purum fore. Nutritionem praeterea et hi curabunt. matres enim ad ovile, cum lacte exuberabunt, transmittent, procurantes ne ulla suum agnoscere valeat; ac si hae minus suffecerint, alias insuper lacte plenas adhibebunt. providebunt quoque, ut mediocre tempus in lacte sugendo servetur. vigilias item laboresque ceteros nutricibus imperabunt. *Glau.* Plurimum facultatis ad procreandam prolem custodum mulieribus tribuis. *So.* Sic decet. sed age deinceps, quod maxime intendimus,

μεν ὃ προθυμούμεθα. ἔφαμεν γὰρ δὴ ἐξ ἀκμαζόντων δεῖν τὰ ἔκγονα γίγνεσθαι. Ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν σοι ξυνδοκεῖ μέτριος χρόνος ἀκμῆς τὰ εἴκοσιν ἔτη γυναικί, ἀνδρὶ δὲ τὰ τριάκοντα; Τὰ ποῖα αὐτῶν; ἔφη. Γυναικὶ μέν, ἦν δ' ἐγώ, ἀρξαμένῃ ἀπὸ εἰκοσαετίδος μέχρι τετταρακονταετίδος τίκτειν τῇ πόλει· ἀνδρὶ δέ, ἐπειδὰν τὴν ὀξυτάτην δρόμου ἀκμὴν παρῇ, τὸ ἀπὸ τούτου γεννᾶν τῇ πόλει μέχρι πεντεκαιπεντηκοντατέτους. Ἀμφοτέρων γοῦν, ἔφη, αὕτη ἀκμὴ σώματός 461
τε καὶ φρονήσεως. Οὐκοῦν ἐάν τε πρεσβύτερος τούτων ἐάν τε νεώτερος τῶν εἰς τὸ κοινὸν γεννήσεων ἅψηται, οὔτε ὅσιον οὔτε δίκαιον φήσομεν τὸ ἁμάρτημα, ὡς παῖδα φιτύοντος τῇ πόλει ὅς, ἂν λάθῃ, γενήσεται οὐχ ὑπὸ θυσιῶν οὐδ' ὑπὸ εὐχῶν φύς, ἃς ἐφ' ἑκάστοις τοῖς γάμοις εὔξονται καὶ ἱέρειαι καὶ ἱερεῖς καὶ ξύμπασα ἡ πόλις ἐξ ἀγαθῶν ἀμείνους καὶ ἐξ ὠφελίμων ὠφελιμωτέρους ἀεὶ τοὺς ἐκγόνους γίγνεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ σκότου μετὰ δεινῆς ἀκρατίας γεγονώς. Ὀρθῶς, ἔφη. Ὁ αὐτὸς δέ γ', εἶπον, νόμος, ἐάν τις τῶν ἔτι γεννώντων μὴ ξυνέρξαντος ἄρχοντος ἅπτηται τῶν ἐν ἡλικίᾳ γυναικῶν· νόθον γὰρ καὶ ἀνέγγυον καὶ ἀνίε-

percurramus. diximus plane ex robustissimis oportere filios procreari. *Glau.* Diximus. *So.* An non tibi quoque videtur moderatum adulti roboris tempus esse mulieri quidem annos viginti, viro autem triginta? *Glau.* Quis horum modus? *So.* Ut videlicet mulier a vigesimo aetatis anno incipiens usque ad quadragesimum pariat: vir autem, postquam acutissimum sui cursus vigorem transierit, annos scilicet triginta, inde usque ad annos quinque et quinquaginta procreet. *Glau.* Profecto in iis aetatibus vigor animi corporisque consistit. *So.* Si igitur senior istis sive iunior generationem in communi attigerit, profanum et iniquum scelus hoc esse censebimus, quasi fetus is in civitate seratur, qui, si latuerit, orietur non sub sacrificiis quidem et votis, quae singulis in nuptiis peragent sacerdotes omnes, tam viri quam mulieres, et civitas universa, precantes ut ex bonis meliores, ex utilibus utiliores nascantur: immo vero sub tenebris ex acri quadam incontinentia. *Glau.* Recte loqueris. *So.* Eadem quoque erit habenda ratio de illo, qui, cum adhuc in generandi aetate fuerit, atque principe non copulante, mulierem in aetate adulta constitutam at-

ρον φήσομεν αὐτὸν παῖδα τῇ πόλει καθιστάναι. Ὀρθότατα, ἔφη. Ὅταν δὲ δή, οἶμαι, αἵ τε γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες τοῦ γεννᾶν ἐκβῶσι τὴν ἡλικίαν, ἀφήσομέν που ἐλευθέρους αὐτοὺς συγγίγνεσθαι ᾗ ἂν ἐθέλωσι, πλὴν θυγατρὶ καὶ μητρὶ καὶ ταῖς τῶν θυγατέρων παισὶ καὶ ταῖς ἄνω μητρός, καὶ γυναῖκας αὖ πλὴν υἱεῖ καὶ πατρὶ καὶ τοῖς τούτων εἰς τὸ κάτω καὶ ἐπὶ τὸ ἄνω, καὶ ταῦτά γ' ἤδη πάντα διακελευσάμενοι προθυμεῖσθαι μάλιστα μὲν μηδ' εἰς φῶς ἐκφέρειν κύημα μηδέν, ἐὰν γένηται, ἐὰν δέ τι βιάσηται, οὕτω τιθέναι ὡς οὐκ οὔσης τροφῆς τῷ τοιούτῳ. Καὶ ταῦτα μέν γ', ἔφη, μετρίως λέγεται· πατέρας δὲ καὶ θυγατέρας καὶ ἃ νῦν δὴ ἔλεγες, πῶς διαγνώσονται ἀλλήλων; Οὐδαμῶς, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλ' ἀφ' ἧς ἂν ἡμέρας τις αὐτῶν νυμφίος γένηται, μετ' ἐκείνην δεκάτῳ μηνὶ καὶ ἑβδόμῳ δὴ ἃ ἂν γένηται ἔκγονα, ταῦτα πάντα προσερεῖ τὰ μὲν ἄρρενα υἱεῖς, τὰ δὲ θήλεα θυγατέρας, καὶ ἐκεῖνα ἐκεῖνον πατέρα· καὶ οὕτω δὴ τὰ τούτων ἔκγονα παίδων παῖδας, καὶ ἐκεῖνα αὖ ἐκείνους πάππους τε καὶ τηθάς, τὰ δ' ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ γεγονότα ἐν ᾧ αἱ μητέρες καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν ἐγέννων, ἀδελφάς τε

tigerit. nempe hunc asseremus puerum generare spurium, incestum atque profanum. *Glau.* Scite admodum. *So.* Quando igitur iam mulieres et viri aetatem generationi aptam egressi fuerint; licere viris dicemus, cuicunque voluerint, praeterquam filiae atque matri et filiarum natis matrisve maioribus commisceri: licere et mulieribus cuilibet copulari, praeterquam filio atque patri, ac superioribus et inferioribus eorundem. cum vero haec omnia mandaverimus, interdicemus partum talem, *si* contigerit, in lucem produci. si quid autem coëgerit, ita ponere praecipiemus, quasi eius nulla nutritio sit. *Glau.* Haec quoque probe dicuntur. Patres vero et matres et ceteri cognati, quos memorabas, quomodo invicem discernentur? *So.* Nullo modo: sed omnes, quicunque nascentur decimo mense vel septimo ex ea die, qua quis liberis operam dedit, masculi ab hoc filii, feminae filiae nominabuntur. nati autem eum patrem vocabunt: natorum similiter filios ille nepotes esse dicet: isti autem superiores avos et avias nominabunt: at eos, qui eo tempore nascerentur, quo patres ipsorum matresque invicem generabant, fratres atque sorores. atque ita, quod modo dice-

καὶ ἀδελφούς, ὥστε, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀλλήλων μὴ ἅπτεσθαι. ἀδελφοὺς δὲ καὶ ἀδελφὰς δώσει ὁ νόμος συνοικεῖν, ἐὰν ὁ κλῆρος ταύτῃ ξυμπίπτῃ καὶ ἡ Πυθία προσαναιρῇ. Ὀρθότατα, ἦ δ' ὅς.

Ἡ μὲν δὴ κοινωνία, ὦ Γλαύκων, αὕτη τε καὶ τοιαύτη γυναικῶν τε καὶ παίδων τοῖς φύλαξί σοι τῆς πόλεως· ὡς δὲ ἑπομένη τε τῇ ἄλλῃ πολιτείᾳ καὶ μακρῷ βελτίστῃ, δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο βεβαιώσασθαι παρὰ τοῦ λόγου. ἢ πῶς ποιῶμεν; Οὕτω νὴ Δία, ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν οὐχ ἥδε ἀρχὴ 461
τῆς ὁμολογίας, ἐρέσθαι ἡμᾶς αὐτοὺς τί ποτε τὸ μέγιστον ἀγαθὸν ἔχομεν εἰπεῖν εἰς πόλεως κατασκευήν, οὗ δεῖ σοφιζόμενον τὸν νομοθέτην τιθέναι τοὺς νόμους, καὶ τί μέγιστον κακόν, εἶτα ἐπισκέψασθαι ἆρα, ἃ νῦν δὴ διήλθομεν, εἰς μὲν τὸ τοῦ ἀγαθοῦ ἴχνος ἡμῖν ἁρμόττει, τῷ δὲ τοῦ κακοῦ ἀναρμοσεῖ; Πάντων μάλιστα, ἔφη. Ἔχομεν οὖν τι μεῖζον κακὸν πόλει ἢ ἐκεῖνο ὃ ἂν αὐτὴν διασπᾷ καὶ ποιῇ πολλὰς ἀντὶ μιᾶς; ἢ μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ ὃ ἂν ξυνδῇ τε καὶ ποιῇ μίαν; Οὐκ ἔχομεν. Οὐκοῦν ἡ μὲν ἡδονῆς τε καὶ λύπης κοινωνία ξυνδεῖ, ὅταν ὅτι μάλιστα πάντες οἱ πολῖται τῶν αὐτῶν γιγνομένων τε καὶ ἀπολλυμένων παραπλησίως χαίρωσι καὶ

bam, nullo modo se mutuo tangerent. fratribus autem et sororibus lex cohabitationem concedet, si sors dederit et Pythia simul per responsa firmaverit. *Glau.* Recte admodum. *So.* Talis utique erit, o Glauco, inter civitatis custodes mulierum filiorumque communio. quod autem congruat reliquo civitatis ordini, sitque admodum optima, oportet deinceps ratione asserere. an quid agemus? *Glau.* Hoc omnino. *So.* An non conventionis huius hoc est principium, ut a nobis ipsis sciscitemur, quid maximum bonum ad civitatis constitutionem inveniamus, ad quod respiciens legislator leges condere debet, quidve maximum malum? consideremus deinde, an ea, quae modo narravimus, ad boni ipsius vestigium nobis conveniant, a mali autem vestigio dissonent. *Glau.* Maxime omnium. *So.* Habemusne ullum perniciosius civitati malum, quam quod eam dividit et ex una plures facit? vel melius quicquam eo, quod ipsam vincit simul et unam efficit? *Glau.* Non habemus. *So.* Nonne voluptatis dolorisque communio unit, quando cives omnes maxime ex eamdem rerum accessu vel decessu pariter gaudent ac dolent? *Glau.* Et maxime quidem. *So.*

λυπῶνται; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Ἡ δέ γε τῶν τοιούτων ἰδίωσις διαλύει, ὅταν οἱ μὲν περιαλγεῖς, οἱ δὲ περιχαρεῖς γίγνωνται ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς παθήμασι τῆς πόλεώς τε καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει. Τί δ' οὔ; Ἆρ' οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοιόνδε γίγνεται, ὅταν μὴ ἅμα φθέγγωνται ἐν τῇ πόλει τὰ τοιάδε ῥήματα, τό τε ἐμόν καὶ τὸ οὐκ ἐμόν; καὶ περὶ τοῦ ἀλλοτρίου κατὰ ταὐτά; Κομιδῇ μὲν οὖν. Ἐν ᾗ τινὶ δὴ πόλει πλεῖστοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ ταὐτὰ τοῦτο λέγουσι τὸ ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμόν, αὕτη ἄριστα διοικεῖται; Πολύ γε. Καὶ ἥ τις δὴ ἐγγύτατα ἑνὸς ἀνθρώπου ἔχει, οἷον, ὅταν που ἡμῶν δάκτυλός του πληγῇ, πᾶσα ἡ κοινωνία ἡ κατὰ τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχὴν τεταμένη εἰς μίαν σύνταξιν τὴν τοῦ ἄρχοντος ἐν αὐτῇ ἥσθετό τε καὶ πᾶσα ἅμα ξυνήλγησε μέρους πονήσαντος ὅλη, καὶ οὕτω δὴ λέγομεν ὅτι ὁ ἄνθρωπος τὸν δάκτυλον ἀλγεῖ· καὶ περὶ ἄλλου ὁτουοῦν τῶν τοῦ ἀνθρώπου ὁ αὐτὸς λόγος, περί τε λύπης πονοῦντος μέρους καὶ περὶ ἡδονῆς ῥαΐζοντος. Ὁ αὐτὸς γάρ, ἔφη· καὶ τοῦτο ὃ ἐρωτᾷς, τοῦ τοιούτου ἐγγύτατα ἡ ἄριστα πολιτευομένη πόλις οἰκεῖ. Ἑνὸς δή, οἶμαι, πάσχοντος τῶν πολιτῶν ὁτιοῦν ἢ ἀγαθὸν ἢ

Horum vero diversitas eam dissolvit, quando eisdem civitatis et eorum, qui in civitate sunt, casibus alii vehementer dolent, alii gestiunt. *Glau.* Quidni? *So.* Ex hoc autem tale quid provenit, quando non simul in civitate haec verba vulgantur, meum scilicet et non meum; ac de alieno eodem modo. *Glau.* Valde. *So.* In quacunque igitur civitate complurimi ad idem secundum eadem hoc dicunt, meum et non meum, ea optime gubernatur. *Glau.* Prorsus. *So.* Et quaecunque quam proxime ut unus homo affecta sit, porro quotiens alicuius nostrum percussus est digitus, tota corporis communio ad animam pertingens in unam coordinationem eius, quod in ipsa anima dominatur, sensit protinus, totaque simul afflicta parte condoluit. atque iccirco hominem dolere digitum dicimus. eademque est de quavis alia parte et passione hominis ratio, de dolore videlicet, cum pars aliqua dolet, ac de voluptate, cum aliqua sui parte reficitur. *Glau.* Eadem ratio certe: et, quod quaeris, civitas, quae optime regitur, quam proxime ad hoc accedit. *So.* Quotiens, ut arbitror, civium cuiquam boni alî-

πακὸν ἢ τοιαύτη πόλις μάλιστά τε φήσει ἑαυτῆς εἶναι τὸ πάσχον, καὶ ἢ ξυνησθήσεται ἅπασα ἢ ξυλλυπήσεται. Ἀνάγκη, ἔφη, τήν γε εὔνομον. Ὥρα ἂν εἴη, ἦν δ' ἐγώ, ἐπανιέναι ἡμῖν ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν, καὶ τὰ τοῦ λόγου ὁμολογήματα σκοπεῖν ἐν αὐτῇ, εἰ αὐτὴ μάλιστ' ἔχει εἴτε καὶ ἄλλη τις μᾶλλον. Οὐκοῦν χρή, ἔφη. Τί οὖν; ἔστι μέν που καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἄρ- 463
χοντές τε καὶ δῆμος, ἔστι δὲ καὶ ἐν αὐτῇ; Ἔστιν. Πολίτας μὲν δὴ πάντες οὗτοι ἀλλήλους προσεροῦσιν;
10 Πῶς δ' οὔ; Ἀλλὰ πρὸς τῷ πολίτας τί ὁ ἐν ταῖς ἄλλαις δῆμος τοὺς ἄρχοντας προσαγορεύει; Ἐν μὲν ταῖς πολλαῖς δεσπότας, ἐν δὲ ταῖς δημοκρατουμέναις αὐτὸ τοῦνομα τοῦτο, ἄρχοντας. Τί δ' ὁ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ δῆμος; πρὸς τῷ πολίτας τί τοὺς ἄρχοντάς φησιν εἶναι; Σωτῆράς τε καὶ ἐπικούρους, ἔφη. Τί δ' οὗτοι τὸν δῆμον; Μισθοδότας τε καὶ τροφέας. Οἱ δ' ἐν ταῖς ἄλλαις ἄρχοντες τοὺς δήμους; Δούλους, ἔφη. Τί δ' οἱ ἄρχοντες ἀλλήλους; Ξυνάρχοντας, ἔφη. Τί δ' οἱ ἡμέτεροι; Ξυμφύλακας. Ἔχεις οὖν εἰπεῖν τῶν ἀρχόντων τῶν
20 ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν εἴ τίς τινα ἔχει προσειπεῖν τῶν ξυναρχόντων τὸν μὲν ὡς οἰκεῖον, τὸν δὲ ὡς ἀλλότριον; Καὶ πολλούς γε. Οὐκοῦν τὸν μὲν οἰκεῖον ὡς

quid vel mali continget, talis utique civitas suum esse clamabit eum, qui sic afficitur: atque ideo tota vel laetabitur una vel dolebit. *Glau.* Necesse est, ita in civitate optimis legibus gubernata contingat. *So.* Sed hora iam est, ut ad civitatem nostram redeamus, et quae nunc inter nos constiterunt, exquiramus, utrum civitati huic conveniant maxime, an alteri potius. *Glau.* Licet prorsus. *So.* Sunt et in aliis civitatibus principes et populus, et in ista similiter? *Glau.* Sunt. *So.* Atqui omnes isti cives se alterutrum appellabunt? *Glau.* Quidni? *So.* Sed praeter civis nomen, quomodo in aliis civitatibus populus principes vocat? *Glau.* In pluribus quidem dominos: in populari autem gubernatione principes. *So.* At nostrae civitatis populus quomodo ultra civis nomen principes nuncupabit? *Glau.* Servatores auxiliariosque. *So.* Quo autem modo isti populum? *Glau.* Mercedis tributores et nutritores. *So.* Qui vero in aliis praesunt, populum? *Glau.* Servos. *So.* Principes ipsi se invicem? *Glau.* Conprincipes. *So.* Nostri autem? *Glau.* Concustodes. *So.* Putas esse aliquem inter aliarum civitatum principes, qui ex collegis alium sibi propinquum, alium extraneum vocet? *Glau.* Equidem multos. *So.* Propin-

ἑαυτοῦ νομίζει τε καὶ λέγει, τὸν δ' ἀλλότριον ὡς οὐχ ἑαυτοῦ; Οὕτως. Τί δὲ οἱ παρὰ σοὶ φύλακες; ἔσθ' ὅς τις αὐτῶν ἔχοι ἂν τῶν ξυμφυλάκων νομίσαι τινὰ ἢ προσειπεῖν ὡς ἀλλότριον; Οὐδαμῶς, ἔφη· παντὶ γὰρ ᾧ ἂν ἐντυγχάνῃ τις, ἢ ὡς ἀδελφῷ ἢ ὡς ἀδελφῇ ἢ ὡς πατρὶ ἢ ὡς μητρὶ ἢ υἱεῖ ἢ θυγατρὶ ἢ τούτων ἐκγόνοις ἢ προγόνοις νομιεῖ ἐντυγχάνειν. Κάλλιςα, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις· ἀλλ' ἔτι καὶ τόδε εἰπέ. πότερον αὐτοῖς τὰ ὀνόματα μόνον οἰκεῖα νομοθετήσεις, ἢ καὶ τὰς πράξεις πάσας κατὰ τὰ ὀνόματα πράττειν, περί τε τοὺς πατέρας, ὅσα νόμος περὶ πατέρας αἰδοῦς τε πέρι καὶ κηδεμονίας καὶ τοῦ ὑπήκοον δεῖν εἶναι τῶν γονέων ἢ μήτε πρὸς θεῶν μήτε πρὸς ἀνθρώπων αὐτῷ ἄμεινον ἔσεσθαι, ὡς οὔτε ὅσια οὔτε δίκαια πράττοντος ἄν, εἰ ἄλλα πράττοι ἢ ταῦτα; αὗταί σοι ἢ ἄλλαι φῆμαι ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν ὑμνήσουσιν εὐθὺς περὶ τὰ τῶν παίδων ὦτα καὶ περὶ πατέρων, οὓς ἂν αὐτοῖς τις ἀποφήνῃ, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ξυγγενῶν; Αὗται, ἔφη· γελοῖον γὰρ ἂν εἴη εἰ ἄνευ ἔργων οἰκεῖα ὀνόματα διὰ τῶν ςομάτων μόνον φθέγγοιντο. Πασῶν ἄρα πόλεων μάλιςα ἐν αὐτῇ ξυμφωνήσουσιν ἑνός τινος ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττοντος,

quum igitur tanquam suum et putat et dicit, extraneum vero ut non suum. *Glau.* Plane. *So.* E nostris autem custodibus estne ullus, qui collegarum quempiam extraneum arbitretur ac vocet? *Glau.* Nullus. cuicunque enim quis occurret, vel fratri vel sorori, aut patri aut matri, aut filio aut filiae, sive horum natis seu maioribus, putabit occurrere. *So.* Praeclare loqueris: sed ad hoc quoque responde. Utrum civibus tuis nomina duntaxat invicem propinqua familiaria lege statues, an praeterea propinquitatis officia, ut videlicet ita se gerant, ut appellationis ipsius dignitas postulat, serventque erga parentes, quaecunque lex exhiberi illis praecipit, reverentiam, curam, obedientiam? alioquin et deos et homines infensos habeant, utpote qui neque sancta neque iusta agant, si contra fecerint? aliine in hac tua civitate sermones, quam hi, cunctis ex civibus protinus ad aures puerorum circumsonabunt, et adversus parentes, quoscunque illis quis indicaverit, et adversus alios genere proximos? *Glau.* Hi certe ipsi. absurdum enim id esset, si domestica nomina tantum ore sine officio proferrentur. *So.* In hac igitur civitate maxime omnium, uno aliquo bene vel male affecto, uno ore clama-

ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν τὸ ῥῆμα, τὸ ὅτι τὸ ἐμὸν εὖ πράττει ἢ ὅτι τὸ ἐμὸν κακῶς. Ἀληθέστατα, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν μετὰ τούτου τοῦ δόγματός τε καὶ ῥήματος ἔφαμεν ξυνακολουθεῖν τάς τε ἡδονὰς καὶ τὰς λύπας κοινῇ; Καὶ ὀρθῶς γε ἔφαμεν. Οὐκοῦν μάλιστα τοῦ αὐτοῦ κοινωνήσουσιν ἡμῖν οἱ πολῖται, ὃ δὴ ἐμὸν ὀνομάσουσι; τούτου δὲ κοινωνοῦντες οὕτω δὴ λύπης τε καὶ ἡδονῆς μάλιστα κοινωνίαν ἕξουσιν; Πολύ γε. Ἀρ' οὖν τούτων αἰτία πρὸς τῇ ἄλλῃ κατασκέσει ἡ τῶν γυναικῶν τε καὶ παίδων κοινωνία τοῖς φύλαξιν; Πολὺ μὲν οὖν μάλιστα, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν μέγιστόν γε πόλει αὐτὸ ὡμολογήσαμεν ἀγαθόν, ἀπεικάζοντες εὖ οἰκουμένην πόλιν σώματι πρὸς μέρος αὐτοῦ λύπης τε πέρι καὶ ἡδονῆς ὡς ἔχει. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη, ὡμολογήσαμεν. Τοῦ μεγίστου ἄρα ἀγαθοῦ τῇ πόλει αἰτία ἡμῖν πέφανται ἡ κοινωνία τοῖς ἐπικούροις τῶν τε παίδων καὶ τῶν γυναικῶν. Καὶ μάλ', ἔφη. Καὶ μὲν δὴ καὶ τοῖς πρόσθεν γε ὁμολογοῦμεν· ἔφαμεν γάρ που οὔτε οἰκίας τούτοις ἰδίας δεῖν εἶναι οὔτε γῆν οὔ τε τι κτῆμα, ἀλλὰ παρὰ τῶν ἄλλων τροφὴν λαμβάνοντας, μισθὸν τῆς φυλακῆς, κοινῇ πάντας ἀναλίσκειν, εἰ μέλλοιεν ὄντως φύλακες εἶναι. Ὀρθῶς, ἔφη. Ἆρ' οὖν

464

bunt omnes, Meum bene se habet; vel meum se habet male. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Cum hac opinione ac verbis huiusmodi sequi dicebamus, ut et voluptates communes sint et dolores. *Glau.* Et recte quidem. *So.* In eo igitur maxime nostri cives invicem communicabunt, quod meum dicent. ex qua communione sequetur, ut voluptates et dolores communes habeant. *Glau.* Penitus. *So.* Horum vero causa una cum reliqua civitatis constitutione est ipsa custodum circa mulieres filiosque communio. *Glau.* Sic est omnino. *So.* Enimvero summum hoc civitati bonum esse confessi sumus, cum civitatem recte gubernatam similem esse diceremus corporis, cum singulis partibus suis circa voluptatem et dolorem quoquo modo communicantis. *Glau.* Et merito quidem concessimus. *So.* Maximi itaque boni causa civitati nobis patuit esse ipsa inter auxiliarios mulierum filiorumque communio. *Glau.* Valde. *So.* Atqui et superioribus haec consonant. diximus enim neque domos proprias his esse debere, neque agros, neque possessionem aliquam, sed ab aliis accipere nutrimenta, mercedem custodiae, et communiter omnes consumere, si veri custodes futuri sunt. *Glau.*

οὐχ, ὅ περ λέγω, τά τε πρόσθεν εἰρημένα καὶ τὰ νῦν λεγόμενα ἔτι μᾶλλον ἀπεργάζεται αὐτοὺς ἀληθινοὺς φύλακας, καὶ ποιεῖ μὴ διασπᾶν τὴν πόλιν τὸ ἐμὸν ὀνομάζοντας μὴ τὸ αὐτὸ ἀλλ' ἄλλον ἄλλο, τὸν μὲν εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἕλκοντα ὅ τι ἂν δύνηται χωρὶς τῶν ἄλλων κτήσασθαι, τὸν δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἑτέραν οὖσαν, καὶ γυναῖκά τε καὶ παῖδας ἑτέρους, ἡδονάς τε καὶ ἀλγηδόνας ἐμποιοῦντας ἰδίων ὄντων ἰδίας, ἀλλ' ἑνὶ δόγματι τοῦ οἰκείου πέρι ἐπὶ τὸ αὐτὸ τείνοντας πάντας εἰς τὸ δυνατὸν ὁμοπαθεῖς λύπης τε καὶ ἡδονῆς εἶναι; *Κομιδῇ μὲν οὖν*, ἔφη. *Τί δέ; δίκαι τε καὶ ἐγκλήματα πρὸς ἀλλήλους οὐκ οἰχήσεται ἐξ αὐτῶν ὡς ἔπος εἰπεῖν διὰ τὸ μηδένα μηδὲν ἴδιον ἐκτῆσθαι πλὴν τὸ σῶμα, τὰ δ' ἄλλα κοινά; ὅθεν δὴ ὑπάρχει τούτοις ἀσταστότατα εἶναι, ὅσα γε διὰ χρημάτων ἢ παίδων καὶ ξυγγενῶν κτῆσιν ἄνθρωποι στασιάζουσιν; Πολλὴ ἀνάγκη*, ἔφη, *ἀπηλλάχθαι. Καὶ μὴν οὐδὲ βιαίων γε οὐδ' αἰκίας δίκαι δικαίως ἂν εἶεν ἐν αὐτοῖς. ἥλιξι μὲν γὰρ ἥλικας ἀμύνεσθαι καλὸν καὶ δίκαιόν που φήσομεν, ἀνάγκην σωμάτων ἐπιμελείᾳ τιθέντες. Ὀρθῶς*, ἔφη. *Καὶ γὰρ τόδε ὀρθὸν ἔχει, ἢν*

Probe. *So.* Nonne quod ipse aio, et quae supra et quae nunc inducta sunt, maxime faciunt, ut veri hi custodes evadant, neque dividant civitatem, dum meum dicant non idem omnium, sed aliorum aliud esse: et alius in propriam domum trahat, quodcunque seorsum ab aliis usurpare valuerit; alius in suam ab aliis diversam domum: et ex propriis mulieribus ac filiis, diversi diversis laetentur et doleant? immo vero ut ex una proprii eiusdem omnium sententia in idem tendentes omnes, quoad fieri potest, similibus voluptatibus doloribus iisdem in casibus afficiantur? *Glau.* Maxime. *So.* Quid autem? iudiciorum controversiae accusationesque mutuae nonne cessabunt omnes, quandoquidem nec proprium quicquam, praeter corpus, habebit, reliqua vero communia? unde sequitur sine seditione illos fore, quantum ad eas lites attinet, quae pecuniarum vel filiorum vel propinquorum causa oriri solent. *Glau.* Necesse est omnino haec abesse. *So.* Quin neque de vi illata usquam contendetur. nempe asseremus honestum et aequum esse, ut aequalibus aequales succurrant, tutandis corporibus necessitatem imponentes. *Glau.* Probe. *So.* Atqui et hoc rectum lex haec continet, quod si quis

δ' ἐγώ, οὗτος ὁ νόμος· εἴ πού τίς τῳ θυμοῖτο, ἐν τῷ τοιούτῳ πληρῶν τὸν θυμὸν ἧττον ἐπὶ μείζους ἂν ἴοι ξάσεις. Πάνυ μὲν οὖν. Πρεσβυτέρῳ μὴν νεωτέρων πάντων ἄρχειν τε καὶ κολάζειν προστετάξεται. Δῆλον. Καὶ μὴν ὅτι γε νεώτερος πρεσβύτερον, ἂν μὴ οἱ ἄρχοντες προστάττωσιν, οὔτε ἄλλο βιάζεσθαι ἐπιχειρήσει ποτὲ οὔτε τύπτειν, ὡς τὸ εἰκός. οἶμαι δ' οὐδὲ ἄλλως ἀτιμάσει· ἱκανὼ γὰρ τὼ φύλακε κωλύοντε, δέος τε καὶ αἰδώς, αἰδὼς μὲν ὡς γονέων μὴ ἅπτεσθαι εἴργουσα, δέος δὲ τὸ τῷ πάσχοντι τοὺς ἄλλους βοηθεῖν, τοὺς μὲν ὡς υἱεῖς, τοὺς δὲ ὡς ἀδελφούς, τοὺς δὲ ὡς πατέρας. Ξυμβαίνει γὰρ οὕτως, ἔφη. Παντα-χῇ δὴ ἐκ τῶν νόμων εἰρήνην πρὸς ἀλλήλους οἱ ἄνδρες ἕξουσιν; Πολλήν γε. Τούτων μὴν ἐν ἑαυτοῖς μὴ ξα-σιαζόντων οὐδὲν δεινὸν μή ποτε ἡ ἄλλη πόλις πρὸς τούτους ἢ πρὸς ἀλλήλους διχοστατήσῃ. Οὐ γὰρ οὖν. Τά γε μὴν σμικρότατα τῶν κακῶν δι' ἀπρέπειαν ὀκνῶ καὶ λέγειν, ὧν ἀπηλλαγμένοι ἂν εἶεν, κολακείας τε πλου-σίων πένητες, ἀπορίας τε καὶ ἀλγηδόνας ὅσας ἐν παι-δοτροφίᾳ καὶ χρηματισμοῖς διὰ τροφὴν οἰκετῶν ἀναγ-

in aliquem irascatur iramque explere contendat, minus in maiores maiorumve transibit seditiones. *Glau.* Sic est prorsus. *So.* Seniorem quippe lex nostra constituit praeesse omnibus iuniori-bus, eosque corrigere. *Glau.* Perspicuum id quidem. *So.* Constat praeterea, quod iunior in seniorem, nisi iussu principum, saeviet unquam, neque caedere audebit, ut decens est, neque ignominia ulla afficere. metus namque et pudor custodes sunt ad haec prohibenda sufficientes. pudor quidem non permittet eos, quos parentes suspicatur, violare: metus autem ab iniuria absterrebit quemque, timentem scilicet ne ceteri omnes, partim ut filii, partim ut fratres, partim ut patres, patienti succurrant. *Glau.* Ita prorsus accidit. *So.* Omnino igitur ex his legibus cives invicem in pace vitam agent. *Glau.* Summopere. *So.* His autem inter se minime dissidentibus, haud metuendum est, ne quando civitas alia vel adversus hos, vel ipsi inter se pugnent seditionesque moveant. *Glau.* Non certe. *So.* Pudet referre, quia minus deceat, minutissima quaeque mala, a quibus liberi cives erunt. adulationes certe aberunt, quibus adversus divites inopes uti solent; solicitudines item indigentium atque dolores, quibus in filiis nutriendis quaerendisque pecuniis propter necessariam domesticorum servorumque nutritionem vexantur: dum et

καίαν ἴσχουσι, τὰ μὲν δανειζόμενοι, τὰ δὲ ἐξαρνούμενοι, τὰ δὲ πάντως πορισάμενοι θέμενοι παρὰ γυναικάς τε καὶ οἰκέτας, ταμιεύειν παραδόντες, ὅσα τε, ὦ φίλε, περὶ αὐτὰ καὶ οἷα πάσχουσι, δῆλά τε δὴ καὶ ἀγενῆ καὶ οὐκ ἄξια λέγειν. Δῆλα γάρ, ἔφη, καὶ τυφλῷ. Πάντων τε δὴ τούτων ἀπαλλάξονται, ζήσουσί τε τοῦ μακαριστοῦ βίου ὃν οἱ ὀλυμπιονῖκαι ζῶσι μακαριώτερον. Πῇ; Διὰ σμικρόν που μέρος εὐδαιμονίζοντιν ἐκεῖνοι ὧν τούτοις ὑπάρχει· ἥ τε γὰρ τῶνδε νίκη καλλίων, ἥ τ' ἐκ τοῦ δημοσίου τροφὴ τελεωτέρα. νίκην τε γὰρ νικῶσι ξυμπάσης τῆς πόλεως σωτηρίαν, τροφῇ τε καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὅσων βίος δεῖται αὐτοί τε καὶ παῖδες ἀναδοῦνται καὶ γέρα δέχονται παρὰ τῆς αὐτῶν πόλεως ζῶντές τε καὶ τελευτήσαντες ταφῆς ἀξίας μετέχουσιν. Καὶ μάλα, ἔφη, καλά. Μέμνησαι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἐν τοῖς πρόσθεν οὐκ οἶδα ὅτου λόγος ἡμῖν ἐπέπληξεν
466 ὅτι τοὺς φύλακας οὐκ εὐδαίμονας ποιοῖμεν, οἷς ἔξὸν πάντα ἔχειν τὰ τῶν πολιτῶν οὐδὲν ἔχοιεν; ἡμεῖς δέ που εἴπομεν ὅτι τοῦτο μέν, εἴ που παραπίπτοι, εἰσαῦθις σκεψόμεθα, νῦν δὲ τοὺς μὲν φύλακας φύλακας ποι-

fenoribus dant operam, et negant quae acceperunt, et quaestui undecunque student, seponunt praeterea apud mulierculas ministrosque permulta, quae ad tempus condantur. nam quam multa et qualia in iis homines patiuntur, o amice, et ipsa per se cuique patent et illiberalia sunt et indigna narratu. *Glau.* Patent plane vel caeco. *So.* Porro ab his omnibus liberi erunt, vitamque agent beatiorem beatissima illa eorum vita, qui vicerunt Olympia. *Glau.* Qua ratione? *So.* Nempe illi ob exiguam partem eorum, quae possident hi, beati putantur. nam et victoria horum praeclarior, et perfectior ex publico alimonia: horumque victoria civitatis totius est salus, alimenta praeterea, et quaecunque alia ad victum necessaria, ipsi eorumque filii coronationis loco accipiunt; honores insuper et praemia ab ipsa republica viventes consequuntur, et vita functi digna sepulcrorum suis virtutibus monimenta. *Glau.* Haec certe admodum egregia sunt. *So.* Memipisti, quod in superioribus nescio cuius oratio nobis obiecit, tanquam custodes minime beatos efficeremus? utpote qui nihil haberent, cum tamen liceret illis civium omnia possidere. ipsi autem respondimus in posterum nos, sicubi contigerit, consideraturos. nam in praesentia custodes quidem revera custo-

οἶμεν, τὴν δὲ πόλιν ὡς οἵοί τ' εἶμεν εὐδαιμονεστάτην, ἀλλ' οὐκ εἰς ἓν ἔθνος ἀποβλέποντες ἐν αὐτῇ τοῦτο εὐδαιμον πλάττοιμεν; *Μέμνημαι*, ἔφη. *Τί οὖν; νῦν ἡμῖν ὁ τῶν ἐπικούρων βίος, ὃς περ τοῦ γε τῶν ὀλυμπιονικῶν πολύ τε καλλίων καὶ ἀμείνων φαίνεται, μή πῃ κατὰ τὸν τῶν σκυτοτόμων φαίνεται βίον ἤ τινων ἄλλων δημιουργῶν ἢ τὸν τῶν γεωργῶν; Οὔ μοι δοκεῖ*, ἔφη. *Ἀλλὰ μέντοι, ὅ γε καὶ ἐκεῖ ἔλεγον, δίκαιον κἀνταῦθα εἰπεῖν, ὅτι εἰ οὕτως ὁ φύλαξ ἐπιχειρήσει εὐδαίμων γί-*
10 *γνεσθαι ὥστε μηδὲ φύλαξ εἶναι, μηδ' ἀρκέσει αὐτῷ βίος οὕτω μέτριος καὶ βέβαιος καὶ ὡς ἡμεῖς φαμὲν ἄριστος, ἀλλ' ἀνόητός τε καὶ μειρακιώδης δόξα ἐμπεσοῦσα εὐδαιμονίας πέρι ὁρμήσει αὐτὸν διὰ δύναμιν ἐπὶ τὸ ἅπαντα τὰ ἐν τῇ πόλει οἰκειοῦσθαι, γνώσεται τὸν Ἡσίοδον ὅτι τῷ ὄντι ἦν σοφὸς λέγων πλέον εἶναί πως ἥμισυ παντός.*
Ἐμοὶ μέν, ἔφη, *ξυμβούλῳ χρώμενος μενεῖ ἐπὶ τούτῳ*
. *τῷ βίῳ. Συγχωρεῖς ἄρα*, ἦν δ' ἐγώ, *τὴν τῶν γυναικῶν κοινωνίαν τοῖς ἀνδράσιν ἣν διεληλύθαμεν παιδείας τε πέρι καὶ παίδων καὶ φυλακῆς τῶν ἄλλων πολιτῶν; κα-*
20 *τὰ τε πόλιν μενούσας εἰς πόλεμόν τε ἰούσας καὶ ξυμφυλάττειν δεῖν καὶ ξυνθηρεύειν ὡς περ κύνας, καὶ πάν-*

des facere nos; civitatem vero, quoad possemus, beatissimam: neque ad unam quandam ejus partem, sed ad totam respicientes beatitudinem illam exquirere. *Glau.* Memini equidem. *So.* Nunc certe auxiliariorum vita, quando longe praeclarior ac melior quam eorum, qui Olympia vincunt, apparet, nequaquam coriariorum aut aliorum artificum aut agricultorum vitae similis esse videtur. *Glau.* Non certe, ut et ipse arbitror. *So.* Veruntamen, quod et supra dixi, par est ut et hic repetam. quod si ita custos beatus fieri studeat, ut non sit custos, neque sufficiat ipsi vita adeo moderata et stabilis et, ut nos asserimus, optima, sed insana et puerilis exorta felicitatis opinio rapiat eum ob ipsam potentiam ad omnia sibi, quae in civitate sunt, vendicanda: cognoscet Hesiodum sapienter illud dixisse, dimidium esse plus quam totum. *Glau.* Si me consultore utetur, hac in vita manebit. *So.* Probas igitur communionem, quam mulieribus cum viris tribuimus, quoad disciplinam, filiorum susceptionem, custodiam civium, ut una cum viris in pace gubernent, in bello militent, custodiant una, et canum instar venentur, omniumque offi-

τα πάντη κατὰ τὸ δυνατὸν κοινωνεῖν; καὶ ταῦτα πραττούσας τά τε βέλτιστα πράξειν καὶ οὐ παρὰ φύσιν τὴν τοῦ θήλεος πρὸς τὸ ἄῤῥεν, ἢ πεφύκατον πρὸς ἀλλήλω κοινωνεῖν; Συγχωρῶ, ἔφη.

Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἐκεῖνο λοιπὸν διελέσθαι, εἰ ἄρα καὶ ἐν ἀνθρώποις δυνατόν, ὥς περ ἐν ἄλλοις ζώοις, ταύτην τὴν κοινωνίαν ἐγγενέσθαι, καὶ ὅπῃ δυνατόν; Ἔφθης, ἔφη, εἰπὼν ἢ ἔμελλον ὑπολήψεσθαι. Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ, οἶμαι, ἔφην, δῆλον ὃν τρόπον πολεμήσουσιν. Πῶς; ἢ δ' ὅς. Ὅτι κοινῇ στρατεύσονται, καὶ πρός γε ἄξουσι τῶν παίδων εἰς τὸν πόλεμον ὅσοι ἀδροί, ἵν' ὥς περ οἱ τῶν ἄλλων δημιουργῶν θεῶνται ταῦτα ἃ τελεωθέντας δεήσει δημιουργεῖν· πρὸς 467 δὲ τῇ θέᾳ διακονεῖν καὶ ὑπηρετεῖν πάντα τὰ περὶ τὸν πόλεμον, καὶ θεραπεύειν πατέρας τε καὶ μητέρας. ἢ οὐκ ἤσθησαι τὰ περὶ τὰς τέχνας, οἷον τοὺς τῶν κεραμέων παῖδας, ὡς πολὺν χρόνον διακονοῦντες θεωροῦσι πρὶν ἅπτεσθαι τοῦ κεραμεύειν; Καὶ μάλα. Ἡ οὖν ἐκείνοις ἐπιμελέστερον παιδευτέον ἢ τοῖς φύλαξι τοὺς αὐτῶν ἐμπειρίᾳ τε καὶ θέᾳ τῶν προσηκόντων; Κατα-

ciorum omnino, quoad fieri potest, participes sint. ac dum haec agunt, optima agere illas concedis neque contra naturam feminae, qua instituta est, ut cum mare communicet. *Glau.* Probo equidem. *So.* Nonne restat deinceps, ut id declaremus, utrum esse possit haec in hominibus, quemadmodum in reliquis animalibus, communio, et quo pacto possit? *Glau.* Anticipasti, quod ego interrogaturus eram. *So.* De re quidem bellica manifestum esse arbitror, quo pacto eam tractabunt. *Glau.* Quonam pacto? *So.* Militabunt profecto communiter, tam mares quam feminae, ducentque adultos filios secum ad proelium: ut, quemadmodum aliorum opificum filii, et hi patrum suorum opera cernant, quae ipsi quoque, cum ad maturam aetatem pervenerint, effecturi sunt: atque insuper, ut parentibus auxilio sint, ministrentque omnia, quae ad bellum spectant, patresque et matres curent. An non animadvertisti, quod in artibus accidit, veluti quamdiu figulorum filii fingentes patres spectant eisque ministrant, antequam ipsi quicquam fingant? *Glau.* Maxime. *So.* Nunquid diligentius illi quam custodes filios suos erudire debent peritia et inspectione operum cuique convenientium? *Glau.* Ridiculum id

γέλαγον μέντ' ἄν, ἔφη, εἴη. Ἀλλὰ μὴν καὶ μαχεῖταί γε πᾶν ζῶον διαφερόντως παρόντων ὧν ἂν τέκῃ. Ἔστιν οὕτως. κίνδυνος δέ, ὦ Σώκρατες, οὐ σμικρὸς σφαλεῖσιν, οἷα δὴ ἐν πολέμῳ φιλεῖ, πρὸς ἑαυτοῖς παῖδας ἀπολέσαντας ποιῆσαι καὶ τὴν ἄλλην πόλιν ἀδύνατον ἀναλαβεῖν. Ἀληθῆ, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. ἀλλὰ σὺ πρῶτον μὲν ἡγεῖ παρασκευαστέον τὸ μή ποτε κινδυνεῦσαι; Οὐδαμῶς. Τί δ'; εἴ που κινδυνευτέον, οὐκ ἐν ᾧ βελτίους ἔσονται κατορθοῦντες; Δῆλον δή. Ἀλλὰ σμικρὸν οἴει διαφέρειν καὶ οὐκ ἄξιον κινδύνου θεωρεῖν ἢ μὴ τὰ περὶ τὸν πόλεμον παῖδας τοὺς ἄνδρας πολεμικοὺς ἐσομένους; Οὔκ, ἀλλὰ διαφέρει πρὸς ὃ λέγεις. Τοῦτο μὲν ἄρα ὑπαρκτέον, θεωροὺς πολέμου τοὺς παῖδας ποιεῖν, προσμηχανᾶσθαι δ' αὐτοῖς ἀσφάλειαν· καὶ καλῶς ἕξει. ἦ γάρ; Ναί. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, πρῶτον μὲν αὐτῶν οἱ πατέρες, ὅσα ἄνθρωποι, οὐκ ἀμαθεῖς ἔσονται ἀλλὰ γνωμονικοὶ τῶν ἕρπετῶν ὅσαι τε καὶ μὴ ἐπικίνδυνοι; Εἰκός, ἔφη. Εἰς μὲν ἄρα τὰς ἄξουσιν, εἰς δὲ τὰς εὐλαβήσονται. Ὀρθῶς. Καὶ ἄρχοντάς γέ που, ἦν δ' ἐγώ, οὐ τοὺς φαυλοτάτους αὐτοῖς ἐπιστήσουσιν ἀλλὰ τοὺς ἐμπει-

quidem esset. *So.* Quin etiam omne genus animantium natis praesentibus ardentius pugnat. *Glau.* Est ita. verum periculum est permaximum, o Socrates, ne si forte, ut accidit in bello, sors adversa contigerit, filios quoque secum perdant: ex quo civitas nimis multis orbata hominibus resurgere rursus ad proelium nequeat. *So.* Vera loqueris. sed tu forsan imprimis ita se comparare quemque oportere existimas, ut nullum unquam periculum subeat. *Glau.* Nullo modo. *So.* Quid? nonne tunc in discrimen veniendum, ubi, qui se egregie gesserint, praestantiores evadent? *Glau.* Perspicuum est. *So.* Num parum interesse censes, neque periculo dignum, ut spectent vel non spectent res bellicas pueri, qui milites futuri sunt? *Glau.* Immo vero referre ad id, quod ais. *So.* Danda igitur opera est, ut bellum pueri spectent duntaxat, et qua ratione tuti sint, excogitandum: atque ita recte fiet. *Glau.* Nempe. *So.* Principio parentes eorum haudquaquam ignari erunt, sed quoad hominibus concessum est, ad discernendum perspicaces, quibus in castris periculum insit, quibus non insit periculum. *Glau.* Verisimile id quidem. *So.* Ad tutiora itaque ducent eos, ad alia minime. *Glau.* Probe. *So.* Deinde rectores illis praeficient non ignavissimos quosque, sed

ρίᾳ τε καὶ ἡλικίᾳ ἱκανοὺς] ἡγεμόνας τε καὶ παιδαγωγοὺς εἶναι. Πρέπει γάρ. Ἀλλὰ γάρ, φήσομεν, καὶ παρὰ δόξαν πολλὰ πολλοῖς δὴ ἐγένετο. Καὶ μάλα. Πρὸς τοίνυν τὰ τοιαῦτα, ὦ φίλε, πτεροῦν χρὴ παιδία ὄντα εὐθύς, ἵν' ἄν τι δέῃ πετόμενοι ἀποφεύγωσιν. Πῶς λέγεις; ἔφη. Ἐπὶ τοὺς ἵππους, ἦν δ' ἐγώ, ἀναβιβαστέον ὡς νεωτάτους, καὶ διδαξαμένους ἱππεύειν ἐφ' ἵπποιν ἀκτέον ἐπὶ τὴν θέαν, μὴ θυμοειδῶν μηδὲ μαχητικῶν ἀλλ' ὅτι ποδωκεστάτων καὶ εὐηνιωτάτων. οὕτω γὰρ κάλλιστά τε θεάσονται τὸ αὑτῶν ἔργον, καὶ ἀσφαλέστατα, ἄν τι δέῃ, σωθήσονται μετὰ πρεσβυτέρων ἡγε- 468 μόνων ἑπόμενοι. Ὀρθῶς ἔφη μοι δοκεῖς λέγειν.

Τί δαὶ δή, εἶπον, τὰ περὶ τὸν πόλεμον; πῶς ἑκτέον σοι τοὺς στρατιώτας πρὸς αὑτούς τε καὶ τοὺς πολεμίους; ἆρ' ὀρθῶς μοι καταφαίνεται ἢ οὔ; Λέγ', ἔφη, ποῖ ἄν. Αὐτῶν μέν, εἶπον, τὸν λιπόντα τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλόντα ἢ τι τῶν τοιούτων ποιήσαντα διὰ κάκην ἆρα οὐ δημιουργόν τινα δεῖ καθιστάναι ἢ γεωργόν; Πάνυ μὲν οὖν. Τὸν δὲ ζῶντα εἰς τοὺς πολεμίους ἁλόντα ἆρ' οὐ δωρεὰν διδόναι τοῖς θέλουσι χρῆσθαι τῇ ἄγρᾳ ὅ τι ἄν

homines et usu rerum et aetate idoneos duces et paedagogos. *Glau.* Ita decet. *So.* Verum multa dicemus praeter opinionem multis hominibus evenisse. *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Horum causa, o amice, statim a teneris annis alae quaedam applicandae puellis, ut, si quando opus fuerit, volantes protinus aufugiant. *Glau.* Quomodo istud ais? *So.* Equitare consuescent primis ab annis pueris, cumque hoc didicerint, equis ad spectaculum belli ducentur, non ferocibus quidem aut nimium bellicosis, sed quam velocissimis et habenis facile obsequentibus: atque ita commodissime opus suum prospicient, securissimeque evadent, si quid adversi contigerit, seniores duces sequentes. *Glau.* Scite admodum loqui mihi videris. *So.* Quid de his, quae ad bellum attinent, dicendum? quae servanda militibus et ad se invicem et adversus hostes? nunquid recte sentio, necne? *Glau.* Quidnam? *So.* Arbitror eum, qui in acie ordinem deseruit vel arma abiecit vel tale aliquid propter timiditatem commisit, ad opificum ordinem vel agricultorum esse transmittendum. *Glau.* Sic decet. *So.* Eum vero, qui vivens ab hostibus captus fuerit, etiam gratis reddere volentibus relinquendum, ut praeda, quomodocun-

βούλωνται; Κομιδῇ γε. Τὸν δὲ ἀριστεύσαντά τε καὶ εὐδοκιμήσαντα οὐ πρῶτον μὲν ἐπὶ στρατείας ὑπὸ τῶν συστρατευομένων μειρακίων τέ καὶ παίδων ἐν μέρει ὑπὸ ἑκάστου δοκεῖ σοι χρῆναι στεφανωθῆναι; ἢ οὔ; Ἔμοιγε. Τί δέ; δεξιωθῆναι; Καὶ τοῦτο. Ἀλλὰ τόδ', οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, οὐκέτι σοι δοκεῖ. Τὸ ποῖον; Τὸ φιλῆσαί τε καὶ φιληθῆναι ὑπὸ ἑκάστου. Πάντων, ἔφη, μάλιστα· καὶ προστίθημί γε τῷ νόμῳ, ἕως ἂν ἐπὶ ταύτης ὦσι τῆς στρατείας, καὶ μηδενὶ ἐξεῖναι ἀπαρνηθῆναι ὃν ἂν βούλῃται φιλεῖν, ἵνα καὶ ἐάν τις του τύχῃ ἐρῶν ἢ ἄρρενος ἢ θηλείας, προθυμότερος ᾖ πρὸς τὸ τἀριστεῖα φέρειν. Καλῶς, ἦν δ' ἐγώ. ὅτι μὲν γὰρ ἀγαθῷ ὄντι γάμοι τε ἕτοιμοι πλείους ἢ τοῖς ἄλλοις καὶ αἱρέσεις τῶν τοιούτων πολλάκις παρὰ τοὺς ἄλλους ἔσονται, ἴσθ' ὅτι πλεῖστοι ἐπὶ τοῦ τοιούτου γίγνωνται, εἴρηται ἤδη. Εἴπομεν γάρ, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν καὶ καθ' Ὅμηρον τοῖς τοιοῖσδε δίκαιον τιμᾶν τῶν νέων ὅσοι ἀγαθοί, καὶ γὰρ Ὅμηρος τὸν εὐδοκιμήσαντα ἐν τῷ πολέμῳ νώτοισιν Αἴαντα ἔφη διηνεκέεσσι γεραίρεσθαι, ὡς ταύτην οἰκείαν οὖσαν τιμὴν τῷ ἡβῶντί τε καὶ ἀνδρείῳ, ἐξ ἧς ἅμα τῷ τιμᾶσθαι καὶ τὴν ἰσχὺν αὐξήσει. Ὀρθότατα, ἔφη. Πεισόμεθα

que libet, utantur. *Glau.* Omnino. *So.* Qui autem egregie sese gerens excelluerit, primo quidem in ipsa expeditione ab iis, qui una militant, adolescentibus ac pueris, sigillatim a quolibet coronandus. nonne tibi videtur? *Glau.* Mihi vero. *So.* Quid? nonne et dexteras iungere illi debebunt? *Glau.* Et hoc. *So.* At hoc praeterea tibi forsitan non videtur? *Glau.* Quid? *So.* Ut oscula a quolibet accipere debeat ac dare. *Glau.* Immo vero maxime omnium. atqui et legi huic addendum existimo, ut, quoad in ea expeditione fuerint, nemini renuere liceat, quemcunque osculari ipse desideraverit: ut si quis alicuius amore captus fuerit vel maris vel feminae, acrior sit ad victoriam consequendam. *So.* Praeclare. nam quod nuptiae strenuis vir facilius paratae quam aliis et optiones horum frequentiores erunt, ut quam plurimi ex his nascantur, iam dictum est. *Glau.* Diximus certe. *So.* Etenim secundum Homerum eiusmodi iuvenes iustum est maxime honorare. nam ipse Aiacem, in bello praecellentem, dixit continuis ab humeris honoratum: quasi hic puhescenti homini ac forti conveniens sit honor, ex quo cum honore simul et robur augeatur. *Glau.* Recte admodum. *So.* In his ergo Homero parebimus. etenim

ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ταὐτά γε Ὁμήρῳ. καὶ γὰρ ἡμεῖς ἔν τε θυσίαις καὶ τοῖς τοιούτοις πᾶσι τοὺς ἀγαθούς, καθ' ὅσον ἂν ἀγαθοὶ φαίνωνται, καὶ ὕμνοις καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν τιμήσομεν, πρὸς δὲ τούτοις ἕδραις τε καὶ κρέασιν ἰδὲ πλείοις δεπάεσσιν, ἵνα ἅμα τῷ τιμᾶν ἀσκῶμεν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας. Κάλλιστα, ἔφη, λέγεις. Εἶεν. τῶν δὲ δὴ ἀποθανόντων ἐπὶ στρατείας ὃς ἂν εὐδοκιμήσας τελευτήσῃ, ἆρ' οὐ πρῶτον μὲν φήσομεν τοῦ χρυσοῦ γένους εἶναι; Πάντων γε μάλιστα. Ἀλλ' οὐ πεισόμεθα Ἡσιόδῳ, ἐπειδάν τινες τοῦ τοιούτου γένους τελευτήσωσιν, ὡς ἄρα

οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν,
ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλακες μερόπων ἀνθρώπων;

Πειστόμεθα μὲν οὖν. Διαπυθόμενοι ἄρα τοῦ θεοῦ πῶς χρὴ τοὺς δαιμονίους τε καὶ θείους τιθέναι καὶ τίνι διαφόρῳ, οὕτω καὶ ταύτῃ θήσομεν ᾗ ἂν ἐξηγῆται; Τί δ' οὐ μέλλομεν; Καὶ τὸν λοιπὸν δὴ χρόνον ὡς δαιμόνων, οὕτω θεραπεύσομέν τε καὶ προσκυνήσομεν αὐτῶν τὰς θήκας; ταὐτὰ δὲ ταῦτα νομιοῦμεν ὅταν τις γήρᾳ ἢ τινι ἄλλῳ τρόπῳ τελευτήσῃ τῶν ὅσοι ἂν διαφερόντως ἐν τῷ βίῳ ἀγαθοὶ κριθῶσιν; Δίκαιον γοῦν, ἔφη.

Τί δαί; πρὸς τοὺς πολεμίους πῶς ποιήσουσιν

nos in sacris ceterisque huiusmodi viros bonos, quo magis excellent, eo magis et hymnis et his, quae modo diximus, honestabimus, sedibus item et carnibus plenisque pateris: ut et honoremus una viros praestantes mulieresque, et exerceamus. *Glau.* Bellissime loqueris. *So.* Eum vero, qui in militia, cum se strenue gesserit, obiit, primum aurei generis esse dicemus. *Glau.* Maxime omnium. *So.* Deinde, Hesiodo fide adhibita, asseremus, quicunque hoc ex genere decedunt e vita, daemones effici sanctos terrestres, optimos expulsores malorum custodesque mortalium. *Glau.* Ita certe credemus. *So.* Consulemus ergo oraculum, quo pacto beatos divinosque viros condere deceat, et quibus insignibus praecipue decorare: atque ita condemus, ut iusserit. *Glau.* Procul dubio. *So.* Reliquum itaque tempus sepulcra eorum, veluti daemonum, colemus atque adorabimus. eadem quoque servabimus erga illos, qui cum praecipua probitate pollere in vita iudicati fuerint, senio aut alio quodam modo e vita cesserunt. *Glau.* Decet sane. *So.* At quomodo adversus hostes nostri se milites gerent? *Glau.*

ἡμῖν οἱ στρατιῶται; Τὸ ποῖον δή; Πρῶτον μὲν ἀνδραποδισμοῦ πέρι, δοκεῖ δίκαιον Ἕλληνας Ἑλληνίδας πόλεις ἀνδραποδίζεσθαι, ἢ μηδ' ἄλλῃ ἐπιτρέπειν κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ τοῦτο ἐθίζειν, τοῦ Ἑλληνικοῦ γένους φείδεσθαι, εὐλαβουμένους τὴν ὑπὸ τῶν βαρβάρων δουλείαν; Ὅλῳ καὶ παντί, ἔφη, διαφέρει τὸ φείδεσθαι. Μηδὲ Ἕλληνα ἄρα δοῦλον ἐκτῆσθαι μήτε αὐτούς, τοῖς τε ἄλλοις Ἕλλησιν οὕτω ξυμβουλεύειν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη· μᾶλλόν γ' ἂν οὖν οὕτω πρὸς τοὺς βαρβάρους τρέποιντο, ἑαυτῶν δ' ἀπέχοιντο. Τί δαί; σκυλεύειν, ἦν δ' ἐγώ, τοὺς τελευτήσαντας πλὴν ὅπλων, ἐπειδὰν νικήσωσιν, ἢ καλῶς ἔχει; ἢ οὐ πρόφασιν μὲν τοῖς δειλοῖς ἔχει μὴ πρὸς τὸν μαχόμενον ἰέναι, ὡς τι τῶν δεόντων δρῶντας ὅταν περὶ τὸν τεθνεῶτα κυπτάζωσι, πολλὰ δὲ ἤδη στρατόπεδα διὰ τὴν τοιαύτην ἁρπαγὴν ἀπώλετο; Καὶ μάλα. Ἀνελεύθερον δὲ οὐ δοκεῖ καὶ φιλοχρήματον νεκρὸν συλᾶν, καὶ γυναικείας τε καὶ σμικρᾶς διανοίας τὸ πολέμιον νομίζειν τὸ σῶμα τοῦ τεθνεῶτος ἀποπταμένου τοῦ ἐχθροῦ, λελοιπότος δὲ ᾧ ἐπολέμει; ἢ οἶει τι διάφορον δρᾶν τοὺς τοῦτο ποιοῦντας τῶν κυνῶν, αἳ τοῖς λίθοις οἷς ἂν βληθῶσι χαλεπαίνουσι τοῦ

Qua in re? *So.* Inprimis quidem de servitute quaero, utrum iustum esse censeas, ut Graeci Graecas urbes in servitutem redigant: an potius ut neque ab aliis fieri istud permittant, ac pro viribus obstent, consuescantque Graecorum generi parcere, cavent es ne barbaris ipsi servire cogantur. *Glau.* Omnino et ad omnia refert Graecis parcere. *So.* Ergo nostri exercitus neminem Graecum facere servum debent, sed et Graecis aliis consulere potius, ut ipsi ab hoc caveant. *Glau.* Prorsus. nam ita facilius ac fortius contra barbaros insurgent, et ab se invicem abstinebunt. *So.* Quid autem? spoliare mortuos praeter arma, postquam vicerunt, honestum est, an non? an occasionem hoc praebet timidis, ne adversus hostem adventent, quasi magnificum aliquid moliantur, quando inter cadavera volutantur? at enim rapiendi cupiditate multi iam exercitus perierunt. *Glau.* Maxime. *So.* An non illiberale quiddam cogitationisque avarae, mulicbris ac vilis esse videtur cadaver exspoliare, hostemque putare mortui corpus, cum adversarius ipse abierit, eo quo pugnabat relicto? Num censes eos, qui hoc agunt, differre a canibus adversus iactos lapides irascenti-

βαλόντος οὐχ ἅπτόμεναι; Οὐδὲ σμικρόν, ἔφη. Ἑαυτέον ἄρα τὰς νεκροσυλίας καὶ τὰς τῶν ἀναιρέσεων διακωλύσεις; Ἑαυτέον μέντοι, ἔφη, νὴ Δία. Οὐδὲ μήν που πρὸς τὰ ἱερὰ τὰ ὅπλα οἴσομεν ὡς ἀναθήσοντες, ἄλλως τε καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων, ἐάν τι ἡμῖν μέλῃ τῆς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἕλ-
470 ληνας εὐνοίας· μᾶλλον δὲ καὶ φοβηθησόμεθα μή τι μίασμα ᾖ πρὸς ἱερὸν τὰ τοιαῦτα ἀπὸ τῶν οἰκείων φέρειν, ἐὰν μή τι δὴ ὁ θεὸς ἄλλο λέγῃ. Ὀρθότατα, ἔφη. Τί δαί; γῆς τε τμήσεως τῆς Ἑλληνικῆς καὶ οἰκιῶν ἐμπρήσεως, ποῖόν τί σοι δράσουσιν οἱ ϛρατιῶται πρὸς τοὺς 10
πολεμίους; Σοῦ, ἔφη, δόξαν ἀποφαινομένου ἥδέως ἂν ἀκούσαιμι. Ἐμοὶ μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, δοκεῖ τούτων μηδέτερα ποιεῖν, ἀλλὰ τὸν ἐπέτειον καρπὸν ἀφαιρεῖσθαι. καὶ ὧν ἕνεκα, βούλει σοι λέγω; Πάνυ γε. Φαίνεταί μοι, ὥς περ καὶ ὀνομάζεται δύο ταῦτα ὀνόματα, πόλεμός τε καὶ ϛάσις, οὕτω καὶ εἶναι δύο, ὄντα ἐπὶ δυεῖν τινοῖν διαφοραῖν. λέγω δὲ τὰ δύο, τὸ μὲν οἰκεῖον καὶ ξυγγενές, τὸ δὲ ἀλλότριον καὶ ὀθνεῖον. ἐπὶ μὲν οὖν τῇ τοῦ οἰκείου ἔχθρᾳ ϛάσις κέκληται, ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ ἀλλοτρίου πόλεμος. Καὶ οὐδέν γ', ἔφη, ἀπὸ 20
τρόπου λέγεις. Ὅρα δὴ καὶ εἰ τόδε πρὸς τρόπου λέγω.

bus eo qui iacit dimisso? *Glau.* Nihilo equidem differre arbitror. *So.* Quare a rapinis huiusmodi abstinendum est: victoriae namque obsunt. *Glau.* Abstinendum penitus. *So.* Neque etiam in templum arma transferemus, ea Deo sacraturi, praesertim arma Graecorum, si modo nobis curae est cum Graecis aliis benevolentia. maxime vero formidabimus, ne scelus impium sit talia a propriis in sacrum transferre: nisi quid aliud Deus dixerit. *Glau.* Recte admodum. *So.* An tui milites Graecorum, quibuscum pugnabunt, agros depopulabuntur ac domos incendent? *Glau.* Libenter, quid tu de hoc sentis, audirem. *So.* Mihi quidem nihil tale videtur agendum esse, sed fructus annuos duntaxat auferendos. vis causam dicam? *Glau.* Equidem. *So.* Videtur mihi, sicuti nomina haec duo sunt, bellum ac seditio; ita et duo quaedam duabus subesse differentiis. dico autem duo haec, aliud quidem proprium et cognatum, aliud alienum atque extraneum. inimicitias utique inter proprios seditionem, inter extraneos bellum vocant. *Glau.* Haud ab re est, quod ais. *So.* Animadverte, numquid et hoc ad rem dicam. aio equidem Graecos omnes secum propin-

φημὶ γὰρ τὸ μὲν Ἑλληνικὸν γένος αὐτὸ αὑτῷ οἰκεῖον εἶναι καὶ ξυγγενές, τῷ δὲ βαρβαρικῷ ὀθνεῖόν τε καὶ ἀλλότριον. Καλῶς γε, ἔφη. Ἕλληνας μὲν ἄρα βαρβάροις καὶ βαρβάρους Ἕλλησι πολεμεῖν μαχομένους τε φήσομεν καὶ πολεμίους φύσει εἶναι, καὶ πόλεμον τὴν ἔχθραν ταύτην κλητέον· Ἕλληνας δὲ Ἕλλησιν, ὅταν τι τοιοῦτο δρῶσι, φύσει μὲν φίλους εἶναι, νοσεῖν δ' ἐν τῷ τοιούτῳ τὴν Ἑλλάδα καὶ στασιάζειν, καὶ στάσιν τὴν τοιαύτην ἔχθραν κλητέον. Ἐγὼ μέν, ἔφη, ξυγχωρῶ οὕτω νομίζειν. Σκόπει δή, εἶπον, ὅτι ἐν τῇ νῦν ὁμολογουμένῃ στάσει, ὅπου ἄν τι τοιοῦτον γένηται καὶ διασῇ πόλις, ἐὰν ἑκάτεροι ἑκατέρων τέμνωσιν ἀγροὺς καὶ οἰκίας ἐμπιπρῶσιν, ὡς ἀλιτηριώδης τε δοκεῖ ἡ στάσις εἶναι καὶ οὐδέτεροι αὐτῶν φιλοπόλιδες· οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐτόλμων τὴν τροφόν τε καὶ μητέρα κείρειν· ἀλλὰ μέτριον εἶναι τοὺς καρποὺς ἀφαιρεῖσθαι τοῖς κρατοῦσι τῶν κρατουμένων, καὶ διανοεῖσθαι ὡς διαλλαγησομένων καὶ οὐκ ἀεὶ πολεμησόντων. Πολὺ γάρ, ἔφη, ἡμερωτέρων αὕτη ἡ διάνοια ἐκείνης. Τί δὲ δή; ἔφην· ἣν σὺ πόλιν οἰκίζεις, οὐχ Ἑλληνὶς ἔσται; Δεῖ γ' αὐτήν, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἀγαθοί τε καὶ ἥμεροι ἔσονται; Σφόδρα γε.

quos esse genere atque cognatos, a barbaris autem diversos atque extraneos. *Glau.* Praeclare loqueris. *So.* Quotiens igitur Graeci adversus barbaros vel contra Graecos barbari ipsi pugnabunt, bellum gerere asseremus et hostes esse natura, et has inimicitias bellum vocabimus. quando vero Graeci adversus Graecos insurgent, dicemus eos natura quidem amicos esse, morbo autem laborare in hoc Graeciam et seditionibus agitari: et seditionem has inimicitias appellabimus. *Glau.* Assentior equidem. *So.* Si in seditiosa civitate utriusque factionis homines adversariorum agros deturbarent inflammarentque domos, vides quam perniciosa futura seditio sit neutrique illorum patriae suae cultores? quippe si eam amarent, nunquam certe auderent nutricem matremque vastare, sed satis esse factum putarent, si victores aliorum raperent fructus, existimantes non semper se invicem pugnaturos, sed quandoque reconciliandos. *Glau.* Mitiorum profecto hominum haec est sententia. *So.* Civitas haec, quam condis, nonne Graeca? *Glau.* Decet. *So.* Ergo et aequi et mites in ea cives. *Glau.* Maxime.

Ἀλλ' οὐ φιλέλληνες; οὐδὲ οἰκείαν τὴν Ἑλλάδα ἡγήσονται, οὐδὲ κοινωνήσουσιν ὧν περ οἱ ἄλλοι ἱερῶν; Καὶ σφόδρα γε. Οὐκοῦν τὴν πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαφορὰν, ὡς οἰκείους, ξάσιν ἡγήσονται καὶ οὐδὲ ὀνομάσουσι πόλεμον; Οὐ γάρ. Καὶ ὡς διαλλαγησόμενοι ἄρα διοίσονται; Πάνυ μὲν οὖν. Εὐμενῶς δὴ σωφρονιοῦσιν, οὐκ ἐπὶ δουλείᾳ κολάζοντες οὐδ' ἐπ' ὀλέθρῳ, σωφρονιεῖν ὄντες, οὐ πολέμιοι. Οὕτως, ἔφη. Οὐδ' ἄρα τὴν Ἑλλάδα Ἕλληνες ὄντες κεροῦσιν, οὐδὲ οἰκήσεις ἐμπρήσουσιν, οὐδὲ ὁμολογήσουσιν ἐν ἑκάστῃ πόλει πάντας ἐχθροὺς αὐτοῖς εἶναι, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, ἀλλ' ὀλίγους ἀεὶ ἐχθροὺς τοὺς αἰτίους τῆς διαφορᾶς. καὶ διὰ ταῦτα πάντα οὔτε τὴν γῆν ἐθελήσουσι κείρειν αὐτῶν, ὡς φίλων τῶν πολλῶν, οὔτε οἰκίας ἀνατρέπειν· ἀλλὰ μέχρι τούτου ποιήσονται τὴν διαφοράν, μέχρι οὗ ἂν οἱ αἴτιοι ἀναγκασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀναιτίων ἀλγούντων δοῦναι δίκην. Ἐγὼ μέν, ἔφη, ὁμολογῶ οὕτω δεῖν πρὸς τοὺς ἐναντίους τοὺς ἡμετέρους πολίτας προσφέρεσθαι· πρὸς δὲ τοὺς βαρβάρους, ὡς νῦν οἱ Ἕλληνες πρὸς ἀλλήλους. Τιθῶμεν δὴ καὶ τοῦτον τὸν νόμον,

471

So. Quare Graecorum amici. nempe omnem Graeciam sibi coniunctam existimabunt, et sacra habebunt, ut alii, inter se communia. *Glau.* Summopere. *So.* Itaque contentionem sibi adversus alios Graecos exortam tanquam cum suis geri putabunt, seditionemque vocabunt, non bellum. *Glau.* Sic prorsus agent. *So.* Ergo tanquam qui reconciliandi quandoque sint, altercabuntur. *Glau.* Ita certe. *So.* Pia itaque sententia et temperato animo rem agent, non ad servitutem aut necem respicientes, tanquam qui hostes minime sint. *Glau.* Hoc utique modo. *So.* Non ergo Graeciam, cum Graeci sint, destruent: neque domos incendent, neque putabunt in singulis civitatibus omnes sibi adversos esse, et viros et mulieres et pueros, sed paucos admodum inimicos, eos duntaxat, qui fuerint discordiae causa. quamobrem neque regionem devastabunt eorum, quasi ut plurimum amicorum, neque domos subvertent: sed eatenus decertabunt, quatenus, qui discordiae causam dederunt, insontibus poenas solvant. *Glau.* Assentior equidem ita esse Graecis pugnantibus repugnandum: contra barbaros autem ita animatos esse debere, ut nunc Graeci contra Graecos affecti sunt. *So.* Ponamus itaque legem hanc custodibus, ut

τοῖς φύλαξι μήτε γῆν τέμνειν μήτε οἰκίας ἐμπιπράναι; Θῶμεν, ἔφη, καὶ ἔχειν γε καλῶς ταῦτά τε καὶ τὰ πρόσθεν.

Ἀλλὰ γάρ μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, ἐάν τίς σοι τὰ τοιαῦτα ἐπιτρέπῃ λέγειν, οὐδέποτε μνησθήσεσθαι ὃ ἐν τῷ πρόσθεν παρωσάμενος πάντα ταῦτα εἴρηκας, τὸ ὡς δυνατὴ αὕτη ἡ πολιτεία γενέσθαι καὶ τίνα τρόπον ποτὲ δυνατή· ἐπεὶ ὅτι γε, εἰ γένοιτο, πάντ' ἂν εἴη ἀγαθὰ πόλει ἥ γένοιτο, καὶ ἃ σὺ παραλείπεις ἐγὼ λέγω, ὅτι καὶ τοῖς πολεμίοις ἄρις' ἂν μάχοιντο τῷ ἥκιστα ἀπολείπειν ἀλλήλους, γιγνώσκοντές τε καὶ ἀνακαλοῦντες ταῦτα τὰ ὀνόματα ἑαυτούς, ἀδελφούς, πατέρας, υἱεῖς· εἰ δὲ καὶ τὸ θῆλυ συστρατεύοιτο, εἴτε καὶ ἐν τῇ αὐτῇ τάξει εἴτε καὶ ὄπισθεν ἐπιτεταγμένον, φόβων τε ἕνεκα τοῖς ἐχθροῖς καὶ εἴ ποτέ τις ἀνάγκη βοηθείας γένοιτο, οἶδ' ὅτι ταύτῃ πάντῃ ἄμαχοι ἂν εἶεν. καὶ οἷσι γε ἃ παραλείπεται ἀγαθά, ὅσα ἂν εἴη αὐτοῖς, ὁρῶ. ἀλλ' ὡς ἐμοῦ ὁμολογοῦντος πάντα ταῦτα ὅτι εἴη ἄν, καὶ ἄλλα γε μυρία, εἰ γένοιτο ἡ πολιτεία αὕτη, μηκέτε πλείω περὶ αὐτῆς λέγε, ἀλλὰ τοῦτο αὐτὸ ἤδη πειρώμεθα ἡμᾶς αὐτοὺς πείθειν, ὡς δυνατὸν καὶ ἧ δυνα-

neque dissipent agros neque igne aedes absumant. *Glau.* Ponamus profecto, et haec una cum superioribus recte se habere asseveremus. Sed mihi quidem videris, o Socrates, si quis te talia quaedam narrare permittat, nunquam illius te recordaturum, quod in superioribus praetermittens haec omnia in medium adduxisti: quod videlicet possibile sit hanc rempublicam fieri, et quo pacto fieri possit. nam si exstiterit, quod bona omnia civitati ipsi proveniant, non dubito: quin et ea etiam, quae tu praetermittis, quod videlicet cives illi contra hostes strenue pugnabunt, eo quod se invicem nequaquam deserent, cognoscentes se invicem esse propinquos, perque haec nomina mutuo se vocantes, fratres, patres, filios. quod si et feminae militent una, sive eodem in ordine sive sequenti acie, ut et terreantur hostes et, cum necessitas postulaverit, viris auxilium afferatur: certe scio inexpugnabiles eos fore: et quot bona eos domi sequantur, etsi dicta omnia non sunt, intelligo. Verum tanquam concedente me haec omnia et alia permulta, si fiat haec res publica, proventura, ne plura de ipsa superinducas: sed hoc ipsum iam conemur nobis persuadere, quod possibile sit, et qua ratione possibile, hanc exstare rem publicam.

τόν, τὰ δ' ἄλλα χαίρειν ἐῶμεν. Ἐξαίφνης γε σύ, ἦν
472 δ' ἐγώ, ὥς περ καταδρομὴν ἐποιήσω ἐπὶ τὸν λόγον μου, καὶ οὐ συγγιγνώσκεις στρατευομένῳ· ἴσως γὰρ οὐκ οἶσθα ὅτι μόγις μοι τῷ δύο κύματε ἐκφυγόντι νῦν τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τρικυμίας ἐπάγεις, ὃ ἐπειδὰν ἴδῃς τε καὶ ἀκούσῃς, πάνυ συγγνώμην ἕξεις, ὅτι εἰκότως ἄρα ὤκνουν τε καὶ ἐδεδοίκη οὕτω παράδοξον λέγειν λόγον τε καὶ ἐπιχειρεῖν διασκοπεῖν. Ὅσῳ ἄν, ἔφη, τοιαῦτα πλείω λέγῃς, ἧττον ἀφεθήσει ὑφ' ἡμῶν πρὸς τὸ μὴ εἰπεῖν πῇ δυνατὴ γίγνεσθαι αὕτη ἡ πο- 10
λιτεία. ἀλλὰ λέγε καὶ μὴ διάτριβε.

Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, πρῶτον μὲν τόδε χρὴ ἀναμνησθῆναι, ὅτι ἡμεῖς ζητοῦντες δικαιοσύνην οἷόν ἐστι καὶ ἀδικίαν δεῦρο ἤκομεν; Χρή· ἀλλὰ τί τοῦτό γ'; ἔφη. Οὐδέν. ἀλλ' ἐὰν εὕρωμεν οἷόν ἐστι δικαιοσύνη, ἆρά καὶ ἄνδρα τὸν δίκαιον ἀξιώσομεν μηδὲν δεῖν αὐτῆς ἐκείνης διαφέρειν, ἀλλὰ πανταχῇ τοιοῦτον εἶναι οἷον δικαιοσύνη ἐστίν; ἢ ἀγαπήσομεν ἐὰν ὅτι ἐγγύτατα αὐτῆς ᾖ καὶ πλείστῳ τῶν ἄλλων ἐκείνης μετέχῃ; Οὕτως, ἔφη· ἀγαπήσομεν. Παραδείγματος ἄρα ἕνεκα, ἦν 20
δ' ἐγώ, ἐζητοῦμεν αὐτό τε δικαιοσύνην οἷόν ἐστι, καὶ

cetera vero mittamus. *So.* Subita quadam incursione sermonem meum iterum invasisti: neque mihi ignoscis militiae laboribus iam defesso: neque advertis forsitan, quod vix me duobus e fluctibus emergentem nunc in tertium retrudis, pelagus profundissimum. quod postquam videris audierisque, dabis certe mihi veniam, cognoscens haud iniuria extimuisse me sermonem adeo ab opinione hominum abhorrentem ingredi. *Glau.* Quo plura in hanc sententiam congeres, eo minus dimitteris a nobis, quo minus ostendas, qua ratione fieri possit haec res publica. Quare dicas iam, nec ultra cunctaris. *So.* In primis meminisse oportet, quod nos inquirentes, quale quid iustitia et iniustitia sit, huc disputando devenimus. *Glau.* Oportet sane. sed quorsum haec? *So.* Nempe si quale quid iustitia sit conspexerimus, num virum iustum censebimus nihilo debere ab illa differre, sed talem esse omnino, qualis ipsa iustitia est? an satis esse factum putabimus, si quam proxime ad eam accesserit, et maxime omnium illius sit particeps? *Glau.* Ita plane satis habere putabimus. *So.* Exemplaris igitur causa, quale quid iustitia sit, quaesivimus, et qualis vir perfecte

ἄνδρα τὸν τελέως δίκαιον, ἢ γένοιτο καὶ οἷος ἂν εἴη γενόμενος, καὶ ἀδικίαν αὖ καὶ τὸν ἀδικώτατον, ἵνα εἰς ἐκείνους ἀποβλέποντες, οἷοι ἂν ἡμῖν φαίνωνται εὐδαιμονίας τε πέρι καὶ τοῦ ἐναντίου, ἀναγκαζώμεθα καὶ περὶ ἡμῶν αὐτῶν ὁμολογεῖν, ὃς ἂν ἐκείνοις ὅτι ὁμοιότατος ᾖ, τὴν ἐκείνοις μοῖραν ὁμοιοτάτην ἕξειν, ἀλλ' οὐ τούτου ἕνεκα, ἵν' ἀποδείξωμεν ὡς δυνατὰ ταῦτα γίγνεσθαι. Τοῦτο μέν, ἔφη, ἀληθὲς λέγεις. Οἴει ἂν οὖν ἧττόν τι ἀγαθὸν ζωγράφον εἶναι ὃς ἂν γράψας παράδειγμα, οἷον ἂν εἴη ὁ κάλλιστος ἄνθρωπος, καὶ πάντα εἰς τὸ γράμμα ἱκανῶς ἀποδοὺς μὴ ἔχῃ ἀποδεῖξαι ὡς καὶ δυνατὸν γενέσθαι τοιοῦτον ἄνδρα; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφη. Τί οὖν; οὐ καὶ ἡμεῖς, φαμέν, παράδειγμα ἐποιοῦμεν λόγῳ ἀγαθῆς πόλεως; Πάνυ γε. Ἧττόν τι οὖν οἴει ἡμᾶς λέγειν εὖ τούτου ἕνεκα, ἐὰν μὴ ἔχωμεν ἀποδεῖξαι ὡς δυνατὸν οὕτω πόλιν οἰκῆσαι ὡς ἐλέγετο; Οὐ δῆτα, ἔφη. Τὸ μὲν τοίνυν ἀληθές, ἦν δ' ἐγώ, οὕτως· εἰ δὲ δὴ καὶ τοῦτο προθυμηθῆναι δεῖ σὴν χάριν, ἀποδεῖξαι πῇ μάλιστα καὶ κατὰ τί δυνατώτατ' ἂν εἴη, πάλιν μοι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀπόδειξιν τὰ αὐτὰ διομολόγησαι. Τὰ ποῖα; Ἆρ' οἷόν τε τι

justus, si exstet: iniustitia rursus qualis, et iniustissimus homo: ut quales ipsi quoad beatitudinem et miseriam esse nobis contuentibus viderentur, cogeremur et de nobis ipsis fateri, talem nostrum quemque sortem habiturum, quisquis e nobis illis se praestiterit quam simillimum. non autem ob id perscrutati haec sumus, ut monstraremus ea fieri posse. *Glau.* Vera haec sunt. *So.* Censes aliquem ex hoc minus bonum fore pictorem, quod, postquam humanae pulchritudinis exemplar absolutum ediderit nihilque e specie praetermiserit, nequeat demonstrare hominem talem reperiri posse? *Glau.* Nequaquam. *So.* Nonne et nos praestantissimae civitatis oratione exemplar effinximus? *Glau.* Prorsus. *So.* An igitur eo minus nos recte loqui existimas, si ostendere non possumus talem extare posse civitatem, qualem ipso sermone depinximus? *Glau.* Minime. *So.* Sic utique se veritas habet. quod si et hoc praeterea tui causa demonstrandum, quo modo et secundum quid maxime effici possit, rursus ad hanc ostensionem haec ipsa mihi confirma. *Glau.* Quaenam? *So.* Nunquid agi sic aliquid possit,

473 πραχθῆναι ὡς λέγεται, ἢ φύσιν ἔχει πρᾶξιν λέξεως ἥττον ἀληθείας ἐφάπτεσθαι, κἂν εἰ μή τῳ δοκοῖ; ἀλλὰ σὺ πότερον ὁμολογεῖς οὕτως ἢ οὔ; Ὁμολογῶ, ἔφη. Τοῦτο μὲν δὴ μὴ ἀνάγκαζέ με, οἷα τῷ λόγῳ διήλθομεν, τοιαῦτα παντάπασι καὶ τῷ ἔργῳ δεῖν γιγνόμενα ἀποφαίνειν· ἀλλ' ἐὰν οἷοί τε γενώμεθα εὑρεῖν ὡς ἂν ἐγγύτατα τῶν εἰρημένων πόλις οἰκήσειε, φάναι ἡμᾶς ἐξευρηκέναι ὡς δυνατὰ ταῦτα γίγνεσθαι ἃ σὺ ἐπιτάττεις. ἢ οὐκ ἀγαπήσεις τούτων τυγχάνων; ἐγὼ μὲν γὰρ ἂν ἀγαπῴην. Καὶ γὰρ ἐγώ, ἔφη. Τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, πειρώμεθα ζητεῖν τε καὶ ἀποδεικνύναι, τί ποτε νῦν κακῶς ἐν ταῖς πόλεσι πράττεται δι' ὃ οὐχ οὕτως οἰκοῦνται, καὶ τίνος ἂν σμικροτάτου μεταβαλόντος ἔλθοι εἰς τοῦτον τὸν τρόπον τῆς πολιτείας πόλις, μάλιστα μὲν ἑνός, εἰ δὲ μή, δυοῖν, εἰ δὲ μή, ὅτι ὀλιγίστων τὸν ἀριθμὸν καὶ σμικροτάτων τὴν δύναμιν. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Ἑνὸς μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, μεταβαλόντος δοκοῦμέν μοι ἔχειν δεῖξαι ὅτι μεταπέσοι ἄν, οὐ μέντοι σμικροῦ γε οὐδὲ ῥᾳδίου, δυνατοῦ δέ. Τίνος; ἔφη. Ἐπ' αὐτὸ δή, ἦν δ' ἐγώ, εἶμι ὃ τῷ μεγίστῳ προσικάζομεν κύματι. εἰρήσεται δ' οὖν,

ut dicitur: vel ita natura comparatum est, ut actio minus quam sermo veritatem attingat, licet alicui non videatur? Tu vero utrum das istud, an non? *Glau.* Do equidem. *So.* Ne me cogas igitur, ut, qualia verbis haec figuravimus, talia penitus digito indicare debeam. sed si valeamus adinvenire, qua ratione quam proxime ad haec accedat rei publicae institutio, fatendum est comperisse nos, quemadmodum, quae tu praecipis, effici possint. An non satis esse factum duces, si horum compos efficiaris? nam ego quidem sat haberem. *Glau.* Ego quoque. *So.* Conemur igitur declarare posthac, quidem sat haberem. *Glau.* Ego quoque. *So.* Conemur igitur declarare posthac, quid nunc male agatur in civitatibus, propter quod non ita regantur: et utrum unius cuiusdam exigui mutatione civitas ad hunc ordinem redigatur, quidve illud sit: et nunquid maxime unius mutatione id fiat, vel saltem duorum, an plurium, sed quam paucissimorum et potentia minimorum. *Glau.* Sic omnino. *So.* Uno quodam mutato ostendere id possumus, quod etsi possibile, non parvum tamen nec facile. *Glau.* Quid istud? *So* Ad id descendo equidem, quod ingenti fluctui comparavimus. Di-

εἰ καὶ μέλλει γέλωτί τε ἀτεχνῶς ὥς περ κῦμα ἐκγελῶν καὶ ἀδοξίᾳ κατακλύσειν. σκόπει δὲ ὃ μέλλω λέγειν. Λέγε, ἔφη. Ἐὰν μή, ἦν δ' ἐγώ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ οἱ βασιλῆς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσαι φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα, ὦ φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσι, δοκῶ δὲ οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, οὐδὲ αὕτη ἡ πολιτεία μή ποτε πρότερον φυῇ τε εἰς τὸ δυνατὸν καὶ φῶς ἡλίου ἴδῃ, ἣν νῦν λόγῳ διεληλύθαμεν. ἀλλὰ τοῦτό ἐστιν ὃ ἐμοὶ πάλαι ὄκνον ἐντίθησι λέγειν, ὁρῶντι ὡς πολὺ παρὰ δόξαν ῥηθήσεται· χαλεπὸν γὰρ ἰδεῖν ὅτι οὐκ ἄν ἄλλη τις εὐδαιμονήσειεν οὔτε ἰδίᾳ οὔτε δημοσίᾳ. Καὶ ὅς, Ὦ Σώκρατες, ἔφη, τοιοῦτον ἐκβέβληκας ῥῆμά τε καὶ λόγον, ὃν εἰπὼν ἡγοῦ ἐπὶ σὲ πάνυ πολλούς τε καὶ οὐ φαύλους νῦν 474
οὕτως, οἷον ῥίψαντας τὰ ἱμάτια, γυμνοὺς λαβόντας ὅ τι ἑκάστῳ παρέτυχεν ὅπλον, θεῖν διατεταμένους ὡς θαυμάσια ἐργασομένους· οὓς εἰ μὴ ἀμυνεῖ τῷ λόγῳ καὶ ἐκφεύξει, τῷ ὄντι τωθαζόμενος δώσεις δίκην. Οὐκοῦν σύ μοι, ἦν δ' ἐγώ, τούτων αἴτιος; Καλῶς γ', ἔφη,

cetur igitur: quanquam suspicor, ne effusiore incredulorum risu inundante penitus obruatur. considera, quod dicturus sum. *Glau.* Dic iam. *So.* Nisi philosophi civitatibus dominentur, vel hi, qui nunc reges potentesque dicuntur, legitime sufficienterque philosophentur, in idemque civilis potentia et philosophia concurrant, neque (quod nunc fit) a diversis duo haec tractentur ingeniis: non erit civitati vel, ut mea fert opinio, hominum generi requies ulla malorum: neque prius haec res publica, quam verbis exposuimus, orietur pro viribus et lumen solis aspiciet. Hoc est, quod ego iamdiu dicere vereor, quasi sit incredibile dictu. nam haud facile persuadetur, nullam aliam gubernationem privatim vel publice futuram felicem. *Glau.* Ex hac tua oratione, o Socrates, existimato lacessitos plurimos, nec viles quidem homunculos, abiectis vestibus susceptisque, undecunque contigerit, armis, impetum in te facturos, quasi ex hoc mira quaedam isti effecturi sint. quibus nisi oratione repugnaveris, eosque effugeris, plurimis conviciis laceratus dabis poenas. *So.* An non tu horum mihi causa es?

ἐγὼ ποιῶν. ἀλλά τοί σε οὐ προδώσω, ἀλλ' ἀμυνῶ οἷς δύναμαι· δύναμαι δὲ εὐνοίᾳ τε καὶ τῷ παρακελεύεσθαι, καὶ ἴσως ἂν ἄλλου του ἐμμελέξερόν σοι ἀποκρινοίμην. ἀλλ' ὡς ἔχων τοιοῦτον βοηθὸν πειρῶ τοῖς ἀπιστοῦσιν ἐνδείξασθαι ὅτι ἔχει ἢ σὺ λέγεις. Πειρατέον, ἦν δ' ἐγώ, ἐπειδὴ καὶ σὺ οὕτω μεγάλην ξυμμαχίαν παρέχει. ἀναγκαῖον οὖν μοι δοκεῖ, εἰ μέλλομέν πῃ ἐκφεύξεσθαι οὓς λέγεις, διορίσασθαι πρὸς αὐτοὺς τοὺς φιλοσόφους τίνας λέγοντες τολμῶμεν φάναι δεῖν ἄρχειν, ἵνα διαδήλων γενομένων δύνηταί τις ἀμύνεσθαι ἐνδεικνύμενος ὅτι τοῖς μὲν προσήκει φύσει ἅπτεσθαί τε φιλοσοφίας ἡγεμονεύειν τ' ἐν πόλει, τοῖς δ' ἄλλοις μήτε ἅπτεσθαι ἀκολουθεῖν τε τῷ ἡγουμένῳ. Ὥρα ἂν εἴη, ἔφη, ὁρίζεσθαι Ἴθι δή, ἀκολούθησόν μοι τῇδε, ἐὰν αὐτὸ ἁμῇ γέ πῃ ἱκανῶς ἐξηγησώμεθα. Ἄγε, ἔφη. Ἀναμιμνήσκειν οὖν σε, ἦν δ' ἐγώ, δεήσει, ἢ μέμνησαι, ὅτι ὃν ἂν φῶμεν φιλεῖν τι, δεῖ φανῆναι αὐτόν, ἐὰν ὀρθῶς λέγηται, οὐ τὸ μὲν φιλοῦντα ἐκείνου, τὸ δὲ μή, ἀλλὰ πᾶν ἐρῶντα; Ἀναμιμνήσκειν, ἔφη, ὡς ἔοικε, δεῖ· οὐ γὰρ πάνυ γε ἐννοῶ. Ἄλλῳ, εἶπον, ἔπρεπεν, ὦ Γλαύκων, λέγειν ἃ λέγεις· ἀνδρὶ δ' ἐρωτικῷ οὐ πρέπει

Glau. Et recte quidem. verum haud te prodam, immo certe defendam, quibuscunque potero: possum certe benevolentia exhortationibusque. ac forte diligentius tibi quam quivis alius respondebo. quamobrem, tanquam hoc defensore adiutus, conare his incredulis demonstrare ita esse, ut dicis. *So.* Annitendum profecto, postquam et tu acriter propugnaturus videris. Necessarium mihi videtur, si eos effugere volumus, declarare illis in primis, quales viros esse philosophos arbitramur, cum illis imperium exhibemus: ut his patefactis possit aliquis opem ferre, ostendens quod hos quidem decet ex ipsa natura et philosophiae studium et rei publicae administrationem attingere, alios autem nequaquam attingere, sed ducentibus illis obtemperare. *Glau.* Declarandum iam. *So.* Age, hac me sequere, si quo modo exponere hoc ad sufficientiam valeamus. *Glau.* Duc. *So.* Nunquid admonendus es, an satis ipse meministi, quod quando aliquem amare aliquid dicimus, videatur oportet, si vere id dicitur, non partim illud diligere, partim minime, sed ad totum affici? *Glau.* Admonitione equidem egeo. nam non satis teneo. *So.* Alium quemvis potius decebat, o Glauco, ita loqui. virum autem amori plurimum indulgentem igno-

ἀμνημονεῖν ὅτι πάντες οἱ ἐν ὥρᾳ τὸν φιλόπαιδα καὶ ἐρωτικὸν ἁμῇ γέ πῃ δάκνουσί τε καὶ κινοῦσι, δοκοῦντες ἄξιοι εἶναι ἐπιμελείας τε καὶ τοῦ ἀσπάζεσθαι. ἢ οὐχ οὕτω ποιεῖτε πρὸς τοὺς καλούς; ὁ μέν, ὅτι σιμός, ἐπίχαρις κληθεὶς ἐπαινεθήσεται ὑφ' ὑμῶν, τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικόν φατε εἶναι, τὸν δὲ δὴ διὰ μέσου τούτων ἐμμετρώτατα ἔχειν, μέλανας δὲ ἀνδρικοὺς ἰδεῖν, λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας εἶναι· μελιχλώρους δὲ καὶ τοὔνομα οἴει τίνος ἄλλου ποίημα εἶναι ἢ ἐραστοῦ ὑποκοριζομένου τε καὶ εὐχερῶς φέροντος τὴν ὠχρότητα, ἐὰν ἐπὶ ὥρᾳ ᾖ; καὶ ἑνὶ λόγῳ πάσας προφάσεις προφασίζεσθέ τε καὶ πάσας φωνὰς ἀφίετε, ὥστε μηδένα ἀποβάλλειν τῶν ἀνθούντων ἐν ὥρᾳ. Εἰ βούλει, ἔφη, ἐπ' ἐμοῦ λέγειν περὶ τῶν ἐρωτικῶν ὅτι οὕτω ποιοῦσι, συγχωρῶ τοῦ λόγου χάριν. Τί δ', ἦν δ' ἐγώ, τοὺς φιλοίνους οὐ τὰ αὐτὰ ταῦτα ποιοῦντας ὁρᾷς; πάντα οἶνον ἐπὶ πάσης προφάσεως ἀσπαζομένους; Καὶ μάλα. Καὶ μὴν φιλοτίμους γε, ὡς ἐγῷμαι, καθορᾷς, ὅτι ἂν μὴ ῥᾳστηγῆσαι δύνωνται τριττυαρχοῦσι, κἂν μὴ ὑπὸ μειζόνων καὶ σεμνοτέρων τιμῶνται, ὑπὸ σμικροτέρων καὶ φαυλοτέρων τιμώμενοι ἀγαπῶσιν, ὡς ὅλως τιμῆς ἐπι- 475

rare non decet, quod omnes in aetatis flore constituti puerorum amatorem quoquo modo stimulant atque concitant, cum digni cura ac dilectione esse videantur. An non sic erga speciosos adolescentes affecti estis? alius, quia simus, gratiosus iudicatur a vobis atque laudatur. aquilinum vero regium appellatis. alius, quia medius istorum est, concinnus admodum vobis esse videtur. fuscos viriles vocatis, candidos deorum filios. pallidum autem adolescentem quis appellavit, nisi amator ipse blandiens quodammodo, et semipallidi appellatione in ephebis pallorem facile ferens? et ut summatim dicam, quascunque captatis occasiunculas quo neminem omnino florentis aetatis adolescentem reiiciatis. *Glau.* Si in me ostendere cupis, quo pacto amatores afficiantur, disputationis gratia hoc accipio. *So.* Quid vini avidos? nonne similiter affectos vides, quodlibet vinum quacunque capta occasione vehementer expetere? *Glau.* Valde. *So.* Quin etiam animadvertisse te arbitror, quod ambitiosi homines, si exercitus praefecturam assequi nequeunt, saltem tribuni effici volunt: ac nisi a magnis veneranduisque hominibus honorentur, honorem ab ignobilibus exigunt; utpote qui honorem prorsus affectent.

θυμηταὶ ὄντες. Κομιδῇ μὲν οὖν. Τοῦτο δὴ φάθι ἢ μή· ἆρ' ὃν ἄν τινος ἐπιθυμητικὸν λέγωμεν, παντὸς τοῦ εἴδους τούτου φήσομεν ἐπιθυμεῖν ἢ τοῦ μέν, τοῦ δὲ οὔ; Παντός, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τὸν φιλόσοφον σοφίας φήσομεν ἐπιθυμητὴν εἶναι οὐ τῆς μέν, τῆς δ' οὔ, ἀλλά πάσης; Ἀληθῆ. Τὸν ἄρα περὶ τὰ μαθήματα δυσχεραίνοντα, ἄλλως τε καὶ νέον ὄντα καὶ μήπω λόγον ἔχοντα τί τε χρήσιμον καὶ μή, οὐ φήσομεν φιλομαθῆ οὐδὲ φιλόσοφον εἶναι, ὥς περ τὸν περὶ τὰ σιτία δυσχερῆ οὔτε πεινῆν φαμὲν οὔτ' ἐπιθυμεῖν σιτίων οὐδὲ φιλόσιτον ἀλλὰ κακόσιτον εἶναι. Καὶ ὀρθῶς γε φήσομεν. Τὸν δὲ δὴ εὐχερῶς ἐθέλοντα παντὸς μαθήματος γεύεσθαι καὶ ἀσμένως ἐπὶ τὸ μανθάνειν ἰόντα καὶ ἀπλήστως ἔχοντα, τοῦτον δ' ἐν δίκῃ φήσομεν φιλόσοφον. ἦ γάρ; Καὶ ὁ Γλαύκων ἔφη, Πολλοὶ ἄρα καὶ ἄτοποι ἔσονταί σοι τοιοῦτοι· ἅτε γὰρ φιλοθεάμονες πάντες ἑμοιγέ δοκοῦσι τῷ καταμανθάνειν χαίροντες τοιοῦτοι εἶναι, οἵ τε φιλήκοοι ἀτοπώτατοί τινές εἰσιν ὡς γ' ἐν φιλοσόφοις τιθέναι, οἳ πρὸς μὲν λόγους καὶ τοιαύτην διατριβὴν ἑκόντες οὐκ ἂν ἐθέλοιεν ἐλθεῖν, ὥς περ δὲ ἀπομεμισθωκότες τὰ ὦτα

Glau. Magnopere. *So.* Fateberis hoc, an non? Num eum, quem amare quippiam dicimus, ardere dicemus, an partim exoptare illud, partim nequaquam, fatebimur? *Glau.* Omnem. *So.* Nonne ergo philosophum sapientiae studiosum esse dicemus, non huius quidem avidum, illius non, sed omnis potius sapientiae? *Glau.* Vera loqueris. *So.* Eum igitur, qui aliquam spernit doctrinam, praesertim dum est iuvenis neque dum ratione delectam habet, quid conferat quidve non conferat discernentem, nequaquam discendi cupidum vel sapientiae amatorem esse asseverabimus: quemadmodum illum, qui fastidit epulas, neque esurire dicimus neque epulas concupiscere, neque amatorem cibi sed spretorem vocamus. *Glau.* Et merito quidem. *So.* Hominem vero ad quamlibet doctrinam degustandam propensiorem, ad discendumque promptissimum et inexplebiliter inhiantem, merito philosophum nuncupabimus. nonne? *Glau.* At vero multi et absurdi quidem homines tales esse comperientur. nam qui spectaculorum avidi sunt, dicendi cupidi omnes esse videntur: et ad audiendum curiosos homines absurdum est philosophos dicere, qui ad rationem dicendi disserendique haud libenter accedunt; verum ad omnes choros protinus audiendos, quasi auribus mercede conductis,

ἐπακοῦσαι πάντων χορῶν περιθέουσι τοῖς Διονυσίοις οὔτε τῶν κατὰ πόλεις οὔτε τῶν κατὰ κώμας ἀπολειπόμενοι. τούτους οὖν πάντας καὶ ἄλλους τοιούτων τινῶν μαθητικοὺς καὶ τοὺς τῶν τεχνυδρίων φιλοσόφους φήσομεν; Οὐδαμῶς, εἶπον, ἀλλ' ὁμοίους μὲν φιλοσόφοις. Τοὺς δὲ ἀληθινούς, ἔφη, τίνας λέγεις; Τοὺς τῆς ἀληθείας, ἦν δ' ἐγώ, φιλοθεάμονας. Καὶ τοῦτο μέν γ', ἔφη, ὀρθῶς· ἀλλὰ πῶς αὐτὸ λέγεις; Οὐδαμῶς, ἦν δ' ἐγώ, ῥᾳδίως πρός γε ἄλλον· σὲ δὲ οἶμαι ὁμολογήσειν μοι τὸ τοιόνδε. Τὸ ποῖον; Ἐπειδή ἐξιν ἐναντίον καλὸν αἰσχρῷ, δύο αὐτὼ εἶναι. Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν ἐπειδὴ δύο, καὶ ἓν ἑκάτερον; Καὶ τοῦτο. Καὶ περὶ δικαίου καὶ ἀδίκου καὶ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ καὶ πάντων τῶν εἰ- 476
δῶν πέρι ὁ αὐτὸς λόγος, αὐτὸ μὲν ἓν ἕκαστον εἶναι, τῇ δὲ τῶν πράξεων καὶ σωμάτων καὶ ἀλλήλων κοινωνίᾳ πανταχοῦ φανταζόμενα πολλὰ φαίνεσθαι ἕκαστον. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Ταύτῃ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, διαιρῶ, χωρὶς μὲν οὓς νῦν δὴ ἔλεγες φιλοθεάμονάς τε καὶ φιλοτέχνους καὶ πρακτικούς, καὶ χωρὶς αὖ περὶ ὧν ὁ λόγος, οὓς μόνους ἄν τις ὀρθῶς προσείποι φιλοσόφους. Πῶς, ἔφη, λέγεις; Οἱ μέν που, ἦν δ' ἐγώ, φιλήκοοι καὶ φιλοθεά-

in Bacchanalibus observantur, cantusque omnes, sive in urbe sive in suburbiis agantur, audire percupiunt. Nunquid istos omnes, ac alios talium quorundam percipiendorum cupidos et artibus vilissimis incumbentes, philosophos nominabimus? *So.* Nullo modo, sed philosophis similes. *Glau.* Veros autem philosophos quos appellas? *So.* Veritatis inspiciendae cupidos. *Glau.* Recte quidem istud. sed quomodo id dicis? *So.* Haud facile istud ad alios eloqui: te autem hoc mihi daturum arbitror. *Glau.* Quid potissimum? *So.* Postquam contrarium est turpi pulchrum, duo haec esse. *Glau.* Quidni? *So.* Et postquam duo haec sunt, singula unum erunt. *Glau.* Et hoc. *So.* De iusto quin etiam et iniusto, bono et malo, speciebusque omnibus ratio eadem. nam quodlibet istorum unum ipsum est: corporum vero actionum et alterna communione passim apparentia, singula multa videntur. *Glau.* Scite loqueris. *So.* Hac equidem ratione distinguo, seorsum quidem, quos tu modo dicebas curiosos ad videndum, audiendum artesque tractandas: seorsum quoque et illos, de quibus est sermo, quos solos merito quis philosophos appellabit. *Glau.* Quomodo istud ais? *So.* Homines oculis et auribus dediti pul-

μονες τάς τε καλὰς φωνὰς ἀσπάζονται καὶ χρόας καὶ σχήματα καὶ πάντα τὰ ἐκ τῶν τοιούτων δημιουργούμενα, αὐτοῦ δὲ τοῦ καλοῦ ἀδύνατος αὐτῶν ἡ διάνοια τὴν φύσιν ἰδεῖν τε καὶ ἀσπάσασθαι. Ἔχει γὰρ οὖν δή, ἔφη, οὕτως. Οἱ δὲ δὴ ἐπ' αὐτὸ τὸ καλὸν δυνατοὶ ἰέναι τε καὶ ὁρᾶν καθ' αὐτὸ ἆρα οὐ σπάνιοι ἂν εἶεν; Καὶ μάλα. Ὁ οὖν καλὰ μὲν πράγματα νομίζων, αὐτὸ δὲ κάλλος μήτε νομίζων μήτε, ἄν τις ἡγῆται ἐπὶ τὴν γνῶσιν αὐτοῦ, δυνάμενος ἕπεσθαι, ὄναρ ἢ ὕπαρ δοκεῖ σοι ζῆν; σκόπει δέ. τὸ ὀνειρώττειν ἆρα οὐ τόδε ἐστίν, ἐάν τ' ἐν ὕπνῳ τις ἐάν τε ἐγρηγορὼς τὸ ὅμοιόν τῳ μὴ ὅμοιον ἀλλ' αὐτὸ ἡγῆται εἶναι ᾧ ἔοικεν; Ἐγὼ γοῦν ἄν, ἦ δ' ὅς, φαίην ὀνειρώττειν τὸν τοιοῦτον. Τί δέ; ὁ τἀναντία τούτων ἡγούμενός τέ τι αὐτὸ καλὸν καὶ δυνάμενος καθορᾶν καὶ αὐτὸ καὶ τὰ ἐκείνου μετέχοντα, καὶ οὔτε τὰ μετέχοντα αὐτὸ οὔτε αὐτὸ τὰ μετέχοντα ἡγούμενος, ὕπαρ ἢ ὄναρ αὖ καὶ οὗτος δοκεῖ σοι ζῆν; Καὶ μάλα, ἔφη, ὕπαρ. Οὐκοῦν τούτου μὲν τὴν διάνοιαν ὡς γιγνώσκοντος γνώμην ἂν ὀρθῶς φαῖμεν εἶναι, τοῦ δὲ δόξαν ὡς δοξάζοντος; Πάνυ μὲν οὖν. Τί οὖν, ἐὰν ἡμῖν χαλεπαίνῃ οὗτος, ὃν

chris vocibus, coloribus et figuris, et omnibus quae ex talibus constant, admodum delectantur: ipsius autem pulchri naturam cogitatio eorum non potest attingere. *Glau.* Sic est. *So.* Qui vero ad ipsum pulchrum ascendere valent et secundum se ipsum inspicere, nonne rari? *Glau.* Rari admodum. *So.* Qui res istas pulchras existimat, ipsam vero pulchritudinem neque putat esse neque, si quis ducat ad perceptionem eius, attingere potest, vere sapere tibi videtur, an in somniis ludi? Considera itaque somniare nonne id est, quando sive dormiens quis seu vigilans, quod alicui simile est, non simile, sed ipsum esse censet, cuius est simile? *Glau.* Somnia videre hunc ego dicerem. *So.* Quid vero? qui contra affectus est, intelligitque quid ipsum pulchrum, ac discernere valet et ipsum et quae ipsius participant, adeo ut neque ipsum illa esse neque illa ipsum putet, vigilne vivit an cogitans? *Glau.* Certe pervigil. *So.* Huius igitur cogitationem, ut cognoscentis, cognitionem iure vocabimus: huius, tanquam opinantis, opinionem. *Glau.* Omnino. *So.* Si nobis succenseat iste, quem opinari dici-

φαμεν δοξάζειν ἀλλ' οὐ γιγνώσκειν, καὶ ἀμφισβητῇ ὡς οὐκ ἀληθῆ λέγομεν, ἔξομέν τι παραμυθεῖσθαι αὐτὸν καὶ πείθειν ἠρέμα ἐπικρυπτόμενοι ὅτι οὐχ ὑγιαίνει; Δεῖ γέ τοι δή, ἔφη. Ἴθι δή, σκόπει τί ἐροῦμεν πρὸς αὐτόν. ἢ βούλει ὧδε πυνθανώμεθα παρ' αὐτοῦ, λέγοντες ὡς εἴ τι οἶδεν οὐδεὶς αὐτῷ φθόνος, ἀλλ' ἄσμενοι ἂν ἴδοιμεν εἰδότα τι· ἀλλ' ἡμῖν εἰπὲ τόδε. ὁ γιγνώσκων γιγνώσκει τι ἢ οὐδέν; σὺ οὖν μοι ὑπὲρ ἐκείνου ἀποκρίνου. Ἀποκρινοῦμαι, ἔφη, ὅτι γιγνώσκει τί. Πότερον ὂν ἢ
10 οὐκ ὄν; Ὄν· πῶς γὰρ ἂν μὴ ὂν γέ τι γνωσθείη; 477
Ἱκανῶς οὖν τοῦτο ἔχομεν, κἂν εἰ πλεοναχῇ σκοποῖμεν, ὅτι τὸ μὲν παντελῶς ὂν παντελῶς γνωστόν, μὴ ὂν δὲ μηδαμῇ πάντῃ ἄγνωστον; Ἱκανώτατα. Εἶεν· εἰ δὲ δή τι οὕτως ἔχει ὡς εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι, οὐ μεταξὺ ἂν κέοιτο τοῦ εἰλικρινῶς ὄντος καὶ τοῦ αὖ μηδαμῇ ὄντος; Μεταξύ. Οὐκοῦν ἐπὶ μὲν τῷ ὄντι γνῶσις ἦν, ἀγνωσία δ' ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τῷ μὴ ὄντι, ἐπὶ τῷ μεταξὺ δὲ τούτῳ μεταξύ τι καὶ ζητητέον ἀγνοίας τε καὶ ἐπιστήμης, εἴ τι τυγχάνει ὂν τοιοῦτον; Πάνυ μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν λέγομέν
20 τι δόξαν εἶναι; Πῶς γὰρ οὔ; Πότερον ἄλλην δύνα-

mus, non cognoscere, negetque nos vera loqui: qua ratione eum mitigabimus, sensimque et blande persuadebimus sanae mentis eum non esse? *Glau.* Oportet sane. *So.* Adverte, quid ad eum dicemus. Si vis, sane hunc in modum ab eo sciscitabimur, dicentes quod, si quid novit, nulla invidia: sed gratum erit nobis et ipsum scire aliquid et, quid sciat, novisse. sed mihi id dicas: Quicunque cognoscit, cognoscitne aliquid aut nihil? At tu mihi eius vice responde. *Glau.* Aliquid certe. *So.* Utrum ens aliquid, an non ens? *Glau.* Ens. quo enim modo, quod non est, cognosci posset? *So.* Sufficienter istud constabit, si varia sub ratione pervestigetur, quod videlicet omnino ens omnino et cognosci potest, nullo modo ens nullo modo cognosci. *Glau.* Sufficientissime. *So.* Si quid autem ita se habet, ut et sit et non sit, nonne medium erit inter id quod est omnino, et id quod nullo modo est? *Glau.* Medium. *So.* Circa id quod est, cognitio ipsa versatur: ignoratio ex necessitate circa id quod non est. circa medium istorum medium quoddam investigandum, scientiam inter et ignorantiam, si quid huiusmodi reperitur. *Glau.* Prorsus. *So.* Num aliquid esse opinionem dicimus? *Glau.* Quidni? *So.* Utrum eandem

μιν ἐπιστήμης ἢ τὴν αὐτήν; Ἄλλην. Ἐπ' ἄλλῳ ἄρα τέτακται δόξα καὶ ἐπ' ἄλλῳ ἐπιστήμη, κατὰ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἑκατέρα τὴν αὑτῆς. Οὕτως. Οὐκοῦν ἐπιστήμη μὲν ἐπὶ τῷ ὄντι πέφυκε γνῶναι ὡς ἔστι τὸ ὄν; μᾶλλον δὲ ὧδέ μοι δοκεῖ πρότερον ἀναγκαῖον εἶναι διελέσθαι. Πῶς; Φήσομεν δυνάμεις εἶναι γένος τι τῶν ὄντων, αἷς δὴ καὶ ἡμεῖς δυναμεθα ἃ δυνάμεθα καὶ ἄλλο πᾶν ὅ τί περ ἂν δύνηται, οἷον λέγω ὄψιν καὶ ἀκοὴν τῶν δυνάμεων εἶναι, εἰ ἄρα μανθάνεις ὃ βούλομαι λέγειν τὸ εἶδος. Ἀλλὰ μανθάνω, ἔφη. Ἄκουσον δὴ ὅ μοι φαίνεται περὶ αὐτῶν. δυνάμεως γὰρ ἐγὼ οὔ τέ τινα χρόαν ὁρῶ οὔτε σχῆμα οὔ τέ τι τῶν τοιούτων οἷον καὶ ἄλλων πολλῶν, πρὸς ἃ ἀποβλέπων ἔνια διορίζομαι παρ' ἐμαυτῷ τὰ μὲν ἄλλα εἶναι, τὰ δὲ ἄλλα. δυνάμεως δ' εἰς ἐκεῖνο μόνον βλέπω ἐφ' ᾧ τε ἔστι καὶ ὃ ἀπεργάζεται, καὶ ταύτῃ ἑκάστην αὐτῶν δύναμιν ἐκάλεσα, καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τῷ αὐτῷ τεταγμένην καὶ τὸ αὐτὸ ἀπεργαζομένην τὴν αὐτὴν καλῶ, τὴν δὲ ἐπὶ ἑτέρῳ καὶ ἕτερον ἀπεργαζομένην ἄλλην. τί δὲ σύ; πῶς ποιεῖς; Οὕτως, ἔφη. Λεῦρο δὴ πάλιν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ ἄριστε. ἐπιστήμην πότερον δύναμίν τινα φῂς εἶναι αὐτήν, ἢ εἰς τί γένος

potentiam cum scientia, an diversam? *Glau.* Diversam. *So.* Ergo circa aliud quidem versatur opinio, circa aliud autem scientia, vel secundum potentiam eandem, vel secundum eandem utraque sui ipsius potentiam. *Glau.* Est ita. *So.* An non scientia quidem circa id, quod est, ea ratione qua ens est, cognoscit? Immo vero necessarium esse censeo, ut prius ita distinguam. *Glau.* Qui? *So.* Dicemus utique potentias esse genus aliquod eorum, quae sunt: quibus et nos possumus, quaecunque possumus, et aliud, quodcunque aliquid potest. veluti visum et auditum potentias quasdam voco: si modo, quod loquor, intelligis. *Glau.* Intelligo equidem. *So.* Audi, quod mihi de his videtur. nam ego quidem ipsius potentiae neque colorem video aliquem neque figuram, neque quicquam talium, qualia plurium reliquorum, ad quae respiciens aliqua apud me distinguo, haec alia esse, alia illa. in potentia vero ad illud solum aspicio, ad quod est quodve agit: et hac ratione quamlibet ipsarum potentiam nuncupavi: et illam quidem, quae ad idem tendit idemque agit, eandem voco: aliam vero illam, quae ad aliud spectat et aliud operatur. tu vero quid in his agis? *Glau.* Quod et tu. *So.* Age, rursus ad haec convertere, o vir optime: utrum scientiam potentiam quandam esse dicis, an in

τίθης; Εἰς τοῦτο, ἔφη, πασῶν γε δυνάμεων ἐρρωμενεστάτην. Τί δέ; δόξαν εἰς δύναμιν ἢ εἰς ἄλλο εἶδος οἴσομεν; Οὐδαμῶς, ἔφη· ᾧ γὰρ δοξάζειν δυνάμεθα, οὐκ ἄλλο τι ἢ δόξα ἐστίν. Ἀλλὰ μὲν δὴ ὀλίγον γε πρότερον ὡμολόγεις μὴ τὸ αὐτὸ εἶναι ἐπιστήμην τε καὶ δόξαν. Πῶς γὰρ ἄν, ἔφη, τό γε ἀναμάρτητον τῷ μὴ ἀναμαρτήτῳ ταὐτόν ποτέ τις νοῦν ἔχων τιθείη; Καλῶς, ἦν δ' ἐγώ. καὶ δῆλον ὅτι ἕτερον ἐπιστήμης δόξα ὁμολογεῖται ἡμῖν. Ἕτερον. Ἐφ' ἑτέρῳ ἄρα ἕτερόν τι δυναμένη ἑκατέρα αὐτῶν πέ- 478
φυκεν. Ἀνάγκη. Ἐπιστήμη μέν γέ που ἐπὶ τῷ ὄντι, τὸ ὂν γνῶναι ὡς ἔχει; Ναί. Δόξα δέ, φαμέν, δοξάζειν; Ναί. Ἡ ταὐτὸν ὃ περ ἐπιστήμη γιγνώσκει; καὶ ἔστι γνωστόν τε καὶ δοξαστὸν τὸ αὐτό; ἢ ἀδύνατον; Ἀδύνατον, ἔφη, ἐκ τῶν ὡμολογημένων, εἴ περ ἐπ' ἄλλῳ ἄλλη δύναμις πέφυκε, δυνάμεις δὲ ἀμφότεραί ἐσον, δόξα τε καὶ ἐπιστήμη, ἄλλη δὲ ἑκατέρα, ὡς ἔφαμεν. ἐκ τούτων δὴ οὐκ ἐγχωρεῖ γνωστὸν καὶ δοξαστὸν ταὐτὸν εἶναι. Οὐκοῦν εἰ τὸ ὂν γνωστόν, ἄλλο τι ἂν δοξαστὸν ἢ τὸ ὂν εἴη; Ἄλλο. Ἆρ' οὖν τὸ μὴ ὂν δοξάζει; ἢ ἀδύνατον καὶ δοξάσαι τό γε μὴ ὄν; ἐννόει δέ. οὐχ ὁ δοξάζων ἐπί τε

genus aliud refers? *Glau.* Potentiam, etiam omnium profecto validissimam. *So.* Opinionem vero potentiamne an aliud quiddam esse dicemus? *Glau.* Potentiam certe. nam quo opinari possumus, non aliud est quam opinio. *So.* At paulo ante confitebaris non idem esse scientiam et opinionem. *Glau.* Quo pacto quis mentem habens idem asseret, quod falli potest et quod non potest? *Glau.* Optime quidem. *So.* Constat itaque aliud esse apud nos ab opinione scientiam. *Glau.* Aliud plane. *So.* Utraque igitur circa aliud aliud operari suapte natura potest. *Glau.* Necesse est. *So.* Scientia quidem circa id quod ist, ipsum ens, ut se habet, cognoscere. *Glau.* Sane. *So.* Opinio autem, opinari. *Glau.* Et hoc. *So.* An idem quod et scientia noscit? eritque idem, quod opinione percipitur et quod scientia? an potius impossibile? *Glau.* Impossibile certe ex his, quae concessimus: si quidem circa aliud alia potentia ipsa ex natura versatur, potentiae vero utraeque sunt, scientia scilicet et opinio: alia item utraque, ut est dictum. Ex his autem fieri non potest ut idem sit, quod scientia comprehenditur et quod opinione concipitur. *So.* Nonne igitur, si ipsum ens cognitione percipitur, id quod concipitur opinione aliud quiddam praeter ipsum ens est dicendum? *Glau.* Aliud. *So.* Nunquid non ens opinatur? an impossibile est opinari

φέρει τὴν δόξαν; ἢ οἷός τε αὖ δοξάζειν μέν, δοξάζειν δὲ μηδέν; Ἀδύνατον. Ἀλλ' ἔν γέ τι δοξάζει ὁ δοξάζων; Ναί. Ἀλλὰ μὴν μὴ ὄν γε οὐχ ἕν τι, ἀλλὰ μηδὲν ὀρθότατ' ἂν προσαγορεύοιτο. Πάνυ γε. Μὴ ὄντι μὴν ἄγνοιαν ἐξ ἀνάγκης ἀπέδομεν, ὄντι δὲ γνῶσιν. Ὀρθῶς, ἔφη. Οὐκ ἄρα ὂν οὐδὲ μὴ ὂν δοξάζει. Οὐ γάρ. Οὔτε ἄρα ἄγνοια οὔτε γνῶσις δόξα ἂν εἴη. Οὐκ ἔοικεν. Ἆρ' οὖν ἐκτὸς τούτων ἐστὶν ὑπερβαίνουσα ἢ γνῶσιν σαφηνείᾳ ἢ ἄγνοιαν ἀσαφείᾳ; Οὐδέτερα. Ἀλλ' ἆρα, ἦν δ' ἐγώ, γνώσεως μέν σοι φαίνεται δόξα σκοτωδέστερον, ἀγνοίας δὲ φανότερον; Καὶ πολύ γε, ἔφη. Ἐντὸς δ' ἀμφοῖν κεῖται; Ναί. Μεταξὺ ἄρα ἂν εἴη τούτοιν δόξα. Κομιδῇ μὲν οὖν. Οὐκοῦν ἔφαμεν ἐν τοῖς πρόσθεν, εἴ τι φανείη οἷον ἅμα ὂν τε καὶ μὴ ὄν, τὸ τοιοῦτον μεταξὺ κεῖσθαι τοῦ εἰλικρινῶς ὄντος τε καὶ τοῦ πάντως μὴ ὄντος, καὶ οὔτε ἐπιστήμην οὔτε ἄγνοιαν ἐπ' αὐτῷ ἕσεσθαι, ἀλλὰ τὸ μεταξὺ αὖ φανὲν ἀγνοίας καὶ ἐπιστήμης; Ὀρθῶς. Νῦν δέ γε πέφανται μεταξὺ τούτοιν ὃ δὴ καλοῦμεν δόξαν. Πέφανται. Ἐκεῖνο δὴ λείποιτ' ἂν ἡμῖν εὑ-

non ens? Sic autem cogita. nonne quisquis opinatur, ad aliquid opinionem dirigit? an possibile est opinari quidem, opinari autem nihil? *Glau.* Impossibile. *So.* At unum aliquid opinatur, quisquis opinatur? *Glau.* Procul dubio. *So.* Quod vero non est, non unum aliquid, sed nihil potius est dicendum. *Glau.* Prorsus. *So.* Non enti quidem ex necessitate ignorantiam tribuimus, enti vero cognitionem. *Glau.* Recte admodum. *So.* Ergo neque ens neque non ens opinatur. *Glau.* Sic est. *So.* Quare nec ignorantia neque cognitio erit opinio. *Glau.* Non, ut videtur. *So.* Num extra haec exstat supergrediens vel cognitionem perspicuitate vel obscuritate ignorantiam? *Glau.* Neutrum istorum. *So.* An forte tibi videtur opinio cognitione obscurior, ignorantia clarior? *Glau.* Maxime. *So.* Inter utraque autem iacet? *Glau.* Certe. *So.* Media ergo istorum erit opinio? *Glau.* Media. *So.* An non supra diximus, si quid appareret tale, ut simul esset et non esset, illud inter vere ens et omnino non ens esse ponendum? neque scientiam ad illud neque ignorantiam pertinere, sed quod medium inter ignorantiam rursus appareat et scientiam? *Glau.* Scite. *So.* Nunc autem apparuit medium istorum esse, quod opinionem vocamus. *Glau.* Plane, *So.* Illud

ρεῖν, ὡς ἔοικε; τὸ ἀμφοτέρων μετέχον, τοῦ εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι, καὶ οὐδέτερον εἰλικρινὲς ὀρθῶς ἂν προσαγορευόμενον, ἵνα ἐὰν φανῇ δοξαστὸν αὐτὸ εἶναι, ἐν δίκῃ προσαγορεύωμεν, τοῖς μὲν ἄκροις τὰ ἄκρα, τοῖς δὲ μεταξὺ τὰ μεταξὺ ἀποδιδόντες. ἢ οὐχ οὕτως; Οὕτως. Τούτων δὴ ὑποκειμένων λεγέτω μοι, φήσω, καὶ ἀποκρινέσθω ὁ χρηστός, ὃς αὐτὸ μὲν καλὸν καὶ ἰδέαν τινὰ αὐτοῦ κάλλους μηδεμίαν ἡγεῖται ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ 479
ὡσαύτως ἔχουσαν, πολλὰ δὲ τὰ καλὰ νομίζει [ἐκεῖνος ὁ φιλοθεάμων, καὶ] οὐδαμῇ ἀνεχόμενος ἄν τις ἓν τὸ καλὸν φῇ εἶναι καὶ δίκαιον, καὶ τἆλλα οὕτω. τούτων γὰρ δή, ὦ ἄριστε, φήσομεν, τῶν πολλῶν καλῶν μῶν τι ἔστιν ὃ οὐκ αἰσχρὸν φανήσεται; καὶ τῶν δικαίων, ὃ οὐκ ἄδικον; καὶ τῶν ὁσίων, ὃ οὐκ ἀνόσιον; Οὔκ, ἀλλ' ἀνάγκη, ἔφη, καὶ καλά πως αὐτὰ καὶ αἰσχρὰ φανῆναι, καὶ ὅσα ἄλλα ἐρωτᾷς. Τί δέ; τὰ πολλὰ διπλάσια ἥττόν τι ἡμίσεα φαίνεται; Οὐδέν. Καὶ μεγάλα δὴ καὶ σμικρὰ καὶ κοῦφα καὶ βαρέα μή τι μᾶλλον ἃ ἄν φήσωμεν, ταῦτα προσρηθήσεται ἢ τἀναντία; Οὔκ, ἀλλ' ἀεί, ἔφη, ἕκαστον ἀμφοτέρων ἕξεται. Πότερον οὖν ἔστι μᾶλλον ἢ οὐκ ἔστιν ἕκαστον τῶν πολλῶν

itaque nobis, ut arbitror, restat inveniendum, quod utriusque sit particeps, ipsius esse scilicet et non esse, neutrumque illorum sincere dici debeat: ut si nobis pateat, opinabile quiddam merito nuncupemus, extremis quidem extrema, mediis autem media tribuentes. an non ita? *Glau.* Ita prorsus. *So.* His ita suppositis percontabor eum, qui ipsum pulchrum et pulchritudinis ideam unam esse negat, semper eodem modo secundum eadem se habentem: multa vero pulchra esse ducit, et pulchris rebus spectandis deditus nullo modo admittit unum esse pulchrum, unum iustum, similiterque de ceteris: percontabor, inquam, hunc in modum, Estne aliquid ex hisce multis pulchris, vir optime, quod non turpe etiam videatur? itemque ex iustis, quod non iniustum? et sanctis, quod non profanum? *Glau.* Non. sed necesse est pulchra ipsa et turpia et quotcunque alia interrogas, apparere. *So.* Quid multa dupla? num minus dimidia quam dupla videntur? *Glau.* Nihilo minus. *So.* Et magna insuper et parva, levia item et gravia, nunquid magis talia quam contraria vocabuntur? *Glau.* Non. sed singula semper utraque participabuut. *So.* Utrum est magis, quam non est, unum-

τοῦτο ὃ ἄν τις φῇ αὐτὸ εἶναι; Τοῖς ἐν ταῖς ἐξιάσεσιν, ἔφη, ἐπαμφοτερίζουσιν ἔοικε, καὶ τῷ τῶν παίδων αἰνίγματι τῷ περὶ τοῦ εὐνούχου τῆς βολῆς πέρι τῆς νυκτερίδος, ὡς καὶ ἐφ' οὗ αὐτὸν αὐτὴν αἰνίττονται βαλεῖν· καὶ γὰρ ταῦτα ἐπαμφοτερίζειν, καὶ οὔτ' εἶναι οὔτε μὴ εἶναι οὐδὲν αὐτῶν δυνατὸν παγίως νοῆσαι, οὔτ' ἀμφότερα οὔτε οὐδέτερον. Ἔχεις οὖν αὐτοῖς, ἦν δ' ἐγώ, ὅ τι χρήσει, ἢ ὅποι θήσεις καλλίω θέσιν τῆς μεταξὺ οὐσίας τε καὶ τοῦ μὴ εἶναι; οὔτε γάρ που σκοτωδέστερα μὴ ὄντος πρὸς τὸ μᾶλλον μὴ εἶναι φανήσεται, οὔτε φανότερα ὄντος πρὸς τὸ μᾶλλον εἶναι. Ἀληθέστατα, ἔφη. Εὑρήκαμεν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὅτι τὰ τῶν πολλῶν πολλὰ νόμιμα καλοῦ τε πέρι καὶ τῶν ἄλλων μεταξύ που κυλινδεῖται τοῦ τε μὴ ὄντος καὶ τοῦ ὄντος εἰλικρινῶς. Εὑρήκαμεν. Προωμολογήσαμεν δέ γε, εἴ τι τοιοῦτον φανείη, δοξαστὸν αὐτὸ ἀλλ' οὐ γνωστὸν δεῖν λέγεσθαι, τῇ μεταξὺ δυνάμει τὸ μεταξὺ πλανητὸν ἁλισκόμενον. Ὡμολογήκαμεν. Τοὺς ἄρα πολλὰ καλὰ θεωμένους, αὐτὸ δὲ τὸ καλὸν μὴ ὁρῶντας μηδ' ἄλλῳ ἐπ' αὐτὸ ἄγοντι δυναμένους ἕπεσθαι, καὶ πολλὰ δίκαια, αὐτὸ δὲ τὸ δίκαιον μή, καὶ πάντα

quodque multorum id, ipsum quod quis illud esse dicit? *Glau.* Simile hoc est iis, quae in conviviis ad utramque partem plerumque dicuntur, et aenigmati puerorum circa eunuchum de vespertilionis percussione, quomodo et in quo illum avem arguunt percussisse. haec enim ambigua sunt: neque esse neque non esse ipsorum aliquid, neque utraque neque neutra firmiter responderi potest. *So.* Habesne, qua ratione istis utaris? vel convenientiorem positionem istorum inducere potes quam mediam inter essentiam et non esse? neque enim obscurior quam non ens apparebit ad hoc, ut minus sit: neque clarior quam ens ad hoc, ut sit magis. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Invenimus igitur, ut videtur, quod multa illa, quae a multis pulchra aut alia quoquo modo existimantur, media inter omnino ens et omnino non ens volvuntur. *Glau.* Invenimus plane. *So.* Confessi autem antea fueramus, quod si quid tale apparuerit, non cognitione sed opinione percipi dicendum: et cum medium pervagetur, media comprehendi potentia. *Glau.* Concessum fuit. *So.* Eos igitur, qui pulchra haec multa conspiciunt, ipsum vero pulchrum non vident, neque sequi eum possunt, qui ad ipsum ducat, et multa contuentur iusta, ipsum

οὕτω, δοξάζειν φήσομεν ἅπαντα, γιγνώσκειν δὲ ὧν δοξάζουσιν οὐδέν. Ἀνάγκη, ἔφη. Τί δ' αὖ τοὺς αὐτὰ ἕκαστα θεωμένους καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ὄντα; ἆρ' οὐ γιγνώσκειν ἀλλ' οὐ δοξάζειν; Ἀνάγκη καὶ ταῦτα. Οὐκοῦν καὶ ἀσπάζεσθαί τε καὶ φιλεῖν τούτους μὲν ταῦτα φήσομεν ἐφ' οἷς γνῶσίς ἐστιν, ἐκείνους δὲ ἐφ' οἷς δόξα; ἢ οὐ μνημονεύομεν ὅτι φωνάς τε καὶ 445
χρόας καλὰς καὶ τὰ τοιαῦτα ἔφαμεν τούτους φιλεῖν τε καὶ θεᾶσθαι, αὐτὸ δὲ τὸ καλὸν οὐδ' ἀνέχεσθαι ὥς τι
10 ὄν; Μεμνήμεθα. Μὴ οὖν τι πλημμελήσομεν φιλοδόξους καλοῦντες αὐτοὺς μᾶλλον ἢ φιλοσόφους; καὶ ἆρα ἡμῖν σφόδρα χαλεπανοῦσιν, ἂν οὕτω λέγωμεν; Οὔκ, ἄν γ' ἐμοὶ πείθωνται, ἔφη· τῷ γὰρ ἀληθεῖ χαλεπαίνειν οὐ θέμις. Τοὺς αὐτὸ ἄρα ἕκαστον τὸ ὂν ἀσπαζομένους φιλοσόφους ἀλλ' οὐ φιλοδόξους κλητέον; Παντάπασι μὲν οὖν.

autem iustum minime, et alia similiter, opinari cuncta dicemus, cognoscere autem nihil eorum quae opinantur. *Glau.* Necesse est. *So.* Quid eos, qui ipsa quaeque contemplantur, semper eodem modo secundum eadem se habentia, nonne cognoscere potius quam opinari? *Glau.* Necesse est et ista. *So.* Nonne amare hos et admirari ista dicemus, in quibus versatur cognitio: illos autem, in quibus opinio? an non recordamur quod voces et colores quosdam et talia quaedam diximus hosce diligere et intueri, ipsum vero pulchrum ut aliquid sit, non admittere? *Glau.* Recordamur. *So.* Quare non aberrabimus, si istos philodoxos, id est opinionis amicos, potius quam philosophos appellabimus; quanquam acriter succensebunt nobis, si ita dixerimus. *Glau.* Non, si mihi pareant. nam vero irasci nefas est. *So.* Itaque eos. qui ipsum unumquodque per se ens admirantur et diligunt, philosophos, non philodoxos vocabimus. *Glau.* Ita decet.

5.

Οἱ μὲν δὴ φιλόσοφοι, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, καὶ οἱ 484
μὴ διὰ μακροῦ τινὸς διεξελθόντος λόγου μόγις πως ἀνεφάνησαν οἵ εἰσιν ἑκάτεροι. Ἴσως γάρ, ἔφη, διὰ βραχέος οὐ ῥᾴδιον. Οὐ φαίνεται, εἶπον. ἐμοὶ γοῦν ἔτι δοκεῖ ἂν βελτιόνως φανῆναι, εἰ περὶ τούτου μόνου ἔδει ῥηθῆναι καὶ μὴ πολλὰ τὰ λοιπὰ διελθεῖν μέλλοντι κατόψεσθαι τί διαφέρει βίος δίκαιος ἀδίκου. Τί οὖν, ἔφη, τὸ μετὰ τοῦτο ἡμῖν; Τί δ' ἄλλο, ἦν δ' ἐγώ, ἢ τὸ ἑξῆς; ἐπειδὴ φιλόσοφοι μὲν οἱ τοῦ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχοντος δυνάμενοι ἐφάπτεσθαι, οἱ δὲ μὴ ἀλ-
10 *λ' ἐν πολλοῖς καὶ πάντως ἴσχουσι πλανώμενοι οὐ φιλόσοφοι, ποτέρους δὴ δεῖ πόλεως ἡγεμόνας εἶναι; Πῶς οὖν λέγοντες ἂν αὐτό, ἔφη, μετρίως λέγοιμεν; Ὁπό-*

Quales philosophi sint, et quales qui alieni a philosophia, o Glauco, vix tandem longa oratione constitit. *Glau.* Haud forte facile hoc erat paucioribus explicare. *So.* Non, ut apparet. planius vero id, ut arbitror, eluceret, si hoc duntaxat enarraturus essem, neque per alia multa pervagaturus ad inspiciendum, quo vita iusta differat ab iniusta. *Glau.* Quid posthac nobis restat agendum? *So.* Quid aliud quam quod deinceps sequitur? Postquam philosophi sunt, qui attingere possunt id quod semper secundum eadem eodem modo se habet: qui vero id nequeunt, semper autem per multa mutabiliaque vagantur, philosophi non sunt: quosnam ex his duces esse civitatis oportet? *Glau.* Quo pacto ad hoc recte possumus respondere? *So.* Quicunque cu-

τεροι ἄν, ἦν δ' ἐγώ, δυνατοὶ φαίνωνται φυλάξαι νόμους τε καὶ ἐπιτηδεύματα πόλεων, τούτους καθιςάναι φύλακας. Ὀρθῶς, ἔφη. Τόδε, ἦν δ' ἐγώ, ἆρα δῆλον, εἴτε τυφλὸν εἴτε ὀξὺ ὁρῶντα χρὴ φύλακα τηρεῖν ὁτιοῦν. Καὶ πῶς, ἔφη, οὐ δῆλον; Ἦ οὖν δοκοῦσί τι τυφλῶν διαφέρειν οἱ τῷ ὄντι τοῦ ὄντος ἐκάςου ἐξερημένοι τῆς γνώσεως, καὶ μηδὲν ἐναργὲς ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντες παράδειγμα, μηδὲ δυνάμενοι, ὥς περ γραφῆς, εἰς τὸ ἀληθέςατον ἀποβλέποντες κἀκεῖσε ἀεὶ ἀναφέροντές τε καὶ θεώμενοι ὡς οἷόν τε ἀκριβέςατα, οὕτω δὴ καὶ τὰ ἐνθάδε νόμιμα καλῶν τε περὶ καὶ δικαίων καὶ ἀγαθῶν τίθεσθαί τε, ἐὰν δέῃ τίθεσθαι, καὶ τὰ κείμενα φυλάττοντες σώζειν; Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, οὐ πολύ τι διαφέρειν. Τούτους οὖν μᾶλλον φύλακας ςήσόμεθα ἢ τοὺς ἐγνωκότας μὲν ἕκαςον τὸ ὄν, ἐμπειρίᾳ δὲ μηδὲν ἐκείνων ἐλλείποντας μηδ' ἐν ἄλλῳ μηδενὶ μέρει ἀρετῆς ὑςεροῦντας; Ἄτοπον μέντ' ἄν, ἔφη, εἴη ἄλλους αἱρεῖσθαι, εἴ γε τἆλλα μὴ ἐλλείποιντο· τούτῳ γὰρ αὐτῷ ςχεδόν τι τῷ μεγίςῳ ἂν προέχοιεν. Οὐκοῦν τοῦτο δὴ λέγωμεν, τίνα τρόπον οἷοί τ' ἔςονται οἱ αὐτοὶ κἀκεῖνα καὶ ταῦτα ἔχειν; Πάνυ μὲν οὖν. Ὃ τοίνυν ἀρχόμενοι τούτου τοῦ λόγου ἐλέγομεν, τὴν φύσιν αὐ- 485

stodire leges possunt et civitatis officia, his gubernacula sunt rei publicae committenda. *Glau.* Probe *So.* Hoc itaque perspicuum est, utrum caecum an acute cernentem custodem quodlibet oporteat servare. *Glau.* Quidni perspicuum? *So.* Videntarne tibi a caecis differre, qui cognitione cuiusque, quod vere est, carent, neque perspicuum ullum habent exemplar in animo, neque possunt, tanquam pictores, ad exemplar verissimum respicientes, referentesque ad illud et ipsum quam sincerissime contuentes, ita demum leges hic ferre de pulchris, iustis et bonis, si oporteat, et latas leges custodire atque servare? *Glau.* Profecto non longe differunt. *So.* Num istos potius ad custodiam eligemus quam eos, qui unumquodque, quod vere est, cognoscunt, peritia quoque aut alia quavis iu parte virtutis nihilo inferiores exsistunt? *Glau.* Absurdum esset utique alios quosvis eligi, praecipue si cetera nequaquam desint. hoc certe maximo superant. *So.* An non istud iam dicemus, quonam pacto iidem poterunt illa simul et haec habere? *Glau.* Omnino. *So.* Quod ergo in huius disputationis exordio diximus, naturam

τῶν πρῶτον δεῖ καταμαθεῖν. καὶ οἶμαι, ἐὰν ἐκείνην ἱκανῶς ὁμολογήσωμεν, ὁμολογήσειν καὶ ὅτι οἷοί τε ταῦτα ἔχειν οἱ αὐτοὶ ὅτι τε οὐκ ἄλλους πόλεων ἡγεμόνας δεῖ εἶναι ἢ τούτους. Πῶς; Τοῦτο μὲν δὴ τῶν φιλοσόφων φύσεων πέρι ὡμολογήσθω ἡμῖν, ὅτι μαθήματός γε ἀεὶ ἐρῶσιν ὃ ἂν αὐτοῖς δηλοῖ ἐκείνης τῆς οὐσίας τῆς ἀεὶ οὔσης καὶ μὴ πλανωμένης ὑπὸ γενέσεως καὶ φθορᾶς. Ὡμολογήσθω. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ὅτι πάσης αὐτῆς, καὶ οὔτε σμικροῦ οὔτε μείζονος οὔτε τιμιωτέρου οὔτε ἀτιμοτέρου μέρους ἑκόντες ἀφίενται, ὡς περ ἐν τοῖς πρόσθεν περί τε τῶν φιλοτίμων καὶ ἐρωτικῶν διήλθομεν. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Τόδε τοίνυν μετὰ τοῦτο σκόπει εἰ ἀνάγκη ἔχειν πρὸς τούτῳ ἐν τῇ φύσει οἳ ἂν μέλλωσιν ἔσεσθαι οἷους ἐλέγομεν. Τὸ ποῖον; Τὴν ἀψεύδειαν καὶ τὸ ἑκόντας εἶναι μηδαμῇ προσδέχεσθαι τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ μισεῖν, τὴν δ' ἀλήθειαν ἐργάζειν. Εἰκός γε, ἔφη. Οὐ μόνον γε, ὦ φίλε, εἰκός, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἀνάγκη τὸν ἐρωτικῶς του φύσει ἔχοντα πᾶν τὸ ξυγγενές τε καὶ οἰκεῖον τῶν παιδικῶν ἀγαπᾶν. Ὀρθῶς, ἔφη. Ἦ οὖν οἰκειότερον σοφίᾳ τι ἀληθείας ἂν

ipsorum perdiscere in primis oportet: atque arbitror, si illam ad sufficientiam invicem concesserimus, nos insuper concessuros fieri posse, ut iidem haec assequantur, neque alios praeter hos civitatis duces esse debere. *Glau.* Quonam pacto? *So.* Hoc itaque inter nos primum constet de philosophorum ingeniis, quod semper eam diligunt disciplinam, qua illis notior fiat natura illa, quae semper est neque generatione et corruptione mutatur. *Glau.* Constet. *So.* Quin etiam, quod eam totam affectant, neque sponte partem eius ullam spernunt, nec parvam nec magnam, neque honorandam neque vilem, quemadmodum supra de ambitiosis et amore captis praediximus. *Glau.* Recte. *So.* Praeterea et hoc animadverte, nunquid necesse sit naturae eorum inesse, qui tales futuri sunt, quales narravimus? *Glau.* Quale istud? *So.* Ut mendacii omnis natura expertes sint, neque sponte mentiantur unquam, sed omnem oderint falsitatem, diligant veritatem. *Glau.* Probabile est. *So.* Non solum probabile est, o amice, sed penitus necessarium, eum, qui ex natura ad aliquid amore afficitur, quicquid cognatum et familiare est amato, diligere. *Glau.* Scite. *So.* Num familiarius aliquid sapientiae quam veritas reperi-

εὖροις; Καὶ πῶς; ἦ δ' ὅς. Ἡ οὖν δυνατὸν εἶναι τὴν αὐτὴν φύσιν φιλόσοφόν τε καὶ φιλοψευδῆ; Οὐδαμῶς γε. Τὸν ἄρα τῷ ὄντι φιλομαθῆ πάσης ἀληθείας δεῖ εὐθὺς ἐκ νέου ὅτι μάλιστα ὀρέγεσθαι. Παντελῶς γε. Ἀλλὰ μὴν ὅτῳ γε εἰς ἕν τι αἱ ἐπιθυμίαι σφόδρα ῥέπουσιν, ἴσμεν που ὅτι εἰς τἆλλα τούτῳ ἀσθενέστεραι, ὥς περ ῥεῦμα ἐκεῖσε ἀπωχετευμένον. Τί μήν; Ὧι δὴ πρὸς τὰ μαθήματα καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἐρρύηκασι, περὶ τὴν τῆς ψυχῆς, οἶμαι, ἡδονὴν αὐτῆς καθ' αὑτὴν εἶεν ἄν, τὰς δὲ διὰ τοῦ σώματος ἐκλείποιεν, εἰ μὴ πεπλασμένως ἀλλ' ἀληθῶς φιλόσοφός τις εἴη. Μεγάλη ἀνάγκη. Σώφρων μὴν ὅ γε τοιοῦτος καὶ οὐδαμῆ φιλοχρήματος· ὧν γὰρ ἕνεκα χρήματα μετὰ πολλῆς δαπάνης σπουδάζεται, ἄλλῳ τινὶ μᾶλλον ἢ τούτῳ προσήκει σπουδάζειν. Οὕτως. Καὶ μήν που καὶ τόδε δεῖ σκοπεῖν, 486
ὅτῳ κρίνειν μέλλῃς φύσιν φιλόσοφόν τε καὶ μή. Τὸ ποῖον; Μή σε λάθῃ μετέχουσα ἀνελευθερίας· ἐναντιώτατον γάρ που σμικρολογία ψυχῇ μελλούσῃ τοῦ ὅλου καὶ παντὸς ἀεὶ ἐπορέξεσθαι θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου. Ἀληθέστατα, ἔφη. Ἢ οὖν ὑπάρχει διανοίᾳ μεγαλοπρέ-

tur? *Glau.* Nihil, *So.* An ergo possibile est naturam eandem esse philosophicam et mendacem? *Glau.* Nullo modo. *So.* Ergo discendi cupidum necesse est statim a pueritia veritatem omnem summopere affectare. *Glau.* Prorsus. *So.* Quem vero ad certum quiddam ardenter rapiunt cupiditates, huic ad alia cupidines remissiores sunt, cum alio tanquam rivuli defluant, *Glau.* Nulli dubium. *So.* Quicunque igitur ad disciplinas et cetera talia omni desiderio flagrant, puram ipsius animae expetunt voluptatem, corporis autem oblectamenta despiciunt: nisi quis fictus, sed verus philosophus sit. *Glau.* Summopere necessarium istud. *So.* Temperatus itaque vir talis erit, neque pecuniae cupidus. nam ad quemvis pertinet potius quam ad hunc cumulandis pecuniis inhiare, cuius gratia ceteri maxima cum iactura pecuniis quaerendis insudant. *Glau.* Ita est. *So.* Praeterea id considerandum, quotiens naturam eius qui philosophus sit et eius qui non sit discernere cupis. *Glau.* Quidnam? *So.* Ne forte latens quaedam insit illiberalitas. nam adversa omnino est pusillanimitas animo universum ipsum semper divinum atque humanum indagaturo. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Nempe cui

πεια καὶ θεωρία παντὸς μὲν χρόνου, πάσης δὲ οὐσίας, οἷόν τε οἴει τούτῳ μέγα τι δοκεῖν εἶναι τὸν ἀνθρώπινον βίον; Ἀδύνατον, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν καὶ θάνατον οὐ δεινόν τι ἡγήσεται ὁ τοιοῦτος; Ἥκιστά γε. Ἀειλῆ δὴ καὶ ἀνελευθέρῳ φύσει φιλοσοφίας ἀληθινῆς, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἂν μετείη. Οὔ μοι δοκεῖ. Τί οὖν; ὁ κόσμιος καὶ μὴ φιλοχρήματος μηδ' ἀνελεύθερος μηδ' ἀλαζὼν μηδὲ δειλὸς ἔσθ' ὅπῃ ἂν δυξύμβολος ἢ ἄδικος γένοιτο; Οὐκ ἔστιν. Καὶ τοῦτο δὴ ψυχὴν σκοπῶν φιλόσοφον καὶ μὴ εὐθὺς νέου ὄντος ἐπισκέψει, εἰ ἄρα δικαία τε καὶ ἥμερος ἢ δυσκοινώνητος καὶ ἀγρία. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐ μὴν οὐδὲ τόδε παραλείψεις, ὡς ἐγῷμαι. Τὸ ποῖον; Εὐμαθὴς ἢ δυσμαθής. ἢ προσδοκᾷς ποτέ τινά τι ἱκανῶς ἂν ζέρξαι, ὃ πράττων ἂν ἀλγῶν τε πράττοι καὶ μόγις σμικρὸν ἀνύτων; Οὐκ ἂν γένοιτο. Τί δ'; εἰ μηδὲν ὧν μάθοι σώζειν δύναιτο, λήθης ὢν πλέως, ἆρ' ἂν οἷός τ' εἴη ἐπιστήμης μὴ κενὸς εἶναι; Καὶ πῶς; Ἀνόνητα δὴ πόνων οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεται τελευτῶν αὑτόν τε μισεῖν καὶ τὴν τοιαύτην πρᾶξιν; Πῶς δ' οὔ; Ἐπιλήσμονα ἄρα ψυχὴν ἐν ταῖς

cogitationis adest magnificentia et totius temporis totiusque substantiae contemplatio, humana vita magnum quid videri non potest. *Glau.* Non profecto. *So.* Num mortem hic terribilem existimabit? *Glau.* Minime. *So.* Timidae itaque illiberalique naturae philosophia vera non convenit. *Glau.* Non, ut mihi videtur. *So.* Vir autem modestus, non quaestui deditus, non pusillanimis, non superbus, non timidus, num in commerciis difficilis erit aut iniustus? *Glau.* Nullo modo. *So.* Quin etiam cum discernere cupies, quis animus philosophus sit, quis non, statim a teneris annis id observabis, nunquid iustus et mitis, an iniquus atque agrestis. *Glau.* Maxime. *So.* Neque hoc, ut arbitror, praetermittes. *Glau.* Quidnam? *So.* Utrum ad percipiendum velox an tardus. Num censes quempiam illud unquam diligere, quod cum aggreditur, summa cum difficultate agit, et vix tandem parum quid proficit? *Glau.* Numquam profecto. *So.* Quid? si nihil servet eorum, quae discit, obliviscaturque omnium, nonne erit scientia vacuus? *Glau.* Vacuus. *So.* Cum vero irritus illi labor omnis suscipiatur, an non cogetur tandem se ipsum et actionem talem odisse? *Glau.* Nihil prohibet. *So.* Obliviosum igitur animum legitimorum philosophorum ingeniis

ἱκανῶς φιλοσόφοις μή ποτε ἐγκρίνωμεν, ἀλλὰ μνημονικὴν αὐτὴν ζητῶμεν δεῖν εἶναι. Παντάπασι μὲν οὖν. Ἀλλ' οὐ μὴν τό γε τῆς ἀμούσου τε καὶ ἀσχήμονος φύσεως ἄλλοσέ ποι ἂν φαῖμεν ἕλκειν ἢ εἰς ἀμετρίαν. Τί μήν; Ἀλήθειαν δὲ ἀμετρίᾳ ἡγεῖ ξυγγενῆ εἶναι ἢ ἐμμετρίᾳ; Ἐμμετρίᾳ. Ἔμμετρον ἄρα καὶ εὔχαριν ζητῶμεν πρὸς τοῖς ἄλλοις διάνοιαν φύσει, ἣν ἐπὶ τὴν τοῦ ὄντος ἰδέαν ἑκάστου τὸ αὐτοφυὲς εὐάγωγον παρέξει. Πῶς δ' οὔ; Τί οὖν; μή πῃ δοκοῦμέν σοι οὐκ
10 ἀναγκαῖα ἔκαστα διειληλυθέναι καὶ ἑπόμενα ἀλλήλοις τῇ μελλούσῃ τοῦ ὄντος ἱκανῶς τε καὶ τελέως ψυχῇ μεταλήψεσθαι; Ἀναγκαιότατα μὲν οὖν, ἔφη. Ἔχειν οὖν ὅπῃ μέμψει τοιοῦτον ἐπιτήδευμα, ὃ μή ποτ' ἄν τις 48
οἷός τε γένοιτο ἱκανῶς ἐπιτηδεῦσαι, εἰ μὴ φύσει εἴη μνήμιων, εὐμαθής, μεγαλοπρεπής, εὔχαρις, φίλος τε καὶ ξυγγενὴς ἀληθείας, δικαιοσύνης, ἀνδρίας, σωφροσύνης; Οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος, ἔφη, τό γε τοιοῦτον μέμψαιτο. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, τελειωθεῖσι τοῖς τοιούτοις παιδείᾳ τε καὶ ἡλικίᾳ ἆρα οὐ μόνοις ἂν τὴν πόλιν ἐπιτρέ-
20 ποις;

Καὶ ὁ Ἀδείμαντος, Ὦ Σώκρατες, ἔφη, πρὸς μὲν

convenire nequaquam existimemus, sed admodum memorem *Glau.* Ita prorsus. *So.* Absona praeterea et inconcinna natura ad intemperiem semper trahit. *Glau.* Semper. *So.* Veritatem vero an cum intemperie congruere putas, an cum temperie potius? *Glau.* Cum temperie. *So.* Ergo compositam et gratam praeter cetera cogitationem huic ingenio tribuamus, quod suapte natura propensum esse volumus ad ideam cuiusque, quod vere est, inspiciendam. *Glau.* Nempe. *So.* An non tibi videmur singula percurrisse, quae necesse est continuata serie sibi invicem succedentia animo illi competere qui veritatem rerum perfecte sit consecuturus? *Glau.* Ita prorsus. *So.* Num potes quoquo modo studium id damnare, quod nullus sufficienter exsequi potest, nisi natura sit perspicax, memor, magnificus, gratiosus, amicus familiarisque veritatis, iustitiae, fortitudinis, temperantiae? *Glau.* Ne Momus quidem id carperet. *So.* Nonne his solis, eruditione tandem et aetate perfectis, rem publicam praebebis administrandam? *Adi.* Nemo ad haec tibi posset, o Socrates, contradicere:

ταῦτά σοι οὐδεὶς ἂν οἷός τ' εἴη ἀντειπεῖν· ἀλλὰ γὰρ τοιόνδε τι πάσχουσιν οἱ ἀκούοντες ἑκάστοτε ἃ νῦν λέγεις· ἡγοῦνται διὰ ἀπειρίαν τοῦ ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου παρ' ἕκαστον τὸ ἐρώτημα σμικρὸν παραγόμενοι, ἀθροισθέντων τῶν σμικρῶν ἐπὶ τελευτῆς τῶν λόγων μέγα τὸ σφάλμα καὶ ἐναντίον τοῖς πρώτοις ἀναφαίνεσθαι, καὶ ὥς περ ὑπὸ τῶν πεττευόντων δεινῶν οἱ μὴ τελευτῶντες ἀποκλείονται καὶ οὐκ ἔχουσιν ὅ τι χρέωσιν, οὕτω καὶ σφεῖς τελευτῶντες ἀποκλείεσθαι καὶ οὐκ ἔχειν ὅ τι λέγωσιν ὑπὸ πεττείας αὖ ταύτης τινὸς ἑτέρας, οὐκ ἐν ψήφοις ἀλλ' ἐν λόγοις, ἐπεὶ τό γε ἀληθὲς οὐδέν τι μᾶλλον ταύτῃ ἔχειν. λέγω δ' εἰς τὸ παρὸν ἀποβλέψας· νῦν γὰρ φαίη ἄν τίς σοι λόγῳ μὲν οὐκ ἔχειν καθ' ἕκαστον τὸ ἐρωτώμενον ἐναντιοῦσθαι, ἔργῳ δὲ ὁρᾶν, ὅσοι ἂν ἐπὶ φιλοσοφίαν ὁρμήσαντες μὴ τοῦ πεπαιδεῦσθαι ἕνεκα ἅψωνται νέοι ὄντες ἀπαλλάττωνται, ἀλλὰ μακρότερον ἐνδιατρίψωσι, τοὺς μὲν πλείστους καὶ πάνυ ἀλλοκότους γιγνομένους, ἵνα μὴ παμπονήρους εἴπωμεν, τοὺς δὲ ἐπιεικεστάτους δοκοῦντας ὅμως τοῦτό γε ὑπὸ τοῦ ἐπιτηδεύματος οὗ σὺ ἐπαινεῖς πάσχοντας, ἀχρήστους ταῖς πόλεσι γιγνομένους. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας, Οἷσι οὖν,

at vero sic afficiuntur, qui audiunt ea passim, quae tu narras. nam propter imperitiam interrogandi ac respondendi ad singula quae parva sensim deducti, singulis denique parvis in disputationis calce collectis existimant, post errorem atque fallaciam contrarium quoque aliquid superiorem emergere. et quemadmodum qui talis ludere nesciunt, ab his, qui in eo ludo periti sunt, tandem usque adeo coërcentur et concluduntur, ut quod ferant, nequaquam habeant: ita et se ipsos putant cogi tandem concludique, nec habere quod dicant, verbis veluti calculis circumclusos; quandoquidem verum sit nihil haec duo inter se discrepare. dico autem haec animadvertens praesentia. Nam nunc quidem diceret tibi quispiam his, quae proponuntur, verbis adversari non posse, re autem ipsa compertum habere, quotcunque philosophiae studium aggressi ita in eo versantur, ut non eruditionis gratia degustatis philosophiae praeceptis iuvenes adhuc discedant, sed diutius immorentur, eos ut plurimum absurdos admodum evadere et a rebus hominum alienos, ne iniquissimos dixerimus: si qui vero praestantiores videantur, tamen hoc studio, quod ipse laudas, ita inquinari, ut inutiles evadant ad rem publicam guber-

εἶπον, τοὺς ταῦτα λέγοντας ψεύδεσθαι; Οὐκ οἶδα, ἦ δ' ὅς, ἀλλὰ τὸ σοὶ δοκοῦν ἡδέως ἂν ἀκούοιμι. Ἀκούοις ἄν ὅτι ἔμοιγε φαίνονται τἀληθῆ λέγειν. Πῶς οὖν, ἔφη, εὖ ἔχει λέγειν ὅτι οὐ πρότερον κακῶν παύσονται αἱ πόλεις πρὶν ἂν ἐν αὐταῖς οἱ φιλόσοφοι ἄρξωσιν, οὓς ἀχρήσους ὁμολογοῦμεν αὐταῖς εἶναι; Ἐρωτᾷς, ἦν δ' ἐγώ, ἐρώτημα δεόμενον ἀποκρίσεως δι' εἰκόνος λεγομένης. Σὺ δέ γε, ἔφη, οἶμαι, οὐκ εἰωθας δι' εἰκόνων λέγειν. Εἶεν, εἶπον· σκώπτεις ἐμβεβληκώς με εἰς λόγον οὕτω δυσαπόδεικτον; ἄκουε δ' οὖν τῆς εἰκόνος, ἵν' ἔτι μᾶλλον ἴδῃς ὡς γλίσχρως εἰκάζω. οὕτω γὰρ χαλεπὸν τὰ 488 πάθος τῶν ἐπιεικεστάτων, ὃ πρὸς τὰς πόλεις πεπόνθασιν, ὥστ' οὐδ' ἔξιν ἓν οὐδὲν ἄλλο τοιοῦτον πεπονθός, ἀλλὰ δεῖ ἐκ πολλῶν αὐτὸ ξυναγαγεῖν εἰκάζοντα καὶ ἀπολογούμενον ὑπὲρ αὐτῶν, οἷον οἱ γραφῆς τραγελάφους καὶ τὰ τοιαῦτα μιγνύντες γράφουσι. νόησον γὰρ τοιουτονὶ γενόμενον εἴτε πολλῶν νεῶν πέρι εἴτε μιᾶς ναύκληρον, μεγέθει μὲν καὶ ῥώμῃ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ νηὶ πάντας, ὑποκωφον δὲ καὶ ὁρῶντα ὡςαύτως βραχύ τι καὶ γιγνώσκοντα περὶ ναυτικῶν ἕτερα τοιαῦτα, τοὺς δὲ ναύτας

nandam. *So.* Censes illos, qui haec aiunt, mentiri? *Adi.* Haud novi equidem, sed quid ipse sentias, libenter audirem. *So.* Audies certe, si id roges, quod vera loqui mihi videntur. *Adi.* Qua ratione igitur recte id dicitur, quod non prius erit ulla malorum requies civitatibus, quam in ipsis philosophi dominentur, quos rei publicae inutiles esse fatemur? *So.* Quod petis, responsione indiget per imaginem quandam inducta. *Adi.* At tu per similitudinem loqui, ut arbitror, non consuevisti. *So.* An mordes, cum me in sermonem impuleris adeo demonstratu difficilem? Audi ergo similitudinem, ut appertius cognoscas, quam parce comparem. usque adeo durum est, quod praestantes in philosophia viri in gubernanda re publica patiuntur, ut nihil aliud sit unum, quod hoc patiatur. quare oportet hoc ex multis colligendo comparare cum his denique, et cuiusque invicem explicare rationem, veluti cum pictores tragelaphos et cetera huiusmodi multiplicia figmenta depingunt. Finge animo quendam navis aut classis gubernatorem huiusmodi, magnitudine et robore corporis reliquos nautas excedentem, surdum vero et caligantibus oculis et mente gubernationis inscia; nautas autem de guber-

ζασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς κυβερνήσεως, ἕκαστον οἰόμενον δεῖν κυβερνᾶν μήτε μαθόντα πώποτε τὴν τέχνην μήτε ἔχοντα ἀποδεῖξαι διδάσκαλον ἑαυτοῦ μηδὲ χρόνον ἐν ᾧ ἐμάνθανε, πρὸς δὲ τούτοις φάσκοντας μηδὲ διδακτὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸν λέγοντα ὡς διδακτὸν ἑτοίμους κατατέμνειν, αὐτοὺς δὲ αὐτῷ ἀεὶ τῷ ναυκλήρῳ περικεχύσθαι δεομένους καὶ πάντα ποιοῦντας ὅπως ἂν σφισι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψῃ, ἐνίοτε δ' ἂν μὴ πείθωσιν ἀλλὰ ἄλλοι μᾶλλον, τοὺς μὲν ἄλλους ἢ ἀποκτιννύντας ἢ ἐκβάλλοντας ἐκ τῆς νεώς, τὸν δὲ γενναῖον ναύκληρον μανδραγόρᾳ ἢ μέθῃ ἢ τινι ἄλλῳ συμποδίσαντας τῆς νεὼς ἄρχειν χρωμένους τοῖς ἐνοῦσι, καὶ πίνοντάς τε καὶ εὐωχουμένους πλεῖν ὡς τὸ εἰκὸς τοὺς τοιούτους, πρὸς δὲ τούτοις ἐπαινοῦντας ναυτικὸν μὲν καλοῦντας καὶ κυβερνητικὸν καὶ ἐπιχαίρειν τὰ κατὰ ναῦν ὃς ἂν ξυλλαμβάνειν δεινὸς ᾖ ὅπως ἄρξουσιν ἢ πείθοντες ἢ βιαζόμενοι τὸν ναύκληρον, τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον ψέγοντας ὡς ἄχρηστον, τοῦ δὲ ἀληθινοῦ κυβερνήτου πέρι μηδ' ἐπαΐοντας ὅτι ἀνάγκη αὐτῷ τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι ἐνιαυτοῦ καὶ ὡρῶν καὶ οὐρανοῦ καὶ ἄστρων καὶ πνευμάτων καὶ πάντων τῶν τῇ τέχνῃ προσηκόντων, εἰ μέλλει

nation invicem decertantes, et unumquemque putantem se imperio dignum, cum nec artem didicerit unquam, nec sui praeceptorem ullum possit ostendere, neque quo tempore didicerit assignare; negantes quin etiam artem illam doceri posse, eumque, qui doceri posse asseveraverit, ferro petentes. ipsos autem cogita circa gubernatorem illum confluentes eum obsecrare et obnixe contendere, ut ipsis gubernacula tradat. quandoque vero si isti non persuaserint, sed alii potius, alios vel perimere vel e navi eiicere: generosum autem illum navis principem mandragora aut mero occupare, atque ita gubernationem navis arripere, utentes praesentibus rebus, vino et epulis indulgentes, sed ita ducentes, ut huiusmodi homines ducere verisimile est. omnes praeterea laudare illum, nautamque et gubernatorum vocare, et quae ad navem regendam spectant, callere, quicunque eos ad usurpandum navis principatum instruere possit vel persuasione vel vi, gubernatore submoto: eum vero, quid id nequeat, tanquam inutilem vituperare: veri autem gubernatoris officium ignorare, quod videlicet ad eum spectet rationem habere anni et temporum, coeli, siderum et ventorum et omnium, quae ad artem illam attinent, si dux navis est

τῷ ὄντι νεὼς ἀρχικὸς ἔσεσθαι, ὅπως δὲ κυβερνήσει ἐάν τέ τινες βούλωνται ἐάν τε μή, μήτε τέχνην τούτου μήτε μελέτην οἰομένους δυνατὸν εἶναι λαβεῖν ἅμα καὶ τὴν κυβερνητικήν. τοιούτων δὴ περὶ τὰς ναῦς γιγνομένων τὸν ὡς ἀληθῶς κυβερνητικὸν οὐχ ἥγεῖ ἂν τῷ ὄντι μετεωροσκόπον τε καὶ ἀδολέσχην καὶ ἄχρηστόν σφισι καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς οὕτω κατεσκευασμέναις ναυσὶ πλωτήρων; Καὶ μάλα, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος. Οὐ δή, ἦν δ' ἐγώ, οἶμαι δεῖσθαί σε ἐξεταζομένην τὴν εἰκόνα ἰδεῖν, ὅτι ταῖς πόλεσι πρὸς τοὺς ἀληθινοὺς φιλοσόφους τὴν διάθεσιν ἔοικεν, ἀλλὰ μανθάνειν ὃ λέγω. Καὶ μάλ', ἔφη. Πρῶτον μὲν τοίνυν ἐκεῖνον τὸν θαυμάζοντα ὅτι οἱ φιλόσοφοι οὐ τιμῶνται ἐν ταῖς πόλεσι, δίδασκέ νε τὴν εἰκόνα καὶ πειρῶ πείθειν ὅτι πολὺ ἂν θαυμαστότερον ἦν εἰ ἐτιμῶντο. Ἀλλὰ διδάξω, ἔφη. Καὶ ὅτι τοίνυν τἀληθῆ λέγει, ὡς ἄχρηστοι τοῖς πολλοῖς οἱ ἐπιεικέστατοι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ· τῆς μέντοι ἀχρηστίας τοὺς μὴ χρωμένους κέλευε αἰτιᾶσθαι ἀλλὰ μὴ τοὺς ἐπιεικεῖς. οὐ γὰρ ἔχει φύσιν κυβερνήτην ναυτῶν δεῖσθαι ἄρχεσθαι ὑφ' αὑτοῦ οὐδὲ τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας 489

revera futurus: ut vero gubernet seu volentibus quibusdam sive invitis, huius ipsius artem nullam putantes accipi posse simul et gubernatoriam facultatem. His utique circa naves contingentibus, an non verum gubernatorem censes ab illis, qui talibus vehuntur navibus, inanem et curiosum rerum sublimium inspectorem et navi ipsi inutilem vocitari? *Adi.* Et maxime quidem. *So.* Haudquaquam opus esse arbitror, ut tibi latius explicem, quemadmodum ad propositae comparationis imaginem ita in civitatibus affecti sunt adversus veros philosophos cives, ut in eiusmodi navibus ad verum gubernatorem nautae: sed intelligere te existimo. *Adi.* Summopere. *So.* Primum itaque illi, qui admiratur philosophos in civitatibus minime honorari, imaginem hanc expone, et persuadere conare multo mirabilius fore, si honorarentur. *Adi.* Faciam equidem. *So.* Adiicias et hoc praeterea, vera loqui eos, qui dicunt inutiles esse vulgo eos, qui philosophiae studio pollent. verum quod inutiles sint, non esse ipsos in causa dicito, sed eos potius, qui his philosophis non utuntur. neque enim naturae consentaneum est, ut gubernator quasi indigus nautas oret, quo eius se gubernationi committant, vel sapientes ad divitum fores accedant: sed

εἶναι, ἀλλ' ὁ τοῦτο κομψευσάμενος ἐψεύσατο, τὸ δὲ ἀληθὲς πέφυκεν, ἐάν τε πλούσιος ἐάν τε πένης κάμνῃ, ἀναγκαῖον εἶναι ἐπὶ ἰατρῶν θύρας ἰέναι καὶ πάντα τὸν ἄρχεσθαι δεόμενον ἐπὶ τὰς τοῦ ἄρχειν δυναμένου, οὐ τὸν ἄρχοντα δεῖσθαι τῶν ἀρχομένων ἄρχεσθαι, οὗ ἄν τῇ ἀληθείᾳ τι ὄφελος ᾖ. ἀλλὰ τοὺς νῦν πολιτικοὺς ἄρχοντας ἀπεικάζων οἷς ἄρτι ἐλέγομεν ναύταις οὐχ ἁμαρτήσει, καὶ τοὺς ὑπὸ τούτων ἀχρήστους λεγομένους καὶ μετεωρολέσχας τοῖς ὡς ἀληθῶς κυβερνήταις. Ὀρθότατα, ἔφη. Ἐκ τε τοίνυν τούτων καὶ ἐν τούτοις οὐ ῥᾴδιον εὐδοκιμεῖν τὸ βέλτιστον ἐπιτήδευμα ὑπὸ τῶν τἀναντία ἐπιτηδευόντων, πολὺ δὲ μεγίστη καὶ ἰσχυροτάτη διαβολὴ γίγνεται φιλοσοφίᾳ διὰ τοὺς τὰ τοιαῦτα φάσκοντας ἐπιτηδεύειν, οὓς δὴ σὺ φῂς τὸν ἐγκαλοῦντα τῇ φιλοσοφίᾳ λέγειν ὡς παμπόνηροι οἱ πλεῖστοι τῶν ἰόντων ἐπ' αὐτήν, οἱ δὲ ἐπιεικέστατοι ἄχρηστοι, καὶ ἐγὼ συνεχώρησα ἀληθῆ σε λέγειν. ἦ γάρ; Ναί. Οὐκοῦν τῆς μὲν τῶν ἐπιεικῶν ἀχρηστίας τὴν αἰτίαν διεληλύθαμεν; Καὶ μάλα. Τῆς δὲ τῶν πολλῶν πονηρίας τὴν ἀνάγκην βούλει τὸ μετὰ τοῦτο διέλθωμεν,

qui hoc primus iactavit, profecto mentitus est. revera autem ita natura comparatum est, sive dives seu pauper adversa valetudine teneatur, ut necessario fores medicorum petat: et omnes, qui superioris gubernatione indigent, domos adeant hominum gubernare potentium: non gubernatores, si modo alicuius pretii sint, orent, ut ab his gubernentur inferiores. quin si eos, qui his temporibus res publicas administrant, cum his comparaveris nautis, quos modo commemorabamus, non aberrabis: ac si illos, qui ab iis appellantur vani et superstitiosi reconditarum rerum indagatores, veris gubernatoribus comparabis, recte quidem facies. *Adi.* Recte admodum. *So.* Ob has igitur causas in his quoque haud facile est, ut honestum studium ab eis probetur, qui contrariis sunt moribus assueti. maxima vero et vehementissima philosophiae calumnia oritur propter eorum mores, qui philosophiae studia profitentur. ferunt quippe hi, qui philosophiam criminantur, ut ipse ais, plurimos eorum, qui ad philosophiam se conferunt, pravos admodum esse: si qui vero eorum ceteris excellunt, esse inutiles. atque ego haec tibi concessi. nonne? *Adi.* Utique. *So.* An non causam exposuimus, ob quam legitimi philosophi esse inutiles videantur? *Adi.* Certe. *So.* Cur autem et plurimi pravi

καὶ ὅτι οὐδὲ τούτου φιλοσοφία αἰτία, ἂν δυνώμεθα, πειραθῶμεν δεῖξαι; Πάνυ μὲν οὖν. Ἀκούωμεν δὴ καὶ λέγωμεν ἐκεῖθεν ἀναμνησθέντες ὅθεν διῆμεν τὴν φύσιν οἷον ἀνάγκη φῦναι τὸν καλόν τε καὶ ἀγαθὸν ἐσόμενον. ἡγεῖτο δ' αὐτῷ, εἰ νῷ ἔχεις, πρῶτον μὲν ἀλήθεια, ἣν 490
διώκειν αὐτὸν πάντως καὶ πάντη ἔδει ἢ ἀλαζόνι ὄντι μηδαμῇ μετεῖναι φιλοσοφίας ἀληθινῆς. Ἦν γὰρ οὕτω λεγόμενον. Οὐκοῦν ἓν μὲν τοῦτο σφόδρα οὕτω παρὰ δόξαν τοῖς νῦν δοκουμένοις περὶ αὐτοῦ; Καὶ μάλα,
ο ἔφη. Ἆρ' οὖν δὴ οὐ μετρίως ἀπολογησόμεθα ὅτι πρὸς τὸ ὂν πεφυκὼς εἴη ἁμιλλᾶσθαι ὅ γε ὄντως φιλομαθής, καὶ οὐκ ἐπιμένοι ἐπὶ τοῖς δοξαζομένοις εἶναι πολλοῖς ἑκάστοις, ἀλλ' ἴοι καὶ οὐκ ἀμβλύνοιτο οὐδ' ἀπολήγοι τοῦ ἔρωτος, πρὶν αὐτοῦ ὃ ἔστιν ἑκάστου τῆς φύσεως ἅψασθαι, ᾧ προσήκει ψυχῆς ἐφάπτεσθαι τοῦ τοιούτου; προσήκει δὲ ξυγγενεῖ· ᾧ πλησιάσας καὶ μιγεὶς τῷ ὄντι ὄντως, γεννήσας νοῦν καὶ ἀλήθειαν, γνοίη τε καὶ ἀληθῶς ζῴη καὶ τρέφοιτο καὶ οὕτω λήγοι ὠδῖνος, πρὶν δ' οὔ. Ὡς οἷόν τ', ἔφη, μετριώτατα. Τί οὖν; τούτῳ τε μετέξαι
ο ψεῦδος ἀγαπᾷν ἢ πᾶν τοὐναντίον μισεῖν; Μισεῖν,

aint, visne deinceps aperiamus? quodve philosophiae culpa nulla est, pro viribus declaremus? *Adi.* Volo equidem. *So.* Pergamus ad haec, repetentes quod supra induximus, qualem esse natura oporteat eum, qui honestus sit bonusque futurus. dux autem eius in primis erat, si memoriae tradidisti, veritas, quam sequi omnino ac passim debet: aut si vanus sit, verae quoque expers philosophiae sit oportet. *Adi.* Ita prorsus est dictum. *So.* Unum hoc igitur alienum est omnino ab iis, quae nunc de ipso existimantur. *Adi.* Alienissimum. *So.* An non decenter hunc in modum eius causam defendemus, dicentes hominem scientiae cupidum ita natura institutum esse, ut ad id, quod vere est, semper contendat, neque moras trahat in his singulis ac plurimis, circa quae versatur opinio, sed ultra progrediens non ante quiescat, quam propriam cuiusque naturam ea animi vi attigerit, qua id apprehendere convenit. convenit autem vi quadam cognata. [illegible] cum adhaeserit, seque ei quod vere est miscuerit, atque inde [illegible]vera intelligentiam veritatemque genuerit, cognoscet utique verum, vereque vivet atque aletur. ex hoc denique partu molestia eius omnis cessabit: prius vero nequaquam. *Adi.* Probe admodum ista dicuntur. *So.* An hic ullo modo amabit mendacium? vel omnino potius oderit?

ἔφη. Ἡγουμένης δὴ ἀληθείας οὐκ ἄν ποτε, οἶμαι, φαῖμεν αὐτῇ χορὸν κακῶν ἀκολουθῆσαι. Πῶς γάρ; Ἀλλ' ὑγιές τε καὶ δίκαιον ἦθος, ᾧ καὶ σωφροσύνην ἕπεσθαι. Ὀρθῶς, ἔφη. Καὶ δὴ τὸν ἄλλον τῆς φιλοσόφου φύσεως χορὸν τί δεῖ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἀναλαμβάνοντα τάττειν; μέμνησαι γάρ που ὅτι ξυνέβη προσῆκον τούτοις ἀνδρία, μεγαλοπρέπεια, εὐμάθεια, μνήμη. καὶ σοῦ ἐπιλαβομένου ὅτι πᾶς μὲν ἀναγκασθήσεται ὁμολογεῖν οἷς λέγομεν, ἐάσας δὲ τοὺς λόγους, εἰς αὐτοὺς ἀποβλέψας περὶ ὧν ὁ λόγος, φαίη ὁρᾶν αὐτῶν τοὺς μὲν ἀχρήσους, τοὺς δὲ πολλοὺς κακοὺς πᾶσαν κακίαν, τῆς ἥδη διαβολῆς τὴν αἰτίαν ἐπισκοποῦντες ἐπὶ τούτῳ νῦν γεγόναμεν, τί ποθ' οἱ πολλοὶ κακοί, καὶ τούτου δὴ ἕνεκα πάλιν ἀνειλήφαμεν τὴν τῶν ἀληθῶς φιλοσόφων φύσιν καὶ ἐξ ἀνάγκης ὡρισάμεθα. Ἔξιν, ἔφη, ταῦτα. Ταύτης δή, ἦν δ' ἐγώ, τῆς φύσεως δεῖ θεάσασθαι τὰς φθοράς, ὡς διόλλυται ἐν πολλοῖς, σμικρὸν δέ τι ἐκφεύγει, οὕς δὴ καὶ οὐ πονηροὺς ἀχρήσους δὲ καλοῦσι· καὶ μετὰ τοῦτο αὖ τὰς μιμουμένας ταύτην καὶ εἰς τὸ ἐπι-
491 τήδευμα καθιζαμένας αὐτῆς, οἷαι οὖσαι φύσεις ψυχῶν εἰς ἀνάξιον καὶ μεῖζον ἑαυτῶν ἀφικνούμεναι ἐπιτήδευ-

Adi. Oderit certe. *So.* Nempe ubi dux veritas est, malorum chorum subsequi, ut arbitror, non dicemus. *Adi.* Quo enim pacto? *So.* Immo vero sincerum sequi iustumque morem. hunc quoque dicemus subsequi temperantiam. *Adi.* Scite. *So.* Quin etiam reliquum naturae philosophicae chorum quid opus est a principio recensere? recordaris enim, quod cum his congruit, ut dicebamus, fortitudo, magnificentia, acumen ingenii atque memoria. cum vero tu obiecisses quod quilibet necessario fateri cogeretur, quae dicebamus, verbisque nostris omissis conversus ad eos, de quibus erat sermo, diceret videre se illos partim inutiles, partim omni pravitate corruptos: tunc sane nos huius calumniae causam perscrutari coepimus, et cur multi eorum mali sint, atque hac de causa rursus legitimorum philosophorum naturam repetivimus necessarioque hanc de[illegible]vimus. *Adi.* Est ita. *So.* Quaerendum est deinceps, qua ra[illegible] in multis natura philosophi depravatur. parvum quid subterfugit. nempe et hoc animadvertendum, quos videlicet non malos quidem, sed inutiles vocant: deinde etiam qualia hominum ingenia sint, quae hanc imitantur naturam, eiusque opus usurpant, et indignum se studium ac supra vires aggredientia

μα, πολλαχῇ πλημμελοῦσαι, πανταχῇ καὶ ἐπὶ πάντας δόξαν οἵαν λέγεις φιλοσοφίᾳ προσῆψαν. Τίνας δέ, ἔφη, τὰς διαφθορὰς λέγεις; Ἐγώ σοι, εἶπον, ἂν οἷός τε γένωμαι, πειράσομαι διελθεῖν. τόδε μὲν οὖν, οἶμαι, πᾶς ἡμῖν ὁμολογήσει, τοιαύτην φύσιν καὶ πάντα ἔχουσαν ὅσα προσετάξαμεν νῦν δή, εἰ τελέως μέλλοι φιλόσοφος γενέσθαι, ὀλιγάκις ἐν ἀνθρώποις φύεσθαι καὶ ὀλίγας. ἢ οὐκ οἴει; Σφόδρα γε. Τούτων δὴ τῶν ὀλίγων σκόπει ὡς πολλοὶ ὄλεθροι καὶ μεγάλοι. Τίνες δή; Ὁ μὲν πάντων θαυμαστότατον ἀκοῦσαι, ὅτι ἓν ἕκαστον ὧν ἐπηνέσαμεν τῆς φύσεως ἀπόλλυσι τὴν ἔχουσαν ψυχὴν καὶ ἀποσπᾷ φιλοσοφίας. λέγω δὲ ἀνδρίαν, σωφροσύνην καὶ πάντα ἃ διήλθομεν. Ἄτοπον, ἔφη, ἀκοῦσαι. Ἔτι τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τούτοις τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ πάντα φθείρει καὶ ἀποσπᾷ, κάλλος καὶ πλοῦτος καὶ ἰσχὺς σώματος καὶ ξυγγένεια ἐρρωμένη ἐν πόλει καὶ πάντα τὰ τούτων οἰκεῖα· ἔχεις γὰρ τὸν τύπον ὧν λέγω. Ἔχω, ἔφη· καὶ ἡδέως γ' ἂν ἀκριβέστερον ἃ λέγεις πυθοίμην. Λαβοῦ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὅλου αὐτοῦ ὀρθῶς, καί σοι εὔδηλόν τε φανεῖται καὶ οὐκ ἄτοπα δόξει τὰ προειρημένα περὶ αὐτῶν. Πῶς οὖν, ἔφη, κελεύεις; Παν-

delinquunt saepe, et opinionem philosophiae passim, quam narrabas, inducunt. *Adi.* At quas depravationes dicis? *So.* Ostendam, si potero. profecto id arbitror nobis quemlibet concessurum, ingenium tale, quale descripsimus, et omnibus hisce praeditum, quibus perfectus indiget futurus philosophus, raro in paucisque oriri. an non ita existimas? *Adi.* Maxime. *So.* Atque horum etiam paucorum vide quam multi sint maximique interitus. *Adi.* Quinam? *So.* Nam quod praeter cetera auditu mirabile est, unumquodque eorum, quae in philosophi ingenio nuper probavimus, habentem inquinat animum et plerumque a philosophia detorquet: fortitudinem dico et temperantiam et cetera, quaecunque narravimus. *Adi.* Absurdum hoc quidem auditu. *So.* Praeterea quaecunque bona vulgo dicuntur, depravant animum atque impediunt, forma, divitiae, corporis vires, et genus in civitate potens, et cetera generis eiusdem. habes enim quandam eorum, quae dico, formulam. *Adi.* Habeo equidem, ac libenter exactius, quae dicis, audirem. *So.* Universum ipsum recte comprehendito, ac tibi perspicuum apparebit, neque absurda tibi, quae de his dicta sunt, videbuntur. *Adi.* Quomodo istud praecipis? *So.* Sciimus enim

τός, ἦν δ' ἐγώ, σπέρματος πέρι ἢ φυτοῦ, εἴτε ἐγγείων εἴτε τῶν ζώων, ἴσμεν ὅτι τὸ μὴ τυχὸν τροφῆς ἧς προσήκει ἑκάστῳ μηδ' ὥρας μηδὲ τόπου, ὅσῳ ἂν ἐρρωμενέστερον ᾖ, τοσούτῳ πλειόνων ἐνδεῖ τῶν πρεπόντων· ἀγαθῷ γάρ που κακὸν ἐναντιώτερον ἢ τῷ μὴ ἀγαθῷ. Πῶς δ' οὔ; Ἔχει δή, οἶμαι, λόγον τὴν ἀρίστην φύσιν ἐν ἀλλοτριωτέρᾳ οὖσαν τροφῇ κάκιον ἀπαλλάττειν τῆς φαύλης. Ἔχει. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Ἀδείμαντε, καὶ τὰς ψυχὰς οὕτω φῶμεν τὰς εὐφυεστάτας κακῆς παιδαγωγίας τυχούσας διαφερόντως κακὰς γίγνεσθαι; ἢ οἴει τὰ μεγάλα ἀδικήματα καὶ τὴν ἄκρατον πονηρίαν ἐκ φαύλης ἀλλ' οὐκ ἐκ νεανικῆς φύσεως τροφῇ διολομένης γίγνεσθαι, ἀσθενῆ δὲ φύσιν μεγάλων οὔτε ἀγαθῶν οὔτε κακῶν αἰτίαν ποτὲ ἔσεσθαι; Οὔκ, ἀλλά, ἦ δ' ὅς, οὕτως. Ἦν τοίνυν
492 ἔθεμεν τοῦ φιλοσόφου φύσιν, ἂν μέν, οἶμαι, μαθήσεως προσηκούσης τύχῃ, εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀνάγκη αὐξανομένην ἀφικνεῖσθαι, ἐὰν δὲ μὴ ἐν προσηκούσῃ σπαρεῖσά τε καὶ φυτευθεῖσα τρέφηται, εἰς πάντα τἀναντία αὖ, ἐὰν μή τις αὐτῇ βοηθήσας θεῶν τύχῃ. ἢ καὶ σὺ ἡγεῖ, ὥς περ οἱ πολλοί, διαφθειρομένους τινὰς εἶναι ὑπὸ σοφιστῶν νέους, διαφθείροντας δέ τινας σοφιστὰς ἰδιωτικούς,

omne semen et plantarum et animalium, quod non fuerit ea, quae cuique convenit, nutritione potitum, neque tempore neque loco, quo generosius ac vehementius, eo pluribus oportunis carere. bono namque malum contrarium magis quam non bono. *Adi.* Quidni? *So.* Est igitur, ut arbitror, consentaneum, naturam optimam, si sub adversa forma nutriatur, deteriorem evadere quam ignavam. *Adi.* Est utique. *So.* Hac itaque ratione dicimus, Adimante, animos praestantissimo ingenio praeditos, si male fuerint educati, pessimos fieri. An putas infanda scelera et extremam nequitiam ex ignavo potius ingenio quam generoso, educatione corrupto, procedere? imbecillem vero naturam ingentium vel bonorum vel malorum quandoque causam fore? *Adi.* Non certe. *So.* Si ipsa igitur natura philosophi convenientem nanciscitur disciplinam, necesse est eam semper proficiendo ad omnem pervenire virtutem. sata autem si fuerit genitaque perverse, atque ita nutrita, ad contraria omnia rursus delabitur, nisi forte Deorum aliquis eam adiuverit. An tu quoque putas, quemadmodum multi, verum esse quosdam adolescentes a sophistis corrumpi, corruptores vero eorum

ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου, ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς τοὺς ταῦτα λέγοντας μεγίστους μὲν εἶναι σοφιστάς, παιδεύειν δὲ τελεώτατα καὶ ἀπεργάζεσθαι οἵους βούλονται εἶναι καὶ νέους καὶ πρεσβυτέρους καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας; Πότε δή; ἦ δ' ὅς. Ὅταν, εἶπον, ξυγκαθεζόμενοι ἀθρόοι πολλοὶ εἰς ἐκκλησίας ἢ εἰς δικαστήρια ἢ θέατρα ἢ στρατόπεδα ἤ τινα ἄλλον κοινὸν πλήθους ξύλλογον ξὺν πολλῷ θορύβῳ τὰ μὲν ψέγωσι τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων, τὰ δὲ ἐπαινῶσιν, ὑπερβαλλόντως ἑκάτερα καὶ ἐκβοῶντες καὶ κροτοῦντες, πρὸς δ' αὐτοῖς αἵ τε πέτραι καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἂν ὦσιν ἐπηχοῦντες διπλάσιον θόρυβον παρέχωσι τοῦ ψόγου καὶ ἐπαίνου. ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ τὸν νέον, τὸ λεγόμενον, τίνα οἴει καρδίαν ἴσχειν; ἢ ποίαν ἂν αὐτῷ παιδείαν ἰδιωτικὴν ἀνθέξειν, ἣν οὐ κατακλυσθεῖσαν ὑπὸ τοῦ τοιούτου ψόγου ἢ ἐπαίνου οἴχήσεσθαι φερομένην κατὰ ῥοῦν ἥ ἂν οὗτος φέρῃ; καὶ φήσειν τε τὰ αὐτὰ τούτοις καλὰ καὶ αἰσχρὰ εἶναι, καὶ ἐπιτηδεύσειν ἅ περ ἂν οὗτοι, καὶ ἔσεσθαι τοιοῦτον; Πολλή, ἦ δ' ὅς, ὦ Σώκρατες, ἀνάγκη. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, οὔπω τὴν μεγίστην ἀνάγκην εἰρήκαμεν. Ποίαν; ἔφη. Ἣν ἔργῳ προστιθέασι λόγῳ μὴ πείθοντες οὗτοι

sophistas quosdam esse privatos: ac non eos potius, qui ita loquuntur, maximos esse sophistas, docere item prorsus ac tales reddere, quales cupiunt et iuniores et seniores, tam viros quam mulieres? *Adi.* Quando id potissimum? *So.* Quando in unum plurimi congregati in concionibus vel iudiciis aut theatris aut castris vel alio quodam publico hominum coetu ingenti rumore eorum, quae vel dicta vel facta sunt, alia vituperant, alia laudant, et ad utraque acrius efferuntur, dum exclodunt et applaudunt summo quodam strepitu et clamore: unde parietes quoque et laquearia circumresonant altius, suoque sonitu vehementer exaugent laudantium ipsorum vituperantiumque tumultum. tunc adolescentem illum quo animo hac in turba esse censes? vel quam privatam disciplinam rumoribus hisce putas obsistere, quo minus ab huiusmodi vituperationibus laudationibusque diluta atque dispersa eo protinus deferatur, quo fluctus hic devehit? unde eadem, quae et illi, ut honesta approbabit, eadem quoque reprobabit ut turpia: iisdem praeterea, quibus illi, incumbet studiis, eorumque evadet persimilis. *Adi.* Necesse id omnino est, o Socrates. *So.* Nondum tamen vehementissimam induximus necessitatem. *Adi.* Quam? *So.* Quam operibus inferunt non persuadentes verbis

οἱ παιδευταί τε καὶ σοφισταί. ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι τὸν μὴ πειθόμενον ἀτιμίαις τε καὶ χρήμασι καὶ θανάτοις κολάζουσιν; Καὶ μάλα, ἔφη, σφόδρα. Τίνα οὖν ἄλλον σοφιστὴν οἴει ἢ ποίους ἰδιωτικοὺς λόγους ἐναντία τούτοις τείνοντας κρατήσειν; Οἶμαι μὲν οὐδένα, ἦ δ' ὅς. Οὐ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιχειρεῖν πολλὴ ἄνοια. οὔτε γὰρ γίγνεται οὔτε γέγονεν οὐδὲ οὖν μὴ γένηται ἀλλοῖον ἦθος πρὸς ἀρετὴν παρὰ τὴν τούτων παιδείαν πεπαιδευμένον, ἀνθρώπειον, ὦ ἑταῖρε· θεῖον μέντοι κατὰ τὴν παροιμίαν ἐξαιρῶμεν λόγου. εὖ γὰρ χρὴ εἰδέναι, ὅ τί περ ἂν σωθῇ τε καὶ γένηται οἷον δεῖ ἐν τοιαύτῃ καταστάσει πολιτειῶν, θεοῦ μοῖραν αὐτὸ σῶσαι λέγων οὐ κακῶς ἐρεῖς. Οὐδ' ἐμοὶ ἄλλως, ἔφη, δοκεῖ. Ἔστι τοίνυν σοι, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τούτοις καὶ τόδε δοξάτω. Τὸ ποῖον; Ἕκαστος τῶν μισθαρνούντων ἰδιωτῶν, οὓς δὴ οὗτοι σοφιστὰς καλοῦσι καὶ ἀντιτέχνους ἡγοῦνται, μὴ ἄλλα παιδεύειν ἢ ταῦτα τὰ τῶν πολλῶν δόγματα, ἃ δοξάζουσιν ὅταν ἀθροισθῶσι, καὶ σοφίαν ταύτην καλεῖν, οἷόν περ ἂν εἰ θρέμματος μεγάλου καὶ ἰσχυροῦ τρεφομένου τὰς ὀργάς τις καὶ ἐπιθυμίας κατεμάνθανεν, ὅπῃ τε προσελθεῖν χρὴ καὶ ὅπῃ ἅψασθαι αὐτοῦ, καὶ ὁπότε χαλεπώτατον ἢ πραότατον καὶ

praeceptores isti atque sophistae. an non cernis quod hominem illis non obsequentem infamia notant, iactura pecuniarum et mortis supplicio damnant? *Adi.* Summopere. *So.* Quem igitur alium sophistam putas aut quos alios privatos sermones adversari istis et resistere posse? *Adi.* Nullius certe orationem. *So.* Nullius sane. Quin et his reniti summa stultitia est. neque enim fuit unquam nec est nec erit mos alius ad virtutem institutus, praeter istorum disciplinam. humanus inquam, o amice. nam divinum quidem, iuxta proverbium, excipiamus. certo enim id scito, quisquis immaculatus et integer ex hac constitutione rerum publicarum evaserit, talem divino auxilio evasisse. *Adi.* Haud aliter mihi videtur. *So.* Istud praeterea tibi videri debet. *Adi.* Quidnam? *So.* Quisque eorum, qui privatim accepta mercede homines erudiunt, quos quidem sophistas et aemulos artium appellant, nihil aliud docendum putat quam multorum sententias, in quibus consentiunnt, quotiens congregantur; atque hanc sapientiam vocat: veluti si quis vasti cuiusdam animalis bruti, robusti admodum, et ab homine enutriti, iras et cupiditates singulas observaverit, quave ratione adire hoc deceat, qua attrectare; item

ἐκ τίνων γίγνεται, καὶ φωνὰς δὴ ἐφ' οἷς ἕκαστος εἴωθε φθέγγεσθαι, καὶ οἵας αὖ ἄλλου φθεγγομένου ἡμεροῦται τε καὶ ἀγριαίνει, καταμαθὼν δὲ ταῦτα πάντα ξυνουσίᾳ τε καὶ χρόνου τριβῇ σοφίαν τε καλέσειε καὶ ὡς τέχνην συξησάμενος ἐπὶ διδασκαλίαν τρέποιτο, μηδὲν εἰδὼς τῇ ἀληθείᾳ τούτων τῶν δογμάτων τε καὶ ἐπιθυμιῶν, ὅ τι καλὸν ἢ αἰσχρὸν ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, ὀνομάζοι δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ ταῖς τοῦ μεγάλου ζώου δόξαις, οἷς μὲν χαίροι ἐκεῖνο ἀγαθὰ καλῶν, οἷς δὲ ἄχθοιτο κακά, ἄλλον δὲ μηδένα ἔχοι λόγον περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ τἀναγκαῖα δίκαια καλοῖ καὶ καλά, τὴν δὲ τοῦ ἀναγκαίου καὶ ἀγαθοῦ φύσιν, ὅσον διαφέρει τῷ ὄντι, μήτε ἑωρακὼς εἴη μήτε ἄλλῳ δυνατὸς δεῖξαι. τοιοῦτος δὴ ὢν πρὸς Διὸς οὐκ ἄτοπος ἂν σοι δοκεῖ εἶναι παιδευτής; Ἔμοιγ', ἔφη. Ἦ οὖν τι τούτου δοκεῖ διαφέρειν ὁ τὴν τῶν πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ξυνιόντων ὀργὴν καὶ ἡδονὰς καταγενοηκέναι σοφίαν ἡγούμενος, εἴτ' ἐν γραφικῇ εἴτ' ἐν μουσικῇ εἴτε δὴ ἐν πολιτικῇ; ὅτι μὲν γὰρ ἐάν τις τούτοις ὁμιλῇ ἐπιδεικνύμενος ἢ ποίησιν ἤ τινα ἄλλην δημιουργίαν ἢ πόλει διακονίαν, κυρίους

quando vel ferocius est vel mitius, et ex quibus causis tale fiat; voces item, quas in singulis quisque solet exprimere; quibus praeterea vocibus aliorum irritatur id animal vel placatur: postquam vero ob diuturnam consuetudinem percepit singula, peritiam huiusmodi sapientiam vocet, et tanquam arte quadam collecta ad docendum se conferat, revera ignorans, quae potissimum harum opinionum cupiditatumque honesta vel turpis, bona vel mala, iusta sit vel iniusta: nominet vero singula ad ingentis bestiae illius opinionem, bona videlicet, quibus delectatur ipsa, mala, quibus offenditur: nec aliam prorsus ullam de his afferat rationem, sed quae necessaria sunt iusta nuncupet et honesta, quo vero boni ipsius necessariive natura differat, neque ipse perspexerit unquam neque aliis ostendere possit. Si quis, inquam, ita affectus sit, nonne per Iovem absurdus praeceptor esse tibi videbitur? *Adi.* Mihi vero. *So.* An differre tibi ab hoc ille videtur, qui multorum variorumque hominum in unum convenientium iram et voluptates callere sapientiam esse ducit, sive in pictura sive in musica sive in administrandae rei publicae disciplina? patet enim quod, si quis cum his versetur, eisque ostendat vel poësis vel alterius artis opus vel ad rem publicam attinens ministerium, exhibeatque vulgo iudi-

αὐτοῦ ποιῶν τοὺς πολλοὺς πέρα τῶν ἀναγκαίων, ἡ Διομήδεια λεγομένη ἀνάγκη ποιεῖν αὐτᾷ ταῦτα ἃ ἂν οὗτοι ἐπαινῶσιν· ὡς δὲ καὶ ἀγαθὰ καὶ καλὰ ταῦτα τῇ ἀληθείᾳ, ἦδη ποτέ του ἤκουσας αὐτῶν λόγον διδόντος οὐ καταγέλαστον; Οἶμαι δέ γ', ἦ δ' ὅς, οὐδ' ἀκούσομαι. Ταῦτα τοίνυν πάντα ἐννοήσας ἐκεῖνο ἀναμνήσθητι. αὐτὸ τὸ καλόν, ἀλλὰ μὴ τὰ πολλὰ καλά, ἢ αὐτό τι ἕκαστον καὶ μὴ τὰ πολλὰ ἕκαστα ἕσθ' ὅπως
694 πλῆθος ἀνέξεται ἢ ἡγήσεται εἶναι; Ἥκιστά γ', ἔφη. Φιλόσοφον μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, πλῆθος ἀδύνατον εἶ- 10
ναι; Ἀδύνατον. Καὶ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἄρα ἀνάγκη ψέγεσθαι ὑπ' αὐτῶν; Ἀνάγκη. Καὶ ὑπὸ τούτων δὴ τῶν ἰδιωτῶν, ὅσοι προσομιλοῦντες ὄχλῳ ἀρέσκειν αὐτῷ ἐπιθυμοῦσιν. Δῆλον. Ἐκ δὴ τούτων τίνα ὁρᾷς σωτηρίαν φιλοσόφῳ φύσει, ὥστ' ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι μείνασαν πρὸς τέλος ἐλθεῖν; ἐννόει δ' ἐκ τῶν ἔμπροσθεν. ὡμολόγηται γὰρ δὴ ἡμῖν εὐμάθεια καὶ μνήμη καὶ ἀνδρία καὶ μεγαλοπρέπεια ταύτης εἶναι τῆς φύσεως. Ναί. Οὐκοῦν εὐθὺς ἐν πᾶσιν ὁ τοιοῦτος πρῶτος ἔσαι ἐν ἅπασιν, ἄλλως τε καὶ ἐὰν τὸ σῶ- 20
μα φυῇ προσφερὴς τῇ ψυχῇ; Τί δ' οὐ μέλλει; ἔφη.

candi operis auctoritatem ultra necessaria, Diomedea, ut aiunt, necessitate cogetur ea facere, quae isti probaverint. quod vero bona haec revera atque honesta sint, an audisti quandoque ipsorum aliquem rationem verisimilem assignantem? *Adi.* Nec audivi quidem unquam, nec, ut arbitror, audiam. *So.* Haec intuitus omnia, recordare et illud: Num potest vulgus vel alio dicente admittere vel ex se attingere ipsum per se pulchrum, non autem multa haec pulchra? et de ceteris eodem modo, non quidem esse singula haec, quae patent multa, sed ipsam unam cuiusque naturam? *Adi.* Minime. *So.* Philosophus ergo vulgus esse non potest? *Adi.* Non. *So.* Quin etiam necesse est ab eo philosophantes vituperari? *Adi.* Necesse. *So.* Et a quibusque populo placere volentibus. *Adi.* Patet. *So.* Ex his ergo quam rationem servandi ingenii philosophici vides, ut suo in studio perseverans ad finem philosophandi deveniat? Sic autem ex his, quae dicta sunt, cogita. concessum est discendi acumen, memoriam, fortitudinem, magnificentiam ad hoc ingenium pertinere. *Adi.* Plane. *So.* Nonne statim apud omnes talis in cunctis primus erit, praesertim si corpus natura nactus sit animo conforme? *Adi.* Nihil prohibet. *So.* Volent

Βουλήσονται δή, οἶμαι, αὐτῷ χρῆσθαι, ἐπειδὰν πρεσβύτερος γίγνηται, ἐπὶ τὰ αὑτῶν πράγματα οἵ τε οἰκεῖοι καὶ οἱ πολῖται. Πῶς δ' οὔ; Ὑποκείσονται ἄρα δεόμενοι καὶ τιμῶντες, προκαταλαμβάνοντες καὶ προκολακεύοντες τὴν μέλλουσαν αὐτοῦ δύναμιν. Φιλεῖ γοῦν, ἔφη, οὕτω γίγνεσθαι. Τί οὖν οἴει, ἦν δ' ἐγώ, τὸν τοιοῦτον ἐν τοῖς τοιούτοις ποιήσειν, ἄλλως τε καὶ ἐὰν τύχῃ μεγάλης πόλεως ὢν καὶ ἐν ταύτῃ πλούσιός τε καὶ γενναῖος, καὶ ἔτι εὐειδὴς καὶ μέγας; ἆρ' οὐ πληρωθήσεσθαι ἀμηχάνου ἐλπίδος, ἡγούμενον καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων καὶ τὰ τῶν βαρβάρων ἱκανὸν ἔσεσθαι πράττειν; καὶ ἐπὶ τούτοις ὑψηλὸν ἐξαίρειν αὐτόν, σχηματισμοῦ καὶ φρονήματος κενοῦ ἄνευ νοῦ ἐμπιπλάμενον; Καὶ μάλ', ἔφη. Τῷ δὴ οὕτω διατιθεμένῳ ἐάν τις ἠρέμα προσελθὼν ταληθῆ λέγῃ, ὅτι νοῦς οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ, δεῖται δέ, τὸ δὲ οὐ κτητὸν μὴ δουλεύσαντι τῇ κτήσει αὐτοῦ, ἆρ' εὐπετὲς οἴει εἶναι εἰσακοῦσαι διὰ τοσούτων κακῶν; Πολλοῦ γε δεῖ, ἦ δ' ὅς. Ἐὰν δ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, διὰ τὸ εὖ πεφυκέναι καὶ τὰ ξυγγενὲς τῶν λόγων εἰς αἰσθάνηταί τέ πῃ καὶ κάμπτηται καὶ ἕλκηται πρὸς φιλοσοφίαν, τί οἰόμεθα δράσειν ἐκείνους τοὺς ἡγουμένους ἀπολλύναι αὐτοῦ τὴν

igitur et domestici omnes et cives ad sua negotia peragenda hoc uti, cum adoleverit. *Adi.* Sic certe. *So.* Quare precibus, supplicationibus, honoribus, blandimentis praeoccupabunt futuram ipsius virtutem atque potentiam. *Adi.* Ita fieri solet. *So.* Quid hominem talem arbitraris tunc effecturum? praesertim si ampla in civitate natus sit, et in ea divitiis insignis ac genere, honesta praeterea indole sit atque procerus. nonne immensa spe elatum iri hunc censes, putantem se ad res tam Graecorum quam Barbarorum gerendas sufficere? unde et se ipsum extollere, fastidioso habitu lascivientem, inanique fastu et insana inflatum superbia? *Adi.* Vehementer. *So.* Si quis hominem sic affectum amice moneat, dicens mentem ipsum nequaquam habere, egere tamen: sed eam a nullo comparari posse, nisi se illius adeptioni subiiciat: an facile illum, tantis occupatum malis, praestare monenti aures putas? *Adi.* Longe abest. *So.* Sin autem bonitate naturae et innato quodam erga rationes affectu inductus aliquis auscultet flectaturque et ad philosophiam trahatur, quid eos facturos existimamus, qui putant monitoris illius usu et consuetudine adolescentem

χρείαν τε καὶ ἑταιρείαν; οὐ πᾶν μὲν ἔργον, πᾶν δ' ἔπος λέγοντάς τε καὶ πράττοντας καὶ περὶ αὐτόν, ὅπως ἂν μὴ πεισθῇ, καὶ περὶ τὸν πείθοντα, ὅπως ἂν μὴ οἷός τ' ᾖ, καὶ ἰδίᾳ ἐπιβουλεύοντας καὶ δημοσίᾳ εἰς
495 ἀγῶνας καθιστάντας; Πολλή, ἦ δ' ὅς, ἀνάγκη. Ἔξιν οὖν ὅπως ὁ τοιοῦτος φιλοσοφήσει; Οὐ πάνυ. Ὁρᾷς οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι οὐ κακῶς ἐλέγομεν ὡς ἄρα καὶ αὐτὰ τὰ τῆς φιλοσόφου φύσεως μέρη, ὅταν ἐν κακῇ τροφῇ γένηται, αἴτια τρόπον τινὰ τοῦ ἐκπεσεῖν ἐκ τοῦ ἐπιτηδεύματος; καὶ τὰ λεγόμενα ἀγαθά, πλοῦτοί τε καὶ 10
πᾶσα ἡ τοιαύτη παρασκευή; Οὐ γάρ, ἀλλ' ὀρθῶς, ἔφη, ἐλέχθη. Οὗτος δή, εἶπον, ὦ φαυμάσιε, ὄλεθρός τε καὶ διαφθορὰ τοσαύτη τε καὶ τοιαύτη τῆς βελτίστης φύσεως εἰς τὸ ἄριστον ἐπιτήδευμα, ὀλίγης καὶ ἄλλως γιγνομένης, ὡς ἡμεῖς φαμέν, καὶ ἐκ τούτων δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ οἱ τὰ μέγιστα κακὰ ἐργαζόμενοι τὰς πόλεις γίγνονται καὶ τοὺς ἰδιώτας, καὶ οἱ ταγαθά, οἳ ἂν ταύτῃ τύχωσι ῥυέντες· σμικρὰ δὲ φύσις οὐδὲν μέγα οὐδέποτε οὐδένα οὔτε ἰδιώτην οὔτε πόλιν δρᾷ. Ἀληθέστατα, ἦ δ' ὅς. Οὗτοι μὲν δὴ οὕτως ἐκπίπτοντες, οἷς 20
μάλιστα προσήκει, ἔρημον καὶ ἀτελῆ φιλοσοφίαν λείποντες, αὐτοί τε βίον οὐ προσήκοντα οὐδ' ἀληθῆ ζῶσι·

corrumpi? nonne et loquendo et agendo omni studio certaturos, ut nec adolescens monitis pareat nec exhortator ille aliquid persuadeat, cum tam privatis insidiis quam publicis accusationibus insequentes? *Adi.* Valde necessarium est. *So.* Restabit ergo huic ulla ad philosophandum facultas? *Adi.* Exigua plane. *So.* Videsne haud ab re nos supra dixisse philosophicae naturae partes, si perversa adhibita sit educatio, causas esse quodammodo, ut quis ab eo studio avertatur? quin etiam impedimento esse ea, quae vulgo bona putantur, divitias scilicet et omnem huiusmodi supellectilem? *Adi.* Recte nimirum est dictum. *So.* Hic est, o mirifice vir, interitus et corruptio talis ac tanta naturae ipsius ad excellens officium optimae, quae quidem rara admodum, ut diximus, reperitur: atque huius ingenii sunt hi viri, qui nefaria scelera patrant et privatim et publice, atque item qui sunt et privatis et civitatibus bonorum ingentium auctores. exile vero ingenium nihil unquam vel privatim vel publice magnum efficit. *Adi.* Vera nimirum loqueris. *So.* Cum plerique ad philosophandum natura idonei ab hoc studio detorquentur, philosophiamque imperfectam et desolatam destituunt, vitam neque decentem neque

τὴν δέ, ὡς περ ὀρφανὴν ξυγγενῶν, ἄλλοι ἐπεισελθόντες ἀνάξιοι ἤσχυνάν τε καὶ ὀνείδη περιῆψαν, οἷα καὶ σὺ φῂς ὀνειδίζειν τοὺς ὀνειδίζοντας ὡς οἱ ξυνόντες αὐτῇ οἱ μὲν οὐδενός, οἱ δὲ πολλοὶ πολλῶν κακῶν ἄξιοί εἰσιν. Καὶ γὰρ οὖν, ἔφη, τά γε λεγόμενα ταῦτα. Εἰκότως γ', ἦν δ' ἐγώ, λεγόμενα. καθορῶντες γὰρ αὖ ἄλλοι ἀνθρωπίσκοι κενὴν τὴν χώραν ταύτην γιγνομένην, καλῶν δὲ ὀνομάτων καὶ προσχημάτων μεστήν, ὡς περ οἱ ἐκ τῶν εἱργμῶν εἰς τὰ ἱερὰ ἀποδιδράσκοντες, ἄσμενοι καὶ οὗτοι ἐκ τῶν τεχνῶν ἐκπηδῶσιν εἰς τὴν φιλοσοφίαν, οἳ ἂν κομψότατοι ὄντες τυγχάνωσι περὶ τὸ αὑτῶν ἀεὶ τεχνίον. ὅμως γὰρ δὴ πρός γε τὰς ἄλλας τέχνας καί περ οὕτω πραττούσης φιλοσοφίας τὸ ἀξίωμα μεγαλοπρεπέστερον λείπεται, οὗ δὴ ἐφιέμενοι πολλοὶ ἀτελεῖς μὲν τὰς φύσεις, ὑπὸ δὲ τῶν τεχνῶν τε καὶ δημιουργιῶν ὥς περ τὰ σώματα λελώβηνται, οὕτω καὶ τὰς ψυχὰς ξυγκεκλασμένοι τε καὶ ἀποτεθρυμμένοι διὰ τὰς βαναυσίας τυγχάνουσιν. ἢ οὐκ ἀνάγκη; Καὶ μάλα, ἔφη. Δοκεῖς οὖν τι, ἦν δ' ἐγώ, διαφέρειν αὐτοὺς ἰδεῖν ἀργύριον κτησαμένου χαλκέως φαλακροῦ καὶ σμικροῦ, νεωστὶ μὲν ἐκ δεσμῶν λελυμένου, ἐν βαλανείῳ δὲ λελουμένου, νεουργὸν ἱμάτιον

veram ducunt: philosophiam vero, tanquam cognatis orbatam, alii quidam ea certe indigni aggredientes dedecorant ipsam nimium, eaque afficiunt infamia, qua notari ipsam a detractoribus illis commemorabas, obiicientibus quod eorum, qui philosophiae dant operam, nonnulli parvi faciendi sunt, multi vero nequissimi. *Adi.* Dicta certe haec sunt. *So.* Ac merito dicta. Conspicientes profecto alii plerique homunculi sedem hanc vacuam quidem, praeclaris tamen cognomentis dignitateque illustrem, instar eorum qui ex carcere ad templa confugiunt, libenter ex artibus ad philosophiam prosiliunt, quicunque praesertim in artiuncula sua excellunt. nempe philosophia, quanquam ita se habet, artibus tamen ceteris dignitate et magnificentia praestat: quam affectant plerique, natura quidem imperfecti, et artibus opificiisque sicuti corpora laesi, sic et animos mechanicis ministeriis depressi atque confracti. an non necessarium est? *Adi.* Maxime. *So.* An censes eos aspectu quicquam differre a fabro aerario parvo calvoque, qui nuper accepta pecunia e vinculis exiit, balneisque se lavit, et

ὄγκοντος, ὡς νυμφίου παρεσκευασμένου, διὰ πενίαν καὶ ἐρημίαν τοῦ δεσπότου τὴν θυγατέρα μέλλοντος γα-
496 μεῖν; Οὐ πάνυ, ἔφη, διαφέρει. Ποῖ ἄττα οὖν εἰκὸς γεννᾶν τοὺς τοιούτους; οὐ νόθα καὶ φαῦλα; Πολλὴ ἀνάγκη. Τί δέ; τοὺς ἀναξίους παιδεύσεως, ὅταν αὐτῇ πλησιάζοντες ὁμιλῶσι μὴ κατ' ἀξίαν, ποῖ' ἄττα φῶμεν γεννᾶν διανοήματά τε καὶ δόξας; ἆρ' οὐχ ὡς ἀληθῶς προσήκοντα ἀκοῦσαι σοφίσματα, καὶ οὐδὲν γνήσιον οὐδὲ φρονήσεως ἄξιον ἀληθινῆς ἐχόμενον; Παντελῶς μὲν οὖν, ἔφη. Πάνσμικρον δή τι, ἦν δ' ἐγώ, 10
ὦ Ἀδείμαντε, λείπεται τῶν κατ' ἀξίαν ὁμιλούντων φιλοσοφίᾳ, ἢ που ὑπὸ φυγῆς καταληφθὲν γενναῖον καὶ εὖ τεθραμμένον ἦθος, ἀπορίᾳ τῶν διαφθερούντων κατὰ φύσιν μεῖναν ἐπ' αὐτῇ, ἢ ἐν σμικρᾷ πόλει ὅταν μεγάλη ψυχὴ φυῇ καὶ ἀτιμάσασα τὰ τῇδε πόλεως ὑπερίδῃ· βραχὺ δέ που τι καὶ ἀπ' ἄλλης τέχνης δικαίως ἀτιμάσαν εὐφυὲς ἐπ' αὐτὴν ἂν ἔλθοι. εἴη δ' ἂν καὶ ὁ τοῦ ἡμετέρου ἑταίρου Θεάγους χαλινὸς οἷος κατασχεῖν· καὶ γὰρ Θεάγει τὰ μὲν ἄλλα πάντα παρεσκεύασαι πρὸς τὸ ἐκπεσεῖν φιλοσοφίας, ἡ δὲ τοῦ σώματος 20
νοσοτροφία ἀπείργουσα αὐτὸν τῶν πολιτικῶν κατέχει. τὸ

nova se veste tanquam sponsum ornavit, et filiam domini sui inopia pressi, nec alium cui daret habentis, in matrimonium sibi conjunxit? *Adi.* Haud longe differre existimo. *So.* Qualem ex his prolem nasci putandum est? nonne notham scilicet et abiectam? *Adi.* Necesse est omnino. *So.* Homines autem disciplina indignos, quotiens ipsi praeter dignitatem adhaerent, qualcs cogitationes opinionesque producere dicimus? nonne, ut nominare decet, sophismata? nihilque legitimum, nihil dignum, nihil prudentiae verae conveniens? *Adi.* Sic omnino dicendum. *So.* Itaque pauci admodum restant homines, Adimante, qui digne cum philosophia versentur: hique sunt, qui bona indole nati ac bene enutriti otium ad philosophiam exilio nanciscuntur, unde philosophiae adversis occupationibus liberi natura duce suis in studiis perseverant: aut cum magnificus quidam animus, angusta in urbe natus, spretis rei publicae ipsius muneribus, ac multo magis contemptis reliquarum artium opificiis, pro naturae dotibus ad philosophandum se confert. Foret etiam familiaris nostri Theagis frenum ad cohibendum satis validum. Theagi enim nostro omnia in eo statu fuerant, ut a philosophia decideret: corporis vero debilitas ipsum a

δ' ἡμέτερον οὐκ ἄξιον λέγειν, τὸ δαιμόνιον σημεῖον· ἦ γάρ πού τινι ἄλλῳ ἢ οὐδενὶ τῶν ἔμπροσθεν γέγονε. καὶ τούτων δὴ τῶν ὀλίγων οἱ γευόμενοι καὶ γευσάμενοι ὡς ἡδὺ καὶ μακάριον τὸ κτῆμα, καὶ τῶν πολλῶν αὖ ἱκανῶς ἰδόντες τὴν μανίαν, καὶ ὅτι οὐδεὶς οὐδὲν ὑγιὲς ὡς ἔπος εἰπεῖν περὶ τὰ τῶν πόλεων πράττει, οὐδ' ἔστι ξύμμαχος μεθ' ὅτου τις ἰὼν ἐπὶ τὴν τῶν δικαίων βοήθειαν σώζοιτ' ἄν, ἀλλ' ὡς περ εἰς θηρία ἄνθρωπος ἐμπεσών, οὔτε ξυναδικεῖν ἐθέλων οὔτε ἱκανὸς ὢν εἷς πᾶσιν ἀγρίοις ἀντέχειν, πρίν τι τὴν πόλιν ἢ φίλους ὀνῆσαι προαπολόμενος ἀνωφελὴς αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν γένοιτο, — ταῦτα πάντα λογισμῷ λαβὼν ἡσυχίαν ἔχων καὶ τὰ αὑτοῦ πράττων, οἷον ἐν χειμῶνι κονιορτοῦ καὶ ζάλης ὑπὸ πνεύματος φερομένου ὑπὸ τειχίον ἀποσάς, ὁρῶν τοὺς ἄλλους καταπιμπλαμένους ἀνομίας, ἀγαπᾷ εἴ πῃ αὐτὸς καθαρὸς ἀδικίας τε καὶ ἀνοσίων ἔργων τόν τε ἐνθάδε βίον βιώσεται καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτοῦ μετὰ καλῆς ἐλπίδος ἵλεώς τε καὶ εὐμενὴς ἀπαλλάξεται. Ἀλλά τοι, ἦ δ' ὅς, οὐ τὰ ἐλάχιστα ἂν διαπραξάμενος ἀπαλλάττοιτο. Οὐδέ γε, εἶπον, τὰ μέγιστα, μὴ τυχὼν πολιτείας προσηκούσης· ἐν γὰρ προσηκούσῃ αὐτὸς

rebus civilibus prohibet. Daemonis autem nostri signum referre nunc non decet. vel enim cuidam alteri duntaxat, vel nulli superiorum contigit. Horum vero paucorum quicunque gustant, quam dulcis haec sit ac beata possessio, et insaniam plurimorum vident: quia videlicet nullus, ut breviter ita simpliciterque dicam, recte quicquam in rebus publicis agat, neque socius aliquis et adiutor reperiatur, quicum defendendae iustitiae curam suscipiens aliquis sospes evadat: sed tanquam homo in bestias incidens, cum nec una iniuste agere velit nec solus ipse omnibus feris possit resistere, ante pereat quam quicquam vel civtiatem vel amicos iuvet, atque ita et sibi et aliis sit inutilis, haec, inquam, omnia quicunque diligenter animadvertunt, quietem agunt et sua duntaxat curant: ac velut in procella, dum et turbo agitatur et venti perflant et offunditur pulvere coelum, intra parietes tuti permanent, aliosque intuiti nequitia involutos, satis habituros se putant, si puri ipsi ab iniustitia et iniquis facinoribus vixerint, et exactis vitae curriculis bona cum spe hilares piique decesserint. *Adi.* Haud parva certe is egerit, qui ita vitam transiget. *So.* Neque maxima tamen, si nactus non fuerit convenientem sibi rem publicam, nempe in ea et ipse proficiet emicabitque magis, et privata

τε μᾶλλον αὐξήσεται καὶ μετὰ τῶν ἰδίων τὰ κοινὰ σώσει.

Τὸ μὲν οὖν τῆς φιλοσοφίας ὧν ἕνεκα διαβολὴν εἴληφε καὶ ὅτι οὐ δικαίως, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ μετρίως εἰρῆσθαι. εἰ μὴ ἔτ' ἄλλο λέγεις τι σύ. Ἀλλ' οὐδέν, ἦ δ' ὅς, ἔτι λέγω περὶ τούτου· ἀλλὰ τὴν προσήκουσαν αὐτῇ τίνα τῶν νῦν λέγεις πολιτειῶν; Οὐδ' ἡντινα-οῦν, εἶπον, ἀλλὰ τοῦτο καὶ ἐπαιτιῶμαι, μηδεμίαν ἀξίαν εἶναι τῶν νῦν κατάζασιν πόλεως φιλοσόφου φύσεως· διὸ καὶ στρέφεσθαί τε καὶ ἀλλοιοῦσθαι αὐτήν, ὥς περ ξενικὸν σπέρμα ἐν γῇ ἄλλῃ σπειρόμενον ἐξίτηλον εἰς τὸ ἐπιχώριον φιλεῖ κρατούμενον ἰέναι, οὕτω καὶ τοῦτο τὸ γένος νῦν μὲν οὐκ ἴσχειν τὴν αὑτοῦ δύναμιν ἀλλ' εἰς ἀλλότριον εἶδος ἐκπίπτειν· εἰ δὲ λήψεται τὴν ἀρίστην πολιτείαν, ὥς περ καὶ αὐτὸ ἄριστόν ἐστι, τότε δηλώσει ὅτι τοῦτο μὲν τῷ ὄντι θεῖον ἦν, τὰ δὲ ἄλλα ἀνθρώπινα, τά τε τῶν φύσεων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων. δῆλος δὴ οὖν εἶ ὅτι μετὰ τοῦτο ἐρήσει τίς αὕτη ἡ πολιτεία. Οὐκ ἔγνως, ἔφη· οὐ γὰρ τοῦτο ἔμελλον, ἀλλ' εἰ αὕτη ἣν ἡμεῖς διεληλύθαμεν οἰκίζοντες τὴν πόλιν ἢ ἄλλη. Τὰ μὲν ἄλλα, ἦν δ' ἐγώ, αὕτη· τοῦτο

simul publicaque servabit. Hactenus, quam ob causam philosophia calumniam subiit, quodve iniusta ea calumnia sit, satis dictum arbitror: nisi aliud ipse forsan adieceris, *Adi.* Nihil ad haec ego praeterea dicerem. sed earum, quae nunc exstant, rerum publicarum quam potissimum philosophis convenire putas? *So.* Nullam prorsus: atque iccirco conqueror, quia nullam video ex his, quae nunc exstant, rerum publicarum institutionem ingenio philosophi dignam. quamobrem mutari hanc naturam ac verti necesse est. utque peregrinum semen in alienum solum iactum debilitatur, ac degenerans ad indigenam vertitur loci seminisque naturam, ita et hoc genus, propria nunc amissa virtute, in alienam speciem permutatur. sin autem optimam rem publicam nanciscatur, sicut et ipsum est optimum, tunc demum divinum quiddam se esse, reliqua vero humana omnia, tam ingenia quam studia, declarabit. videris autem mihi statim, quaenam ista res publica sit, quaesiturus. *Adi.* Haud recte praesagisti. non enim hoc abs te desiderabam: sed nunquid haec ipsa sit, quam in condenda civitate induximus, an alia? *So.* Quoad alia quidem haec ipsa. hoc autem tunc etiam

δὲ αὐτὸ ἐῤῥήθη μὲν καὶ τότε, ὅτι δεήσοι τι ἀεὶ ἐνεῖναι ἐν τῇ πόλει λόγον ἔχον τῆς πολιτείας τὸν αὐτὸν ὃν περ καὶ σὺ ὁ νομοθέτης ἔχων τοὺς νόμους ἐτίθεις. Ἐῤῥήθη γάρ, ἔφη. Ἀλλ' οὐχ ἱκανῶς, εἶπον, ἐδηλώθη, φόβῳ ὧν ὑμεῖς ἀντιλαμβανόμενοι δεδηλώκατε μακρὰν καὶ χαλεπὴν αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν, ἐπεὶ καὶ τὸ λοιπὸν οὐ πάντως ῥᾷδιον διελθεῖν. Τὸ ποῖον; Τίνα τρόπον μεταχειριζομένη πόλις φιλοσοφίαν οὐ διολεῖται, τὰ γὰρ δὴ μεγάλα πάντα ἐπισφαλῆ, καὶ τὸ λεγόμενον τὰ καλὰ τῷ ὄντι χαλεπά. Ἀλλ' ὅμως, ἔφη, λαβέτω τέλος ἡ ἀπόδειξις τούτου φανεροῦ γενομένου. Οὐ τὸ μὴ βούλεσθαι, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλ' εἴ περ, τὸ μὴ δύνασθαι διακωλύσει· παρὼν δὲ τήν γ' ἐμὴν προθυμίαν εἴσει. σκόπει δὲ καὶ νῦν ὡς προθύμως καὶ παρακινδυνευτικῶς μέλλω λέγειν, ὅτι τοὐναντίον ἢ νῦν δεῖ τοῦ ἐπιτηδεύματος τούτου πόλιν ἅπτεσθαι. Πῶς; Νῦν μέν, ἦν δ' ἐγώ, οἱ καὶ ἁπτόμενοι μειράκια ὄντα ἄρτι ἐκ παίδων τὸ μεταξὺ οἰκονομίας καὶ χρηματισμοῦ πλησιάσαντες αὐτοῦ τῷ χαλεπωτάτῳ ἀπαλλάττονται, οἱ φιλοσοφώτατοι ποιούμενοι — λέγω δὲ χαλεπώτατον τὸ περὶ τοὺς λόγους — ἐν δὲ τῷ ἔπειτα, ἐὰν καὶ ἄλλων 498

dictum est, oportere aliquid inesse semper in civitate, quod rationem rei publicae eandem habeat, quam et tu legislator habebas, dum leges conderes. *Adi.* Dictum plane. *So.* Non satis tamen explicatum, quippe nos oratio vestra deterruit, obiiciens prolixam hanc et arduam demonstrationem fore, nam quod sequitur, haud dictu facile est omnino. *Adi.* Quid istud? *So.* Qua potissimum ratione civitas philosophiam suscipere debeat, adeo ut non perdatur. nam magna quaelibet fallacia esse solent, et ut vere proverbio fertur, praeclara difficilia sunt. *Adi.* Verumtamen cum istud inter nos constet, finem iam accipiat demonstratio. *So.* Potestas forte deerit mihi, voluntas certe nunquam. tu vero praesens studium meum intelliges. Adverte age et nunc, quam prompte et intrepide sim dicturus, quod, contra ac nunc fit, civitatem oporteat studium hoc attingere. *Adi.* Quonam pacto? *So.* Porro nunc, cum adolescentuli statim a teneris annis inter rei familiaris quaestuariaeque negotia difficillimam huius studii partem aggrediantur, paulo post discedunt: etiam qui sapientiae apprime studiosi fore existimantur, difficillimam vero partem inquam disserendi peritiam, de-

τοῦτο πραττόντων παρακαλούμενοι ἐθέλωσιν ἀκροαταὶ γίγνεσθαι, μεγάλα ἡγοῦνται, πάρεργον οἰόμενοι αὐτὸ δεῖν πράττειν· πρὸς δὲ τὸ γῆρας, ἐκτὸς δή τινων ὀλίγων, ἀποσβέννυνται πολὺ μᾶλλον τοῦ Ἡρακλειτείου ἡλίου, ὅσον αὖθις οὐκ ἐξάπτοντκι. Δεῖ δὲ πῶς; ἔφη. Πᾶν τοὐναντίον μειράκια μὲν ὄντα καὶ παῖδας μειρακιώδη παιδείαν καὶ φιλοσοφίαν μεταχειρίζεσθαι, τῶν τε σωμάτων, ἐν ᾧ βλαστάνει τε καὶ ἀδροῦται, εὖ μάλα ἐπιμελεῖσθαι, ὑπηρεσίαν φιλοσοφίᾳ πτωμένους· προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἐν ᾗ ἡ ψυχὴ τελεοῦσθαι ἄρχεται, ἐπιτείνειν τὰ ἐκείνης γυμνάσια· ὅταν δὲ λήγῃ μὲν ἡ ῥώμη, πολιτικῶν δὲ καὶ στρατειῶν ἐκτὸς γίγνηται, τότε ἤδη ἀφέτους νέμεσθαι καὶ μηδὲν ἄλλο πράττειν, ὅ τι μὴ πάρεργον, τοὺς μέλλοντας εὐδαιμόνως βιώσεσθαι καὶ τελευτήσαντας τῷ βίῳ τῷ βεβιωμένῳ τὴν ἐκεῖ μοῖραν ἐπιζήσειν πρέπουσαν. Ὡς ἀληθῶς μοι δοκεῖς, ἔφη, λέγειν γε προθύμως, ὦ Σώκρατες· οἶμαι μέντοι τοὺς πολλοὺς τῶν ἀκουόντων προθυμότερον ἔτι ἀντιτείνειν οὐδ' ὁπωστιοῦν πεισομένους, ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξαμένους. Μὴ διάβαλλε, ἦν δ' ἐγώ, ἐμὲ καὶ Θρασύμαχον ἄρτι φίλους γεγονότας, οὐδὲ πρὸ τοῦ ἐχ-

inde vero, si ab aliis id agentibus provocati auditores fieri patiantur, magnum quid cogitant, nec sedulo incumbendum his opinantur. in senectute vero, exceptis paucis, multo magis quam sol Heraclitius exstinguuntur, cum nunquam iterum accendantur. *Adi.* Quid ergo agendum? *So.* Contra omnino. nam adulescentulos ac pueros iuuenilem disciplinam philosophiamque tractare convenit, corporumque, quatenus adolescant firmenturque ad philosophiae ministerium, curam agere: procedente vero aetate, in qua anima iam perficitur, exercitationes suas augere. cum autem vires ex vetustate defecerint, tunc a civilibus militaribusque laboribus liberi tanquam emeriti et immunes ad votum vivant, nulloque certo officio sint astricti, quicunque feliciter victuri sunt, et post migrationem animae sortem suscepturi anteactae vitae convenientem. *Adi.* Prompte admodum revera loqui mihi videris, o Socrates. arbitror autem plurimos, cum haec audiverint, promptius quoque repugnaturos, abs te minime persuasos; et in primis Thrasymachum id acturum existimo. *So.* Ne mutuae inter me et Thrasymachum benevolentiae insidieris. nam nuper amici effecti sumus,

θρους ὄντας. πείρας γὰρ οὐδὲν ἀνήσομεν, ἕως ἂν ἢ πείσωμεν καὶ τοῦτον καὶ τοὺς ἄλλους ἢ προὔργου τι ποιήσωμεν εἰς ἐκεῖνον τὸν βίον, ὅταν αὖθις γενόμενοι τοῖς τοιούτοις ἐντύχωσι λόγοις. Εἰς σμικρόν γ', ἔφη, χρόνον εἴρηκας. Εἰς οὐδὲν μὲν οὖν, ἔφην, ὥς γε πρὸς τὸν ἅπαντα. τὸ μέντοι μὴ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις τοὺς πολλοὺς θαῦμα οὐδέν. οὐ γὰρ πώποτε εἶδον γενόμενον τὸ νῦν λεγόμενον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοιαῦτ' ἄττα ῥήματα ἐξεπίτηδες ἀλλήλοις ὡμοιωμένα ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, ὥς περ νῦν, συμπεσόντα· ἄνδρα δὲ ἀρετῇ παρισωμένον καὶ ὡμοιωμένον μέχρι τοῦ δυνατοῦ τελέως ἔργῳ τε καὶ λόγῳ, δυναστεύοντα ἐν πόλει ἑτέρᾳ τοιαύτῃ, οὐ πώποτε ἑωράκασιν οὔτε ἕνα οὔτε πλείους. ἢ οἴει; Οὐδαμῶς γε. Οὐδέ γε αὖ λόγων, ὦ μακάριε, καλῶν τε καὶ ἐλευθέρων ἱκανῶς ἐπήκοοι γεγόνασιν, οἵων ζητεῖν μὲν τὸ ἀληθὲς ξυντεταμένως ἐκ παντὸς τρόπου τοῦ γνῶναι χάριν, τὰ δὲ κομψά τε καὶ ἐριστικὰ καὶ μηδαμόσε ἄλλοσε τείνοντα ἢ πρὸς δόξαν καὶ ἔριν καὶ ἐν δίκαις καὶ ἐν ἰδίαις συνουσίαις πόῤῥωθεν ἀσπαζομένων. Οὐδὲ τούτων, ἔφη. Τούτων τοι χάριν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ταῦτα προορώμενοι

nec eramus antea inimici. neque vero ante desistemus, quam huic et aliis persuadeamus, vel saltem agamus conferens aliquid ad eam vitam, in quam cum pervenerint, haec dicta reperient. *Adi.* Breve ad tempus dixisti. *So.* Immo vero ad nullum, si ad universum id conferatur. quod autem multi his, quae dicta sunt, fidem non praestent, nihil mirum. nunquam enim, quod modo dictum est, evenisse viderunt, sed talia quaedam verba potius de industria in similitudinem quandam composita, non casu, ut nunc, concurrentia. virum autem, quoad fieri potest, virtute perfectum, ac summopere factis et dictis tali quadam in civitate potentem, nunquam aut unum aut plures intuiti sunt. an putas? *Adi.* Nullo modo. *So.* Neque unquam, o beate, sermonibus aures adhibuerunt honestis ac liberis, quibus obnixe et omni studio noscendi gratia verum inquiritur. haec autem plena versutiis et subornata litigiorum machinamenta, nihil aliud appetentia quam opinionem, inanem gloriam, contentionem tam in iudiciis quam privatis colloquiis, omittuntur. *Adi.* Non certe. *So.* Quamobrem, cum haec ipsi

ἡμεῖς τότε καὶ δεδιότες ὅμως ἐλέγομεν, ὑπὸ τἀλη-
θοῦς ἠναγκασμένοι, ὅτι οὔτε πόλις οὔτε πολιτεία οὐδέ
γ' ἀνὴρ ὁμοίως μή ποτε γένηται τέλεος, πρὶν ἂν τοῖς
φιλοσόφοις τούτοις τοῖς ὀλίγοις καὶ οὐ πονηροῖς ἀχρή-
σοις δὲ νῦν κεκλημένοις ἀνάγκη τις ἐκ τύχης παρα-
βάλῃ, εἴτε βούλονται εἴτε μή, πόλεως ἐπιμεληθῆ-
ναι καὶ τῇ πόλει κατήκοοι γενέσθαι, ἢ τῶν νῦν ἐν
δυναστείαις ἢ βασιλείαις ὄντων υἱέσιν ἢ αὐτοῖς ἔκ
τινος θείας ἐπιπνοίας ἀληθινῆς φιλοσοφίας ἀληθι-
νὸς ἔρως ἐμπέσῃ. τούτων δὲ πότερα γενέσθαι ἢ ἀμ- 10
φότερα ὡς ἄρα ἐξιν ἀδύνατον, ἐγὼ μὲν οὐδένα φη-
μὶ ἔχειν λόγον. οὕτω γὰρ ἂν ἡμεῖς δικαίως κατα-
γελώμεθα, ὡς ἄλλως εὐχαῖς ὅμοια λέγοντες. ἢ οὐχ
οὕτως; *Οὕτως.* Εἰ τοίνυν ἄκροις εἰς φιλοσοφίαν πό-
λεώς τις ἀνάγκη ἐπιμεληθῆναι ἢ γέγονεν ἐν τῷ ἀπεί-
ρῳ τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ ἢ καὶ νῦν ἔξιν ἔν τινι
βαρβαρικῷ τόπῳ, πόῤῥω που ἐκτὸς ὄντι τῆς ἡμετέρας
ἐπόψεως, ἢ καὶ ἔπεσται γενήσεται, περὶ τούτου ἕτοιμοι
τῷ λόγῳ διαμάχεσθαι, ὡς γέγονεν ἡ εἰρημένη πολιτεία
καὶ ἔξι καὶ γενήσεταί γε, ὅταν αὕτη ἡ Μοῦσα πόλεως 20
ἐγκρατὴς γένηται. οὐ γὰρ ἀδύνατος γενέσθαι, οὐδ' ἡ-
μεῖς ἀδύνατα λέγομεν· χαλεπὰ δὲ καὶ παρ' ἡμῶν ὁμο-

praevideremus metueremusque, veritate coacti diximus neque civitatem ullam neque rem publicam neque virum perfectum fore, prinsquam paucis hisce philosophis, qui nec mali nec inutiles sunt, ut vulgo existimantur, necessitas quaedam sorte contigerit ut, seu velint seu nolint, civitatis curam suscipiant, vel a civibus exaudiantur: vel saltem his qui dominantur, aut eorum filiis, divina quadam inspiratione, verae philosophiae verus amor inhaeserit. Quod autem altera horum vel utraque impossibilia sint, demonstrari non posse arbitror. alioquin iure ipsi irrideremur, quasi res pro desiderio effingentes. an non ita? *Adi.* Ita prorsus. *So.* Si quando igitur olim infinito tempore anteacto, viri in philosophia praestantes necessitate impulsi rem publicam gubernarunt vel hisce temporibus regunt barbarica quadam in regione nobis inaccessibili, vel in futurum administrabunt: in hoc certe rerum statu procul dubio asseveramus rem publicam supra descriptam fuisse, esse ac fore, quando civitati haec Musa praesit; fieri certe id potest, neque nos impossibilia fingimus: difficilia tamen haec

λογεῖται. Καὶ ἐμοί, ἔφη, οὕτω δοκεῖ. Τοῖς δὲ πολλοῖς, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι οὐκ αὖ δοκεῖ, ἐρεῖς; Ἴσως, ἔφη. Ὦ μακάριε, ἦν δ' ἐγώ, μὴ πάνυ οὕτω τῶν πολλῶν κατηγόρει, ἀλλοίαν τοι δόξαν ἕξουσιν, ἐὰν αὐτοῖς μὴ φιλονεικῶν ἀλλὰ παραμυθούμενος καὶ ἀπολυόμενος τὴν τῆς φιλομαθείας διαβολὴν ἐνδεικνύῃ· οὓς λέγεις τοὺς φιλοσόφους, καὶ διορίζῃ ὥς περ ἄρτι τήν τε φύσιν αὐτῶν καὶ τὴν ἐπιτήδευσιν, ἵνα μὴ ἡγῶνταί σε λέγειν οὓς αὐτοὶ οἴονται. ἢ καὶ ἐὰν οὕτω θεῶνται, ἀλλοίαν τοι φήσεις αὐτοὺς δόξαν λήψεσθαι καὶ ἄλλα ἀποκρινεῖσθαι; ἢ οἴει τινὰ χαλεπαίνειν τῷ μὴ χαλεπῷ ἢ φθονεῖν τῷ μὴ φθονερῷ ἄφθονόν τε καὶ πρᾷον ὄντα; ἐγὼ μὲν γὰρ σὲ προφθάσας λέγω ὅτι ἐν ὀλίγοις τισὶν ἡγοῦμαι, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ πλήθει χαλεπὴν οὕτω φύσιν γίγνεσθαι. Καὶ ἐγώ, ἀμέλει, ἔφη, ξυνοίομαι. Οὐκοῦν καὶ αὐτὸ τοῦτο ξυνοίει, τοῦ χαλεπῶς πρὸς φιλοσοφίαν τοὺς πολλοὺς διακεῖσθαι ἐκείνους αἰτίους εἶναι τοὺς ἔξωθεν οὐ προσῆκον ἐπεισκεκωμακότας, λοιδορουμένους τε αὐτοῖς καὶ φιλαπεχθημόνως ἔχοντας καὶ ἀεὶ περὶ ἀνθρώπων τοὺς λόγους ποιουμένους, ἥκιστα φιλοσοφίᾳ πρέπον ποιοῦντας; Πολύ γ', ἔφη. Οὐδὲ γάρ που, ὦ Ἀδείμαντε, σχολὴ τῷ

esse a nobis quoque concessa fuerunt. *Adi.* Mihi quoque ita videtur. *So.* Addes forsitan, vulgo id non videri. *Adi.* Forte. *So.* Ne usque adeo vulgus culpes, o vir beate. verum quid eos opinaturos existimas, si non contentionis studio, sed amicis monitis, dissoluta philosophiae adversa calumnia, ostendas, quos potissimum viros appellas philosophos, et ut nuper distinguas et ingenium ipsorum et studium, ne te suspicentur eos dicere, quos ipsi cogitant: vel si ita conceperint, falli eos opinione dixeris nec ad proposita respondere? an censes, inquam, adversus mitem virum irritari aliquem? aut hominem sine invidia et malignitate viro non invido invidere? Equidem pro te respondeo, non in multitudine hominum, sed in paucis admodum adeo immitem inesse naturam. *Adi.* Idem et ipse cogito. *So.* An et hoc cogitas? causam, ob quam multitudo philosophiam iniquo animo fert, eos esse, qui cum inepti ad philosophiam sint, eam professi homines convitiis passim lacessunt, et, quasi inimicitiis delectentur, semper de omnibus obloquuntur, rem agentes philosophiae minime congruam. *Adi.* Omnino. *So.* Neque enim viro illi, o Adimante, qui

γε ὡς ἀληθῶς πρὸς τοῖς οὖσι τὴν διάνοιαν ἔχοντι κάτω βλέπειν εἰς ἀνθρώπων πραγματείας, καὶ μαχόμενον αὐτοῖς φθόνου τε καὶ δυσμενείας ἐμπίπλασθαι, ἀλλ' εἰς τεταγμένα ἄττα καὶ κατὰ ταὐτὰ ἀεὶ ἔχοντα ὁρῶντας καὶ θεωμένους οὔτ' ἀδικοῦντα οὔτ' ἀδικούμενα ὑπ' ἀλλήλων, κόσμῳ δὲ πάντα καὶ κατὰ λόγον ἔχοντα, ταῦτα μιμεῖσθαί τε καὶ ὅτι μάλιστα ἀφομοιοῦσθαι. ἢ οἴει τινὰ μηχανὴν εἶναι, ὅτῳ τις ὁμιλεῖ ἀγάμενος, μὴ μιμεῖσθαι ἐκεῖνο; Ἀδύνατον, ἔφη. Θείῳ δὴ καὶ κοσμίῳ ὃ γε φιλόσοφος ὁμιλῶν κόσμιός τε καὶ θεῖος εἰς τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ γίγνεται· διαβολὴ δ' ἐν πᾶσι πολλή. Παντάπασι μὲν οὖν. Ἂν οὖν τις, εἶπον, αὐτῷ ἀνάγκη γένηται, ἃ ἐκεῖ ὁρᾷ, μελετῆσαι εἰς ἀνθρώπων ἤθη καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ τιθέναι καὶ μὴ μόνον ἑαυτὸν πλάττειν, ἆρα κακὸν δημιουργὸν αὐτὸν οἴει γενήσεσθαι σωφροσύνης τε καὶ δικαιοσύνης καὶ ξυμπάσης τῆς δημοτικῆς ἀρετῆς; Ἥκιστά γε, ἦ δ' ὅς. Ἀλλ' ἐὰν δὴ αἴσθωνται οἱ πολλοὶ ὅτι ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ λέγομεν, χαλεπανοῦσι δὴ τοῖς φιλοσόφοις καὶ ἀπιστήσουσιν ἡμῖν λέγουσιν ὡς οὐκ ἄν ποτε ἄλλως εὐδαιμονήσειε πόλις, εἰ μὴ αὐτὴν διαγρά-

omnem mentis aciem ad ea, quae vere sunt, direxit, otium superest, quo negotia hominum inferiora respiciat, cumque illis pugnans invidiam sibi et malevolentiam conflet: sed ea, quae semper eundem servant ordinem, contemplatur, quae neque inferunt invicem neque patiuntur iniuriam, omnia vero ornate et secundum rationem disposita sunt. atque haec imitatur, seque his quam simillimum reddit. an putas fieri posse, ut illud non imitetur aliquis, cui cum amore admirabundus adhaeret? *Adi.* Nullo modo. *So.* Quare cum philosophus divino atque decoro frequenter adhaereat, divinus ipse atque decorus, quoad homini possibile est, efficitur. calumnia vero in omnibus multa. *Adi.* Sic est omnino. *So.* Si ergo necessitate aliqua inducatur, ut ea, quae illic intuetur, ad mores hominum privatim et publice transferat, neque se tantum, sed et alios formet: nunquid ineptem fabrum temperantiae iustitiaequae et universae popularis virtutis fore ipsum existimas? *Adi.* Minime. *So.* Si sentiat vulgus vera nos de hoc perhibere, an philosophis succensebit, nobisque non credet dicentibus non aliter civitatem fore beatam, quam si

ψειαν οἱ τῷ θείῳ παραδείγματι χρώμενοι ζωγράφοι; Οὐ γαλεπανοῦσιν, ἦ δ' ὅς, ἐάν περ αἴσθωνται. ἀλλὰ δὴ τίνα λέγεις τρόπον τῆς διαγραφῆς; Λαβόντες, ἦν δ' ἐγώ, ὥς περ πίνακα πόλιν τε καὶ ἤθη ἀνθρώπων, πρῶτον μὲν καθαρὰν ποιήσειαν ἄν. ὃ οὐ πάνυ ῥᾴδιον· ἀλλ' οὖν οἶσθ' ὅτι τούτῳ ἂν εὐθὺς τῶν ἄλλων διενέγκοιεν, τῷ μήτε ἰδιώτου μήτε πόλεως ἐθελῆσαι ἂν ἅψασθαι μηδὲ γράφειν νόμους πρὶν ἢ παραλαβεῖν καθαρὰν ἢ αὐτοὶ ποιῆσαι. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη. Οὐκοῦν μετὰ ταῦτα οἴει ὑπογράψασθαι ἂν τὸ σχῆμα τῆς πολιτείας; Τί μήν; Ἔπειτα, οἶμαι, ἀπεργαζόμενοι πυκνὰ ἂν ἑκατέρωσ' ἀποβλέποιεν, πρός τε τὸ φύσει δίκαιον καὶ καλὸν καὶ σῶφρον καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα καὶ πρὸς ἐκεῖνο αὖ τὸ ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἐμποιοῖεν ξυμμιγνύντες τε καὶ κεραννύντες ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων τὸ ἀνθρεικελον, ἀπ' ἐκείνου τεκμαιρόμενοι, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐκάλεσεν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐγγιγνόμενον θεοειδές τε καὶ θεοείκελον. Ὀρθῶς, ἔφη. Καὶ τὸ μὲν ἄν, οἶμαι, ἐξαλείφοιεν, τὸ δὲ πάλιν ἐγγράφοιεν, ἕως ἂν ὅτι μάλιστα ἀνθρώπειον ἦθη εἰς ὅσον ἐνδέχεται θεοφιλῆ ποιήσειαν. Καλλίστη γοῦν ἄν, ἔφη, ἡ γραφὴ

eam, pictores forment qui divino utuntur exemplo? *Adi.* Nequaquam succensebit, si senserit. Verum quem pingendi modum dicis? *So.* Cum pictores hi civitatem et mores hominum, quasi tabulam quandam, acceperint, in primis eam purgabunt: quod nequaquam facile est. An nescis hoc praecipue ab aliis philosophos discrepare, quod neque privatum neque civitatem tangere, neque leges condere tentant, antequam vel haec purgata susceperint vel ipsi purgaverint? *Adi.* Et recte quidem. *So.* An non describere eos post haec putas rei publicae formam? *Adi.* Quidni? *So.* Deinde agentes haec, ut arbitror, ad utraque frequenter respicient, ad illud scilicet, quod natura iustum, honestum et temperatum exsistit, ceteraque huiusmodi, atque iterum ad humana: et ad superioris illius exemplar humana disponent, ex hominum officiis naturam humanam contemperantes ad figuram eius, quod Homerus, quando in hominibus fit, Dei speciem et imaginem appellavit. *Adi.* Scite. *So.* Partim ergo delebunt philosophi, partim etiam colorabunt, quousque humanos mores, quam maxime fieri potest, Deo in amore coniunxerint. *Adi.* Pulcherrima nimirum haec est pictura. *So.* An persuadamus

γένοιτο. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, πείθομέν πῃ ἐκείνους, οὓς διατεταμένους ἐφ' ἡμᾶς ἔφησθα ἰέναι, ὡς τοιοῦτός ἐσι πολιτειῶν ζωγράφος ὃν τότ' ἐπῃνοῦμεν πρὸς αὐτούς, δι' ὃν ἐκεῖνοι ἐχαλέπαινον ὅτι τὰς πόλεις αὐτῷ παρεδίδομεν, καὶ ἔτι μᾶλλον αὐτὸ νῦν ἀκούοντες πραΰνονται; Καὶ πολύ γε, ἦ δ' ὅς, εἰ σωφρονοῦσιν. Πῇ γὰρ δὴ ἔξουσιν ἀμφισβητῆσαι; πότερον μὴ τοῦ ὄντος τε καὶ ἀληθείας ἐραστὰς εἶναι τοὺς φιλοσόφους; Ἄτοπον μέντ' ἄν, ἔφη, εἴη. Ἀλλὰ μὴ τὴν φύσιν αὐτῶν οἰκείαν εἶναι τοῦ ἀρίστου, ἣν ἡμεῖς διήλθομεν; Οὐδὲ τοῦτο. Τί δέ; τὴν τοιαύτην τυχοῦσαν τῶν προσηκόντων ἐπιτηδευμάτων οὐκ ἀγαθὴν τελέως ἔσεσθαι καὶ φιλόσοφον, εἴ πέρ τινα ἄλλην; ἢ ἐκείνους φήσειν μᾶλλον, οὓς ἡμεῖς ἀφωρίσαμεν; Οὐ δή που. Ἔτι οὖν ἀγριανοῦσι λεγόντων ἡμῶν ὅτι, πρὶν ἂν πόλεως τὸ φιλόσοφον γένος ἐγκρατὲς γένηται, σύτε πόλει σύτε πολίταις κακῶν παῦλα ἔσαι, οὐδὲ ἡ πολιτεία ἣν μυθολογοῦμεν λόγῳ ἔργῳ τέλος λήψεται; Ἴσως, ἔφη, ἧττον. Βούλει οὖν, ἦν δ' ἐγώ, μὴ ἧττον φῶμεν αὐτοὺς ἀλλὰ παντάπασι πράους γεγονέναι καὶ πεπεῖσθαι, 502 ἵνα εἰ μή τι ἄλλο αἰσχυνθέντες ὁμολογήσωσιν; Πά-

illis, quos invehi in nos dicebas, talem esse rerum publicarum pictorem eum virum, quem supra apud eos laudavimus, illi que indignati sunt, quod huic civitatem gubernandam committeremus: nunc vero aequiori animo hoc audiunt? *Adi.* Et maxime quidem, si sapiunt. *So.* Qua nunc in parte nobis adversabuntur? utrum eorum, quae vere sunt, veritatisque ipsius amatores non esse philosophos asserent? *Adi.* Absurdum quidem id esset. *So.* An forte negabunt naturam philosophorum, quam narravimus, optimi ipsius esse familiarem? *Adi.* Neque hoc quidem. *So.* Quid vero, hanc congruis instructam officiis, absolute bonam fore ac prae ceteris sapientiae proximam, renuent? vel eos probabunt magis, quos ipsi secrevimus? *Adi.* Nequaquam. *So.* An succensebunt adhuc dicentibus nobis, quod, nisi philosophorum genus civitatis suscipiat gubernacula, nec civitati nec civibus erit requies ulla finisque malorum? nec res publica, quam oratione describimus, in lucem exorietur? *Adi.* Forte minus. *So.* Visne dicamus eos non parum, sed prorsus mites persuasosque fuisse; ne forte erubescentes aliquid aliud confiteantur? *Adi.*

νυ μὲν οὖν, ἔφη. Οὕτοι μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτο πεπεισμένοι ἕξων· τοῦδε δὲ πέρι τις ἀμφισβητήσει ὡς οὐκ ἂν τύχοιεν γενόμενοι βασιλέων ἔκγονοι ἢ δυναστῶν τὰς φύσεις φιλόσοφοι; Οὐδ' ἂν εἷς, ἔφη. Τοιούτους δὲ γενομένους ὡς πολλὴ ἀνάγκη διαφθαρῆναι, ἔχει τις λέγειν; ὡς μὲν γὰρ χαλεπὸν σωθῆναι, καὶ ἡμεῖς ξυγχωροῦμεν· ὡς δὲ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῶν πάντων οὐδέποτ' οὐδ' ἂν εἷς σωθείη, ἔσθ' ὅς τις ἀμφισβητήσει; Καὶ πῶς; Ἀλλὰ μήν, ἦν δ' ἐγώ, εἷς ὁ ἱκανὸς γενόμενος, πόλιν ἔχων πειθομένην, πάντ' ἐπιτελέσαι τὰ νῦν ἀπιζούμενα. Ἱκανὸς γάρ, ἔφη. Ἄρχοντος γάρ που, ἦν δ' ἐγώ, τιθέντος τοὺς νόμους καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἃ διεληλύθαμεν, οὐ δή που ἀδύνατον ἐθέλειν ποιεῖν τοὺς πολίτας. Οὐδ' ὁπωστιοῦν. Ἀλλὰ δὴ ἃ περ ἡμῖν δοκεῖ, δόξαι καὶ ἄλλοις θαυμαστόν τι καὶ ἀδύνατον; Οὐκ οἶμαι ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. Καὶ μὴν ὅτι γε βέλτιστα, εἴ περ δυνατά, ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς ἐγῷμαι, διήλθομεν. Ἱκανῶς γάρ. Νῦν δή, ὡς ἔοικε, ξυμβαίνει ἡμῖν περὶ τῆς νομοθεσίας ἄριστα μὲν εἶναι ἃ λέγομεν, εἰ γένοιτο, χαλεπὰ

Absque dubio. *So.* Hoc igitur isti persuasi iam sint. de hoc autem quis ambiget, quin regum potentiumque virorum filii philosophi nascituri non sint? *Adi.* Nemo. *So.* Posset autem quis adiicere, quod, etiamsi tales nascantur, inquinari eos necesse sit: quod enim servari a maculis purum ardium sit, nos quoque concedimus. Quis autem illud insuper addet, in omni tempore ex omnibus hominibus ne unum quidem unquam integrum immaculatumque evadere posse. *Adi.* Nullus hoc dixerit. *So.* At vero unus, natura sic institutus civitatemque nactus obedientem, sufficiens est ad haec omnia perficienda, quae nunc ut impossibilia reprobantur. *Adi.* Sufficiens utique. *So.* Porro, si princeps aliquis leges et officia, quae narravimus, mandet, haud impossibile est cives his obsequi velle. *Adi.* Non certe. *So.* Atqui sentire et alios eadem, quae et ipsi sentimus, num mirum aut impossibile est? *Adi.* Non, ut arbitror. *So.* Quod autem optima haec sint, siquidem possibilia, satis supra est, ut arbitror, disputatum. *Adi.* Satis. *So.* Quare ex his, quae dicta sunt, sequitur, ut optima futura sint, quae de legibus ferendis praediximus, si agantur: difficilia item factu, non tamen impos-

δὲ γενέσθαι, οὐ μέντοι ἀδύνατά γε. Ξυμβαίνει γάρ, ἔφη.

Οὐκοῦν ἐπειδὴ τοῦτο μόγις τέλος ἔσχε, τὰ ἐπίλοιπα δὴ μετὰ τοῦτο λεκτέον, τίνα τρόπον ἡμῖν καὶ ἐκ τίνων μαθημάτων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων οἱ σωτῆρες ἐνέσονται τῆς πολιτείας, καὶ κατὰ ποίας ἡλικίας ἕκαστοι ἑκάστων ἅπτόμενοι; Λεκτέον μέντοι, ἔφη. Οὐδέν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ σοφόν μοι ἐγένετο τήν τε τῶν γυναικῶν τῆς κτήσεως δυσχέρειαν ἐν τῷ πρόσθεν παραλιπόντι καὶ παιδογονίαν καὶ τὴν τῶν ἀρχόντων κατάστασιν, εἰδότι ὡς ἐπίφθονός τε καὶ χαλεπὴ γίγνεσθαι ἡ παντελῶς ἀληθής· νῦν γὰρ οὐδὲν ἧττον ἦλθε τὸ δεῖν αὐτὰ διελθεῖν. καὶ τὰ μὲν δὴ τῶν γυναικῶν τε καὶ παίδων πεπέρανται, τὸ δὲ τῶν ἀρχόντων ὥς περ ἐξ ἀρχῆς μετελθεῖν δεῖ. ἐλέγομεν δ', εἰ μνημονεύεις, δεῖν αὐτοὺς φιλοπόλιδάς τε φαίνεσθαι βασανιζομένους ἐν ἡδοναῖς τε καὶ λύπαις, καὶ τὸ δόγμα τοῦτο μήτ' ἐν πόνοις μήτ' ἐν φόβοις μήτ' ἐν ἄλλῃ μηδεμιᾷ μεταβολῇ φαίνεσθαι ἐκβάλλοντας, ἢ τὸν ἀδυνατοῦντα ἀποκριτέον, τὸν δὲ πανταχοῦ ἀκήρατον ἐκβαίνοντα, ὥς περ χρυσὸν ἐν πυρὶ βασανιζόμενον, στατέον ἄρχοντα καὶ γέρα δοτέον καὶ ζῶντι

sibilia. *Adi.* Sequitur plane. *So.* Postquam vix tandem finem his imposuimus, ad reliqua iam pergendum, qua ratione videlicet quibusque disciplinis et studiis instructi erunt huius nostrae rei publicae servatores, et qua in aetate singuli singula exercebunt. *Adi.* De his certe iam dicendum. *So.* Haudquaquam sapienter mihi actum est, cum in superioribus reliquerim matrimoniorum difficultatem atque molestiam, filiorumque procreationem et constitutionem principum. noscebam enim, quam invidiosa res esset factuque difficilis, vel omnino vera. Nunc autem nihilominus transigere haec cogimur. atque ea quidem, quae ad mulieres ac filios pertinent, iam peregimus: quae vero ad principes, tanquam a principio rursus percurrenda videntur. Diximus autem, si memoria tenes, amatores eos civitatis esse oportere, in voluptatibus doloribusque probatos: atque ex hoc proposito neque laboribus neque metu periculorum neque mutatione alia dimoveri. eum vero, qui hoc nequeat, abdicare oportet: at illum, qui passim sincerus et incorruptus evadit, tanquam aurum in ignis examine comprobatum, gubernandae civitati praeficere, muneribusque or-

καὶ τελευτήσαντι καὶ ἄθλα. τοιαῦτ' ἄττα ἦν τὰ λεγόμενα παρεξιόντος καὶ παρακαλυπτομένου τοῦ λόγου, πεφοβημένου κινεῖν τὸ νῦν παρόν. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις· μέμνημαι γάρ. Ὠκνουν γάρ, ἔφην, ὦ φίλε, ἐγὼ εἰπεῖν τὰ νῦν ἀποτετολμημένα, νῦν δὲ τοῦτο μὲν τετολμήσθω εἰπεῖν, ὅτι τοὺς ἀκριβεστάτους φύλακας φιλοσόφους δεῖ καθιστάναι. Εἰρήσθω γάρ, ἔφη. Νόησον δὴ ὡς εἰκότως ὀλίγοι ἔσονταί σοι. ἦν γὰρ διήλθομεν φύσιν δεῖν ὑπάρχειν αὐτοῖς, εἰς ταὐτὸ ξυμφύεσθαι αὐτῆς τὰ μέρη ὀλιγάκις ἐθέλει, τὰ πολλὰ δὲ διεσπασμένη φύεται. Πῶς, ἔφη, λέγεις; Εὐμαθεῖς καὶ μνήμονες καὶ ἀγχίνοι καὶ ὀξεῖς καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἕπεται, οἶσθ' ὅτι οὐκ ἐθέλουσιν ἅμα φύεσθαι, καὶ νεανικοί τε καὶ μεγαλοπρεπεῖς τὰς διανοίας οἷοι κοσμίως μετὰ ἡσυχίας καὶ βεβαιότητος ἐθέλειν ζῆν, ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι ὑπὸ ὀξύτητος φέρονται ὅπῃ ἂν τύχωσι, καὶ τὸ βέβαιον ἅπαν αὐτῶν ἐξοίγεται. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν τὰ βέβαια αὖ ταῦτα ἤθη καὶ οὐκ εὐμετάβολα, οἷς ἄν τις μᾶλλον ὡς πιστοῖς χρήσαιτο, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ πρὸς τοὺς φόβους δυσκίνητα ὄντα, πρὸς τὰς μαθήσεις αὖ ποιεῖ ταὐτόν, δυσκινήτως ἔχει καὶ δυσμα-

nare et viventem et mortuum. Praemia vero talia sint, qualia communiter dicta sunt, breviter hoc percurrente et quasi tergiversante sermone: quippe cum res, ut nunc sunt, movere timeremus. *Adi.* Vera loqueris: memini equidem. *So.* Verebar enim, o amice, quae nunc ausus sum, dicere. Nos vero in praesentia id asserere audeamus, quod custodes diligentissimi optimi esse debent philosophi. *Adi.* Ratum id habeatur. *So.* Animadverte, quam pauci tales erunt. illius siquidem naturae partes, quam inesse illiis oportere diximus, una raro concurrunt et ut plurimum disiunctae nascuntur. *Adi.* Quo pacto id ais? *So.* An ignoras, quod iidem homines dociles, memores, ingeniosi, acuti non sunt, ac etiam fortes atque magnanimi, ut moderate, tranquille, constanter vivant? tales siquidem viri acuminis ipsius fervore, quocunque contigerit, proferuntur, stabilitatis omnis et gravitatis expertes. *Adi.* Vera loqueris. *So.* Habitus autem ipsi animorum stabiles et a levitate penitus alieni, quorum in gravitate maxime confidendum, utpote qui in bello intrepidi sunt, ut in his immobiles sunt, ita ad disciplinas tardiores et hebetes.

θῶς ὡς περ ἀπονενάρκωμένα, καὶ ὕπνου τε καὶ χάσμης ἐμπίπλανται, ὅταν τι δέῃ τοιοῦτον διαπονεῖν. Ἔστι ταῦτα, ἔφη. Ἡμεῖς δέ γ' ἔφαμεν ἀμφοτέρων δεῖν εὖ τε καὶ καλῶς μετέχειν, ἢ μήτε παιδείας τῆς ἀκροβεξάτης δεῖν αὐτῷ μεταδιδόναι μήτε τιμῆς μήτε ἀρχῆς. Ὀρθῶς, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν σπάνιον αὐτὸ οἴει ἔσεσθαι; Πῶς δ' οὔ; Βασανιστέον δὴ ἔν τε οἷς τότε ἐλέγομεν πόνοις τε καὶ φόβοις καὶ ἡδοναῖς, καὶ ἔτι δὴ ὃ τότε παρῆμεν νῦν λέγομεν, ὅτι καὶ ἐν μαθήμασι πολλοῖς γυμνάζειν δεῖ, σκοποῦντας εἰ καὶ τὰ μέγιστα μαθήματα δυνατὴ ἔξει ἐνεγκεῖν, εἴτε καὶ ἀποδειλιάσει ὥς περ οἱ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀποδειλιῶντες. Πρέπει γέ τοι δή, ἔφη, οὕτω σκοπεῖν. ἀλλὰ ποῖα δὴ λέγεις μαθήματα μέγιστα; Μνημονεύεις μέν που, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι τριττὰ εἴδη ψυχῆς διαζησάμενοι ξυνεβιβάζομεν δικαιοσύνης τε πέρι καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας καὶ σοφίας, ὃ ἕκαστον εἴη. Μὴ γὰρ μνημονεύων, ἔφη, τὰ λοιπὰ ἂν εἴην δίκαιος μὴ ἀκούειν. Ἦ καὶ τὸ προῤῥηθὲν αὐτῶν; Τὸ ποῖον δή; Ἐλέγομέν που ὅτι ὡς μὲν δυνατὸν ἦν κάλλιστα αὐτὰ κατιδεῖν, ἄλλη μακροτέρα εἴη

torpent sequidem atque oscitant, quotiens eis est contemplationi invigilandum. *Adi.* Est, ut dicis. *So.* Nos autem in superioribus diximus oportere principem utrorumque optima ratione participem esse. alioquin non esse illi supremam disciplinam exhibendam, neque honores magistratusque impartiendos. *Adi.* Recte. *So.* Nonne raro hoc eventurum existimas? *Adi.* Raro admodum. *So.* Examinare igitur futuri principis oportet ingenium in his, quae supra diximus, laboribus, timoribus, voluptatibus, addimus praeterea, quod supra dimisimus: oportere videlicet illud in disciplinis plurimis exercere; ut pateat, nunquid maximae ipsius doctrinae percipiendae sit compos, an deficiat potius, quemadmodum qui in aliis operibus trepidant atque deficiunt. *Adi.* Ita certe investigare decet. verum quam maximam doctrinam vocas? *So.* Meministi quodammodo, cum tres in anima species posuissemus, quid iustitia esset, temperantia, fortitudo, sapientia, nos definientes invicem convenisse? *Adi.* Si non recordarer, haud dignus essem, qui reliqua abs te audirem. *So.* An et illud memoria tenes, quod ante haec dictum fuit? *Adi.* Quidnam? *So.* Diximus certe ampliori quodam alio orationis circuitu exa-

περίοδος, ἣν περιελθόντι καταφανῆ γίγνοιτο, τῶν μέντοι ἔμπροσθεν προειρημένων ἑπομένας ἀποδείξεις οἷόν τ' εἴη προσάψαι. καὶ ὑμεῖς ἐξαρκεῖν ἔφατε, καὶ οὕτω δὴ ἐρρήθη τὰ τότε τῆς μὲν ἀκριβείας, ὡς ἐμοὶ ἐφαίνετο, ἐλλιπῆ, εἰ δὲ ὑμῖν ἀρεσκόντως, ὑμεῖς ἂν τοῦτο εἴποιτε. Ἀλλ' ἔμοιγε, ἔφη, μετρίως· ἐφαίνετο μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις. Ἀλλ', ὦ φίλε, ἦν δ' ἐγώ, μέτρον τῶν τοιούτων ἀπολεῖπον καὶ ὁτιοῦν τοῦ ὄντος οὐ πάνυ μέτριον γίγνεται· ἀτελὲς γὰρ οὐδὲν οὐδενὸς μέτρον. δοκεῖ δ' ἐνίοτέ τισιν ἱκανῶς ἤδη ἔχειν καὶ οὐδὲν δεῖν περαιτέρω ζητεῖν. Καὶ μάλ', ἔφη, συχνοὶ πάσχουσιν αὐτὸ διὰ ῥᾳθυμίαν. Τούτου δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, τοῦ παθήματος ἥκιστα προσδεῖ φύλακι πόλεώς τε καὶ νόμων. Εἰκός, ἦ δ' ὅς. Τὴν μακροτέραν τοίνυν, ὦ ἑταῖρε, ἔφην, περιτέον τῷ τοιούτῳ, καὶ οὐχ ἧττον μανθάνοντι πονητέον ἢ γυμναζομένῳ· ἢ ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, τοῦ μεγίστου τε καὶ μάλιστα προσήκοντος μαθήματος ἐπὶ τέλος οὔποτε ἥξει. Οὐ γὰρ ταῦτα, ἔφη, μέγιστα, ἀλλ' ἔτι τι μεῖζον δικαιοσύνης τε καὶ ὧν διήλθομεν; Καὶ μεῖζον, ἦν δ' ἐγώ, καὶ αὐτῶν τούτων οὐχ ὑπογραφὴν δεῖ ὥς περ νῦν θεάσασθαι, ἀλλὰ τὴν τελεω-

ctius ea posse cognosci: verum commodius esse, ut demonstrationes superioribus magis consentaneas induceremus, quod et vos sufficere respondistis. Atque ita tunc ea pingui Minerva, ut mihi visum est, tractata sunt. sin autem placet vobis, ipsi hoc dicite. *Adi.* At moderate dictum et mihi et aliis est visum. *So.* Sed, o amice, talium mensura quamcunque veritatis partem omiserit, immensurate fit. nil enim deficiens ullius est mensura. quanquam nonnullis quandoque videtur sufficienter statim esse tractatum, neque longiori inquisitione opus esse. *Adi.* Permultis id propter secordiam accidit. *So.* Vitium hoc a custode civitatis et legem esse debet alienissimum. *Adi.* Consentaneum. *So.* Ergo amplior quidam, amice, huic agendus circuitus: neque brevior discendo quam exercitando impendenda est opera. alioquin, ut paulo ante diximus, ad summae penitusque necessariae doctrinae finem nunquam perveniet. *Adi.* An haec maxima non sunt? estque aliud insuper, iustitia et ceteris quae narravimus excellentius? *So.* Nempe praestantius. et horum quidem ipsorum nequaquam decet adumbrationem quandam, qualem nunc,

τάτην ἀπεργασίαν μὴ παριέναι. ἢ οὐ γελοῖον ἐπὶ μὲν ἄλλοις σμικροῦ ἀξίοις πᾶν ποιεῖν συντεινομένους ὅπως ὅτι ἀκριβέστατα καὶ καθαρώτατα ἕξει, τῶν δὲ μεγίστων μὴ μεγίστας ἀξιοῦν εἶναι καὶ τὰς ἀκριβείας; Καὶ μάλα, ἔφη, ἄξιον τὸ διανόημα. ὃ μέντοι μέγιστον μάθημα καὶ περὶ ὅ τι αὐτὸ λέγεις, οἴει τιν' ἄν σε, ἔφη, ἀφεῖναι μὴ ἐρωτήσαντα τί ἐστιν; Οὐ πάνυ, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλὰ καὶ σὺ ἐρώτα. πάντως αὐτὸ οὐκ ὀλιγάκις ἀκήκοας, νῦν δὲ ἢ οὐκ ἐννοεῖς ἢ αὖ διανοεῖ ἐμοὶ πρά-
505 γματα παρέχειν ἀντιλαμβανόμενος. οἶμαι δὲ τοῦτο μᾶλ- 10
λον, ἐπεὶ ὅτι γε ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα μέγιστον μάθημα πολλάκις ἀκήκοας, ᾗ καὶ δίκαια καὶ τἆλλα προσχρησάμενα χρήσιμα καὶ ὠφέλιμα γίγνεται. καὶ νῦν σχεδὸν οἶσθ' ὅτι μέλλω τοῦτο λέγειν, καὶ πρὸς τούτῳ ὅτι αὐτὴν οὐχ ἱκανῶς ἴσμεν· εἰ δὲ μὴ ἴσμεν, ἄνευ δὲ ταύτης εἴ τι μάλιστα τἆλλα ἐπιστάμεθα, οἶσθ' ὅτι οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος, ὥς περ οὐδ' εἰ κεκτήμεθά τι ἄνευ τοῦ ἀγαθοῦ. ἢ οἴει τι πλέον εἶναι πᾶσαν κτῆσιν ἐκτῆσθαι, μὴ μέντοι ἀγαθήν; ἢ πάντα τἆλλα φρονεῖν ἄνευ τοῦ ἀγαθοῦ, καλὰν δὲ καὶ ἀγαθὸν μηδὲν φρονεῖν; Μὰ 20

aspicere: sed absolutam rationem comprehendere. an non ridiculum est in rebus minimis omne studium ponere et obnixe contendere, quo quam diligentissime et sincerissime peragantur: in maximis autem levem operam satis esse putare? *Adi.* Ridiculum prorsus. at enim putas sese aliquem contenturum, quin abs te nunc exquirat, quaenam disciplina illa sit, quam maximam vocas, et circa quid versetur? *So.* Non equidem: sed et ipse interroga. quanquam saepenumero te arbitror audivisse: nunc autem vel non advertis, vel potius interturbare me tuis obiectionibus cogitas. quod ego potius arbitror. nam saepe audisti boni ideam esse maximam disciplinam: qua quidem et iusta et alia usa cum fuerint, utilia et conducibilia fiunt. atque hoc ferme dicere me velle scito: et istud praeterea, quod ipsam non sufficienter agnoscimus. sin vero ipsam nescimus, et sine ipsa alia quam maxime noverimus, scito nullam ex aliis nobis utilitatem fore: sicut neque prodesset nobis quicquam, quod sine bono possideremus. An maius quid esse putas, sine possessione boni alia omnia possidere, quam sine boni ipsius et pulchri intelligentia cetera intelligere? *Adi.* Non certe. *So.* Pluribus vero

Ἀλλ' οὐκ ἔγωγε, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε γε οἶσθα, ὅτι τοῖς μὲν πολλοῖς ἡδονὴ δοκεῖ εἶναι τὸ ἀγαθόν, τοῖς δὲ κομψοτέροις φρόνησις. Πῶς δ' οὔ; Καὶ ὅτι γε, ὦ φίλε, οἱ τοῦτο ἡγούμενοι οὐκ ἔχουσι δεῖξαι ἥ τις φρόνησις, ἀλλ' ἀναγκάζονται τελευτῶντες τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύναι. Καὶ μάλα, ἔφη, γελοίως. Πῶς γὰρ οὐχί, ἦν δ' ἐγώ, εἰ ὀνειδίζοντές γε ὅτι οὐκ ἴσμεν τὸ ἀγαθὸν λέγουσι πάλιν ὡς εἰδόσι; φρόνησιν γὰρ αὐτό φασιν εἶναι ἀγαθοῦ ὡς αὖ ξυνιέντων ἡμῶν ὅ τι λέγουσιν, ἐπειδὰν τὸ τοῦ ἀγαθοῦ φθέγξωνται ὄνομα. Ἀληθέστατα, ἔφη. Τί δέ; οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν ὁριζόμενοι μῶν μή τι ἐλάττονος πλάνης ἔμπλεοι τῶν ἑτέρων; ἢ οὐ καὶ οὗτοι ἀναγκάζονται ὁμολογεῖν ἡδονὰς εἶναι κακάς; Σφόδρα γε. Ξυμβαίνει δὴ αὐτοῖς, οἶμαι, ὁμολογεῖν ἀγαθὰ εἶναι καὶ κακὰ ταὐτά. ἦ γάρ; Τί μήν; Οὐκοῦν ὅτι μὲν μεγάλαι καὶ πολλαὶ ἀμφισβητήσεις περὶ αὐτοῦ, φανερόν; Πῶς γὰρ οὔ; Τί δέ; τόδε οὐ φανερόν, ὡς δίκαια μὲν καὶ καλὰ πολλοὶ ἂν ἕλοιντο τὰ δοκοῦντα, κἂν μὴ ᾖ, ὅμως ταῦτα πράττειν καὶ κεκτῆσθαι καὶ δοκεῖν, ἀγαθὰ δὲ οὐδενὶ ἔτι ἀρκεῖ τὰ δοκοῦντα κτᾶσθαι, ἀλλὰ τὰ ὄντα ζητοῦσι, τὴν δὲ δόξαν

bonum voluptas videtur, elegantioribus sapientia. *Adi.* Procul dubio. *So.* Quin etiam et hoc nosti, quod qui sapientiam bonum existimant, si interrogentur, quaenam potissimum sapientia, declarare nequeunt, sed coguntur tandem boni sapientiam dicere. *Adi.* Quam ridiculosa responsio! *So.* Cur non ridicula videatur, si cum nos vituperent, quod ignoremus bonum, de bono rursus nobiscum tanquam intelligentibus illud loquantur? aiunt enim bonum esse sapientiam boni: quasi noverimus, quid ipsi dicant, cum boni nomen pronuntiant. *Adi.* Vera loqueris. *So.* Qui vero bonum voluptatem esse definiunt, nunquid minus errant quam ceteri? nonne et *isti* coguntur fateri voluptates esse malas? *Adi.* Valde. *So.* Eadem igitur et bona esse et mala fateri coguntur. an non? *Adi.* Plane. *So.* Nonne constat plurimas circa hoc et maximas ambiguitates consurgere? *Adi.* Constat. *So.* Nonne et hoc perspicuum, quod quae iusta et honesta videntur, etiam si non sint, multi eligerent agere possidereque et videri hominibus haec habere: nemo autem satis habere se putat, si, quae bona duntaxat videntur, possideat: sed quae revera bona sint, omnes quaerunt; opinionem vero in his quisque contem-

ἐνταῦθα ἤδη πᾶς ἀτιμάζει; Καὶ μάλα, ἔφη. Ὁ δὴ διώκει μὲν ἅπασα ψυχὴ καὶ τούτου ἕνεκα πάντα πράττει, ἀπομαντευομένη τι εἶναι, ἀποροῦσα δὲ καὶ οὐκ ἔχουσα λαβεῖν ἱκανῶς τί ποτ' ἐστὶν οὐδὲ πίστει χρήσασθαι μονίμῳ, οἵᾳ καὶ περὶ τἆλλα, διὰ τοῦτο δὲ ἀποτυγχάνει καὶ τῶν ἄλλων εἴ τι ὄφελος ἦν, περὶ δὴ τὸ τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον οὕτω φῶμεν δεῖν ἐσκοτῶσθαι καὶ ἐκείνους τοὺς βελτίσους ἐν τῇ πόλει, οἷς πάντα ἐγχειριοῦμεν; Ἥκιστά γ', ἔφη. Οἶμαι γοῦν, εἶπον, δικαιά τε καὶ καλὰ ἀγνοούμενα ὅπῃ ποτὲ ἀγαθά ἐστιν, οὐ πολλοῦ τινὸς ἄξιον φύλακα κεκτῆσθαι ἂν ἑαυτῶν τὸν τοῦτο ἀγνοοῦντα. μαντεύομαι δὲ μηδένα αὐτὰ πρότερον γνώσεσθαι ἱκανῶς. Καλῶς γάρ, ἔφη, μαντεύει. Οὐκοῦν ἡμῖν ἡ πολιτεία παντελῶς κεκοσμήσεται, ἐὰν ὁ τοιοῦτος αὐτὴν ἐπισκοπῇ φύλαξ, ὁ τούτων ἐπιστήμων; Ἀνάγκη, ἔφη. ἀλλὰ αὐ δή, ὦ Σώκρατες, πότερον ἐπιστήμην τὸ ἀγαθὸν φῂς εἶναι ἢ ἡδονήν; ἢ ἄλλο τι παρὰ ταῦτα; Οὗτος, ἦν δ' ἐγώ, ἀνὴρ καλῶς ἤσθα καὶ πάλαι καταφανὴς ὅτι σοι οὐκ ἀποχρήσοι τὸ τοῖς ἄλλοις δοκοῦν περὶ αὐτῶν. Οὐδὲ γὰρ δίκαιόν μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, φαίνεται τὰ τῶν ἄλλων μὴν ἔχειν

nit? *Adi.* Et maxime quidem. *So.* Bonum quidem anima omnis expetit, eiusque gratia agit omnia, augurans esse aliquid: dubitat tamen, neque sufficienter, quid sit, comprehendere potest, neque fidei stabili inhaerere, quali utitur circa alia: atque iccirco et in aliis fallitur, cum quid utile sit, iudicare pergit. An circa id, cum tale sit ac tantum, similiter caecos esse debere dicemus illos quoque praestantissimos in civitate viros, quibus universa committimus? *Adi.* Minime omnium. *So.* Reor equidem eum, qui nesciat, ut nunc fere accidit, qua ratione iusta et honesta bona sunt, haud multi faciendum sane custodem se ipsum exhibere posse. vaticinor autem neminem ipsa prius quam bonum sufficienter cognosciturum. *Adi.* Scite vaticinaris. *So.* Perfecte igitur disposita nobis erit res publica, si custos horum peritus eam reget. *Adi.* Ita necesse est. Verum tu, o Socrates, utrum bonum ipsum dicis esse scientiam vel voluptatem vel aliquid aliud praeter ista? *So.* Iam diu compertum habeo, Adimante, tibi non satis fore, si sententias aliorum retulero. *Adi.* Haud decere mihi videtur, o Socrates, opiniones aliorum referre posse, suam ve-

εἰπεῖν δόγματα, τὰ δ' αὐτοῦ μή, τοσοῦτον χρόνον περὶ ταῦτα πραγματευόμενον. Τί δ'; ἦν δ' ἐγώ· δοκεῖ σοι δίκαιον εἶναι περὶ ὧν τις μὴ οἶδε λέγειν ὡς εἰδότα; Οὐδαμῶς γ', ἔφη, ὡς εἰδότα, ὡς μέντοι οἰόμενον ταῦθ' ἃ οἴεται ἐθέλειν λέγειν. Τί δέ; εἶπον· οὐκ ἤσθησαι τὰς ἄνευ ἐπιστήμης δόξας, ὡς πᾶσαι αἰσχραί; ὧν αἱ βέλτισαι τυφλαί; ἢ δοκοῦσί τί σοι τυφλῶν διαφέρειν ὁδὸν ὀρθῶς πορευομένων οἱ ἄνευ νοῦ ἀληθές τι δοξάζοντες; Οὐδέν, ἔφη. Βούλει οὖν αἰσχρὰ θεάσασθαι τυφλά τε καὶ σκολιά, ἐξὸν παρ' ἄλλων ἀκούειν φανά τε καὶ καλά; Μὴ πρὸς Διός, ἦ δ' ὅς, ὦ Σώκρατες, ὁ Γλαύκων, ὡς περ ἐπὶ τέλει ὢν ἀποσῇς. ἀρκέσει γὰρ ἡμῖν κἂν ὡς περ δικαιοσύνης πέρι καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων διῆλθες, οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ διέλθῃς. Καὶ γὰρ ἐμοί, ἦν δ' ἐγώ, ὦ ἑταῖρε, καὶ μάλα ἀρκέσει· ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἔσομαι, προθυμούμενος δὲ ἀσχημονῶν γέλωτα ὀφλήσω. ἀλλ', ὦ μακάριοι, αὐτὸ μὲν τί ποτ' ἐστὶ τἀγαθὸν ἐάσωμεν τὸ νῦν εἶναι· πλέον γάρ μοι φαίνεται ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν ἐφικέσθαι τοῦ γε δοκοῦντος ἐμοὶ τὰ νῦν· ὃς δὲ ἔκγονός τε τοῦ ἀγαθοῦ φαίνεται καὶ ὁμοιότατος ἐκείνῳ,

ro nequaquam, hominem praesertim tamdiu in his versatum. *So.* An decere putas, ut de his, quae quis ignorat, quasi sciens loquatur? *Adi.* Nullo modo quasi sciens: sed ut quasi ex opinione proferens, quae sentit. *So.* An nescis opiniones omnes absque scientia turpes esse, quarum quae optimae, caecae sunt? an eos, qui absque intelligentia verum aliquid opinantur, differre ab illis existimas, qui, licet caeci sint, recto tamen tramite gradiuntur? *Adi.* Nihilo. *So.* Vis ergo turpia contemplari caecaque et obliqua, cum liceat ex aliis perspicua pulchraque audire? *Glau.* Age per Iovem, Socrates, ne desistas, cum prope calcem perveneris. sufficiet enim nobis, si, quemadmodum de iustitia temperantiaque et aliis tractavisti, ita quoque de bono tractaveris. *So.* Mihi quoque, o amice, valde sufficiet. at vereor, ne vires deficiant, atque ego supra vires ausus ineptior appaream risumque audientibas moveam. Ceterum, o viri felices, quid ipsum bonum sit, in praesentia dimittamus. est enim, ut mihi videtur, praesentem supra contemplationem. quis autem appareat boni ipsius filius et

λέγειν ἐθέλω, εἰ καὶ ὑμῖν φίλον, εἰ δὲ μή, ἐᾶν. Ἀλλ', ἔφη, λέγε· εἰσαῦθις γὰρ τοῦ πατρὸς ἀποτίσεις τὴν διήγησιν. Βουλοίμην ἄν, εἶπον, ἐμέ τε δύνασθαι αὐ-
567 τὴν ἀποδοῦναι καὶ ὑμᾶς κομίσασθαι, ἀλλὰ μὴ ὥς περ νῦν τοὺς τόκους μόνον. τοῦτον δὲ δὴ οὖν τὸν τόκον τε καὶ ἔκγονον αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ κομίσασθε. εὐλαβεῖσθε μέντοι μή πῃ ἐξαπατήσω ὑμᾶς ἄκων, κίβδηλον ἀποδιδοὺς τὸν λόγον τοῦ τόκου. Εὐλαβησόμεθα, ἔφη, κατὰ δύναμιν· ἀλλὰ μόνον λέγε. Διομολογησάμενός γ', ἔφην ἐγώ, καὶ ἀναμνήσας ὑμᾶς τά τε ἐν τοῖς 10
ἔμπροσθεν ῥηθέντα καὶ ἄλλοτε ἤδη πολλάκις εἰρημένα. Τὰ ποῖα; ἦ δ' ὅς. Πολλὰ καλά, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πολλὰ ἀγαθὰ καὶ ἕκαστα οὕτως εἶναι φαμέν τε καὶ διορίζομεν τῷ λόγῳ. Φαμὲν γάρ. Καὶ αὐτὸ δὴ καλὸν καὶ αὐτὸ ἀγαθόν, καὶ οὕτω περὶ πάντων ἃ τότε ὡς πολλὰ ἐτίθεμεν, πάλιν αὖ κατ' ἰδέαν μίαν ἑκάστου ὡς μιᾶς οὔσης τιθέντες, ὃ ἔστιν ἕκαστον προσαγορεύομεν. Ἔστι ταῦτα. Καὶ τὰ μὲν δὴ ὁρᾶσθαί φαμεν, νοεῖσθαι δ' οὔ, τὰς δ' αὖ ἰδέας νοεῖσθαι μέν, ὁρᾶσθαι δ' οὔ. Παντάπασι μὲν οὖν. Τῷ οὖν ὁρῶμεν ἡμῶν αὐτῶν τὰ ὁρώμενα; 20
Τῇ ὄψει, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἀκοῇ τὰ ἀκου-

eius quam simillimus, si vobis placet, dicam: sin minus, dimittam. *Glau.* Dic age. patrem vero postea declarabis. *So.* Vellem equidem, ut et ipse explicare possem et vos percipere, non solum boni partus ut nunc, sed ipsum bonum. hunc ergo ad praesens partum boni ipsius filiumque accipite. cavete tamen, ne inscius ipse vos decipiam, vanam assignans de filio rationem. *Glau.* Cavebimus id pro viribus. dic modo. *So.* Dicam equidem, si prius repetamus invicem confirmemusque, quae supra memorata sunt, et alias saepenumero dicta. *Glau.* Quaenam? *So.* Multa quidem pulchra et multa bona et singula similiter esse dicimus, et oratione distinguimus. *Glau.* Dicimus profecto. *So.* Atqui et ipsum pulchrum et ipsum bonum inducimus, ac similiter in omnibus, quae ut plura ponebamus, unum rursus ponimus, secundum ideam unam cuiusque, tanquam una sit, et quod unumquodque est appellamus. *Glau.* Vera haec sunt. *So.* Et haec quidem videri dicimus, non autem intelligi: ideas autem intelligi, non videri. *Glau.* Sic est omnino. *So.* Qua potentia e multis, quas habemus, quae patent oculis, cernimus? *Glau.* Visu. *So.* Nonne

ὁμοίως καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι πάντα τὰ αἰσθητά; Τί μήν; Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ἐννενόηκας τὸν τῶν αἰσθήσεων δημιουργόν, ὅσῳ πολυτελεστάτην τὴν τοῦ ὁρᾶν τε καὶ ὁρᾶσθαι δύναμιν ἐδημιούργησεν; Οὐ πάνυ, ἔφη. Ἀλλ' ὧδε σκόπει. ἔστιν ὅ τι προσδεῖ ἀκοῆ καὶ φωνῇ γένους ἄλλου εἰς τὸ τὴν μὲν ἀκούειν, τὴν δ' ἀκούεσθαι; ὃ ἐὰν μὴ παραγένηται τρίτον, ἡ μὲν οὐκ ἀκούσεται, ἡ δὲ οὐκ ἀκουσθήσεται; Οὐδενός, ἔφη. Οἶμαι δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, οὐδ' ἄλλαις πολλαῖς, ἵνα μὴ εἴπω ὅτι οὐδεμιᾷ, τοιούτου προσδεῖ οὐδενός. ἢ σύ τινα ἔχεις εἰπεῖν; Οὐκ ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. Τὴν δὲ τῆς ὄψεως καὶ τοῦ ὁρατοῦ οὐκ ἐννοεῖς ὅτι προσδεῖται; Πῶς; Ἐνούσης που ἐν ὄμμασιν ὄψεως καὶ ἐπιχειροῦντος τοῦ ἔχοντος χρῆσθαι αὐτῇ, παρούσης δὲ χρόας ἐν αὐτοῖς, ἐὰν μὴ παραγένηται γένος τρίτον ἰδίᾳ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πεφυκός, οἶσθα ὅτι ἡ τε ὄψις οὐδὲν ὄψεται τά τε χρώματα ἔξαι ἀόρατα. Τίνος δὴ λέγεις, ἔφη, τούτου; Ὃ δὴ σὺ καλεῖς, ἦν δ' ἐγώ, φῶς. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Οὐ σμικρᾷ ἄρα ἰδέᾳ ἡ τοῦ ὁρᾶν, αἴσθησις καὶ ἡ τοῦ ὁρᾶσθαι δύναμις τῶν ἄλλων ξυζεύξεων τιμιωτέρῳ ζυγῷ ἐζύγησαν, εἴ περ μὴ ἄτιμον τὸ 508

et auditu, quae audiuntur, et aliis sensibus omnia, quae sentiuntur? *Glau.* Quidni? *So.* Nunquid animadvertisti, quam perfectam sensuum auctor vim fabricavit ad id quôd videri et id quod videri dicimus? *Glau.* Non satis. *So.* Sic autem considera. estne auditui atque voci alio genere opus ad hoc, ut ille quidem audiat, haec audiatur? quo tertio absente ille non audiet, ista non audietur? *Glau.* Nequaquam. *So.* Arbitror equidem neque aliis multis, ne dicam nulli, tali quodam opus esse. an tu talem aliquam vim repperis? *Glau.* Minime. *So.* An non advertis visus ipsius et eius, quod visui subiacet, vim tali aliquo indigere? *Glau.* Quo pacto? *So.* Praesente oculis visu ipsisque ad spectandum directis, praesente item colore, nisi adsit et genus tertium proprie ad hoc natura aptum, neque visus videbit quicquam neque videri colores poterunt. *Glau.* Quidnam id esse dicis? *So.* Quod tu lumen vocas. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Profecto visibilis ipsius vis et videntis potentia iugo quodam aliarum omnium coniugationum maxime honorando iunctae sunt, non exigua quadam specie, si modo contemnendum non est lumen. *Glau.*

φῶς. Ἀλλὰ μήν, ἔφη, πολλοῦ γε δεῖ ἄτιμον εἶναι. Τίνα οὖν ἔχεις αἰτιάσασθαι τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν τούτου κύριον, οὗ ἡμῖν τὸ φῶς ὄψιν τε ποιεῖ ὁρᾷν ὅτι κάλλιστα καὶ τὰ ὁρώμενα ὁρᾶσθαι; Ὃν περ καὶ σύ, ἔφη, καὶ οἱ ἄλλοι· τὸν ἥλιον γὰρ δῆλον ὅτι ἐρωτᾷς. Ἆρ' οὖν ὧδε πέφυκεν ὄψις πρὸς τοῦτον τὸν θεόν; Πῶς; Οὐκ ἔστιν ἥλιος ἡ ὄψις οὔτε ἐν ᾧ ἐγγίγνεται, ὃ δὴ καλοῦμεν ὄμμα. Οὐ γὰρ οὖν. Ἀλλ' ἡλιοειδέστατόν γε οἶμαι τῶν περὶ τὰς αἰσθήσεις ὀργάνων. Πολύ γε. Οὐκοῦν καὶ τὴν δύναμιν ἣν ἔχει, ἐκ τούτου ταμιευομένην ὡς περ ἐπίῤῥυτον κέκτηται; Πάνυ μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ ὁ ἥλιος ὄψις μὲν οὐκ ἔστιν, αἴτιος δ' ὢν αὐτῆς ὁρᾶται ὑπ' αὐτῆς ταύτης; Οὕτως, ἦ δ' ὅς. Τοῦτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, φάναι με λέγειν τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τἀγαθὸν ἐγέννησεν ἀνάλογον ἑαυτῷ, ὅ τι περ αὐτὸ ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρός τε νοῦν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο τοῦτον ἐν τῷ ὁρατῷ πρός τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα. Πῶς; ἔφη· ἔτι διελθέ μοι. Ὀφθαλμοί, ἦν δ' ἐγώ, οἶσθ' ὅτι ὅταν μηκέτι ἐπ' ἐκεῖνά τις αὐτοὺς τρέπῃ ὧν ἂν τὰς χρόας τὸ ἡμερινὸν φῶς ἐπέχῃ, ἀλλὰ ὧν νυκτερινὰ φέγγη, ἀμβλυώττουσί τε καὶ ἐγγὺς φαίνονται

Longe abest, ut contemnendum sit. *So.* Quem potissimum Deorum coelestium huius causam putas, cuius lumen efficit, ut et visus noster quam optime cernat et oculis obiecta cernantur? *Glau.* Quem tu putas et alii. nempe de sole interrogas. *So.* Ita vero ad hunc Deum se visus habet. *Glau.* Quomodo? *So* Visus sol non est, neque oculus, cui inest visus, sol est. *Glau.* Non certe. *So.* Sed ex omnibus sensuum organis id maxime solis particeps. *Glau.* Multum sane. *So.* Nonne et vim, quam habet, ex sole infusam servat? *Glau.* Prorsus. *So.* Quin etiam sol visus non est: causa vero ipsius est, ab eoque prospicitur. *Glau.* Sic plane. *So.* Hunc me vocare boni filium dicito, quem ipsum bonum in hac secum genuit comparatione consimilem: ut quemadmodum ipsum in loco intelligibili ad intellectum et ea quae intelliguntur se habet, sic et iste in loco visibili ad visum se habeat et ad ea quae videntur. *Glau.* Quo pacto? latius explica. *So.* Oculi porro, quotiens non ad ea vertuntur, quorum colores diurnus fulgor illuminat ostenditque, sed ad illa quae nocturnis radiis attinguntur, caecutiunt hallucinanturque et prope caeci esse videntur, ac

τυφλῶν, ὡς περ οὐκ ἐνούσης καθαρᾶς ὄψεως; Καὶ μάλα, ἔφη. Ὅταν δέ γ', οἶμαι, ὧν ὁ ἥλιος καταλάμπει, σαφῶς ὁρῶσι, καὶ τοῖς αὐτοῖς τούτοις ὄμμασιν ὄψις ἐνοῦσα φαίνεται. Τί μήν; Οὕτω τοίνυν καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὧδε νόει· ὅταν μὲν οὗ καταλάμπει ἀλήθειά τε καὶ τὸ ὄν, εἰς τοῦτο ἀπερείσηται, ἐνόησέ τε καὶ ἔγνω αὐτὸ καὶ νοῦν ἔχειν φαίνεται· ὅταν δὲ εἰς τὸ τῷ σκότῳ κεκραμένον, τὸ γιγνόμενόν τε καὶ ἀπολλύμενον, δοξάζει τε καὶ ἀμβλυώττει ἄνω καὶ κάτω τὰς δόξας μεταβάλλον, καὶ
ο ἔοικεν αὖ νοῦν οὐκ ἔχοντι. Ἔοικε γάρ. Τοῦτο τοίνυν τὸ τὴν ἀλήθειαν παρέχον τοῖς γιγνωσκομένοις καὶ τῷ γιγνώσκοντι τὴν δύναμιν ἀποδιδὸν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν φάθι εἶναι, αἰτίαν δ' ἐπιστήμης οὖσαν καὶ ἀληθείας ὡς γιγνωσκομένης μὲν διανοοῦ, οὕτω δὲ καλῶν ἀμφοτέρων ὄντων, γνώσεώς τε καὶ ἀληθείας, ἄλλο καὶ κάλλιον ἔτι τούτων ἡγούμενος αὐτὸ ὀρθῶς ἡγήσει· ἐπιστήμην δὲ καὶ ἀλήθειαν, ὡς περ ἐκεῖ φῶς τε καὶ ὄψιν ἡλιοειδῆ μὲν νομίζειν ὀρθόν, ἥλιον δὲ ἡγεῖσθαι οὐκ ὀρθῶς 509
ἔχει, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀγαθοειδῆ μὲν νομίζειν ταῦ-
ο τ' ἀμφότερα ὀρθόν, ἀγαθὸν δὲ ἡγεῖσθαι ὁπότερον αὐτῶν οὐκ ὀρθόν, ἀλλ' ἔτι μειζόνως τιμητέον τὴν τοῦ

si purus in illis visus non insit. *Glau.* Sic accidit. *So.* Quotiens vero ad ea, quae sol illustrat, perspicue cernunt, iisdemque ipsis in oculis esse visus apparet. *Glau.* Est ita. *So.* Sic et de animo cogita. quando enim illi inhaeret, in quo veritas et ipsum ens emicat, intelligit illud atque cognoscit, intellectumque habere videtur: sed cum ad id fertur, quod tenebris est permixtum, quod videlicet generatur atque corrumpitur, eius obtunditur acies, opinionesque versat varias, ac mentis expers esse videtur. *Glau.* Sic apparet. *So.* Illud igitur, quod veritatem illis, quae intelliguntur, praebet, et intelligenti vim ad intelligendum porrigit, boni ideam esse dicito, scientiae et veritatis, quae per intellectum percipitur, causam. Cum vero adeo pulchra duo haec sint, cognitio scilicet ac veritas, si bonum ipsum aliud quam ista et pulchrius aestimabis, recte putabis. et quemadmodum lumen ac visum solis speciem quandam habere existimare decet, solem vero ipsum esse nequaquam: ita cognitionem et veritatem boni ipsius speciem habere quidem aliquam, esse vero ipsum minime. augustior enim est ipsius boni

ἀγαθοῦ ἔξιν. Ἀμήχανον κάλλος, ἔφη, λέγεις, εἰ ἐπιστήμην μὲν καὶ ἀλήθειαν παρέχει, αὐτὸ δ' ὑπὲρ ταῦτα κάλλει ἐξίν· οὐ γάρ δή που σύ γε ἡδονὴν αὐτὸ λέγεις. Εὐφήμει, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ' ὧδε μᾶλλον τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἔτι ἐπισκόπει. Πῶς; Τὸν ἥλιον τοῖς ὁρωμένοις οὐ μόνον, οἶμαι, τὴν τοῦ ὁρᾶσθαι δύναμιν παρέχειν φήσεις, ἀλλὰ καὶ τὴν γένεσιν καὶ αὔξην καὶ τροφήν, οὐ γένεσιν αὐτὸν ὄντα. Πῶς γάρ; Καὶ τοῖς γιγνωσκομένοις τοίνυν μὴ μόνον τὸ γιγνώσκεσθαι φάναι ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ παρεῖναι, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναί τε καὶ τὴν οὐσίαν ὑπ' ἐκείνου αὐτοῖς προσεῖναι, οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἔτι ἐπέκεινα τῆς οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος. Καὶ ὁ Γλαύκων μάλα γελοίως, Ἄπολλον, ἔφη, δαιμονίας ὑπερβολῆς! Σὺ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, αἴτιος, ἀναγκάζων τὰ ἐμοὶ δοκοῦντα περὶ αὐτοῦ λέγειν. Καὶ μηδαμῶς γ', ἔφη, παύσῃ, εἰ μή τι, ἀλλὰ τὴν περὶ τὸν ἥλιον ὁμοιότητα αὖ διεξιών, εἴ τῃ ἀπολείπεις. Ἀλλὰ μήν, εἶπον, συχνά γε ἀπολείπω. Μηδὲ σμικρὸν τοίνυν, ἔφη, παραλίπῃς. Οἶμαι μέν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πολύ· ὅμως δέ, ὅσα γε ἐν τῷ παρόντι δυνατόν, ἑκὼν οὐκ ἀπολείψω. Μὴ γάρ, ἔφη. Νόησον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὡς περ λέγομεν, δύο αὐτὼ εἶναι, καὶ

maiestas. *Glau.* Decus narras inaestimabile, si scientiam quidem et veritatem praebet, ipsum vero decore haec superat. neque enim voluptatem ipsum esse dicis. *So.* Bona verba quaeso. atque ita planius eius imaginem contemplare. *Glau.* Quomodo? *So.* Solem quidem dices, ut arbitror, his, quae videntur, non modo vivendi praebere potentiam, verum etiam generationem, augmentum, nutritionem, cum ipse tamen generatio non sit. *Glau.* Quo enim pacto? *So.* Atque ita dicas bonum his, quae cognoscuntur, dare non modo ut cognoscantur, sed esse insuper et essentiam elargiri, cum ipsum essentia non sit, sed supra essentiam, dignitate ipsam et potentia superans. *Glau.* Aedepol, mirabilis hic excessus! *So.* Huius certe tu causa es, qui me compulisti ad ea, quae mihi de hoc viderentur, aperienda. *Glau.* Neque dum etiam desistas: sed absolve praecipue solis comparationem, si quid est praetermissum. *So.* Atqui multa praetermittuntur. *Glau.* Ne minimum quidem omittas. *So.* Reor equidem multa praeterea superfore: verumtamen quotcunque ad praesens referri poterunt, haud sponte dimittam. *Glau.* Ita precor. *So.* Cogita duo haec esse:

τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὡς περ λέγομεν, δύο αὐτὼ εἶναι, καὶ βασιλεύειν τὸ μὲν νοητοῦ γένους τε καὶ τόπου, τὸ δ' αὖ ὁρατοῦ, ἵνα μὴ οὐρανοῦ εἰπὼν δόξω σοι σοφίζεσθαι περὶ τὸ ὄνομα. ἀλλ' οὖν ἔχεις ταῦτα διττὰ εἴδη, ὁρατόν, νοητόν; Ἔχω. Ὡς περ τοίνυν γραμμὴν δίχα τετμημένην λαβὼν ἄνισα τμήματα, πάλιν τέμνε ἑκάτερον τὸ τμῆμα ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τό τε τοῦ ὁρωμένου γένους καὶ τὸ τοῦ νοουμένου, καί σοι ἔσαι σαφηνείᾳ καὶ ἀσαφείᾳ πρὸς ἄλληλα ἐν μὲν
D τῷ ὁρωμένῳ τὸ μὲν ἕτερον τμῆμα εἰκόνες. λέγω δὲ τὰς εἰκόνας πρῶτον μὲν τὰς σκιάς, ἔπειτα τὰ ἐν τοῖς ὕδασι φαντάσματα καὶ ἐν τοῖς ὅσα πυκνά τε καὶ 510
λεῖα καὶ φανὰ ξυνέστηκε, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον, εἰ κατανοεῖς. Ἀλλὰ κατανοῶ. Τὸ τοίνυν ἕτερον τίθει ᾧ τοῦτο ἔοικε, τά τε περὶ ἡμᾶς ζῶα καὶ πᾶν τὸ φυτευτὸν καὶ τὸ σκευαστὸν ὅλον γένος. Τίθημι, ἔφη. Ἦ καὶ ἐθέλοις ἂν αὐτὸ φάναι, ἦν δ' ἐγώ, διῃρῆσθαι ἀληθείᾳ τε καὶ μή, ὡς τὸ δοξαστὸν πρὸς τὸ γνωστόν, οὕτω τὸ ὁμοιωθὲν πρὸς τὸ ᾧ ὡμοιώθη; Ἔγωγ', ἔφη,
10 καὶ μάλα. Σκόπει δὴ αὖ καὶ τὴν τοῦ νοητοῦ τομὴν

sponte dimittam. *Glau.* Ita precor. *So.* Cogita duo haec esse: et unum quidem in genere locoque intelligibili regnare, alterum in visibili; ne sub coelo inquiens videar te circa nomen decipere. attamen species duas habeas, visibile scilicet et ipsum intelligibile. *Glau.* Habeo equidem. *So.* Perinde ac si acceperis lineam, in duas aequales sectam portiones, et utramque rursus partem simili ratione diviseris, ita nunc oblatum tibi genus, unum visibile, intelligibile alterum, in duo rursus secundum claritatem et obscuritatem utrumque distingue. in genere quippe visibili portio una imagines continebit. voco autem imagines primum umbras, deinde simulacra, quae in aquis apparent, et quae in corporibus densis, laevibus, tersis ac lucidis, et omne quodcunque tale: si tenes. *Glau.* Teneo. *So.* Portio vero altera comprehendet ea, quorum hae similitudines quaedam sunt: animalia videlicet, quae apud nos sunt, et plantas et universum fabricae genus. *Glau.* Sic pono. *So.* An vis praeterea secundum verum et non verum dicere genus hoc distingui? ut quemadmodum se habet, quod opinione fingitur, ad id quod scientia noscitur, ita simulacrum ad illud cuius est simile? *Glau.* Valde. *So.* Considera iterum intelligibi-

ἢ τμητέον. Πῇ; Ἧι τὸ μὲν αὐτοῦ τοῖς τότε τμηθεῖσιν ὡς εἰκόσι χρωμένη ψυχὴ ζητεῖν ἀναγκάζεται ἐξ ὑποθέσεων, οὐκ ἐπ' ἀρχὴν πορευομένη ἀλλ' ἐπὶ τελευτήν, τὸ δ' αὖ ἕτερον τὸ ἐπ' ἀρχὴν ἀνυπόθετον ἐξ ὑποθέσεως ἰοῦσα καὶ ἄνευ τῶν περὶ ἐκεῖνο εἰκόνων αὐτοῖς εἴδεσι δι' αὐτῶν τὴν μέθοδον ποιουμένη. Ταῦτ', ἔφη, ἃ λέγεις, οὐχ ἱκανῶς ἔμαθον. Ἀλλ' αὖθις, ἦν δ' ἐγώ· ῥᾷον γὰρ τούτων προειρημένων μαθήσει. οἶμαι γάρ σε εἰδέναι ὅτι οἱ περὶ τὰς γεωμετρίας τε καὶ λογισμοὺς καὶ τὰ τοιαῦτα πραγματευόμενοι, ὑποθέμενοι τό τε περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὰ σχήματα καὶ γωνιῶν τριττὰ εἴδη καὶ ἄλλα τούτων ἀδελφὰ καθ' ἑκάστην μέθοδον, ταῦτα μὲν ὡς εἰδότες, ποιησάμενοι ὑποθέσεις αὐτά, οὐδένα λόγον οὔτε αὐτοῖς οὔτε ἄλλοις ἔτι ἀξιοῦσι περὶ αὐτῶν διδόναι ὡς παντὶ φανερῶν, ἐκ τούτων δ' ἀρχόμενοι τὰ λοιπὰ ἤδη διεξιόντες τελευτῶσιν ὁμολογουμένως ἐπὶ τοῦτο οὗ ἂν ἐπὶ σκέψιν ὁρμήσωσιν. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, τοῦτό γε οἶδα. Οὐκοῦν καὶ ὅτι τοῖς ὁρωμένοις εἴδεσι προσχρῶνται καὶ τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ποιοῦνται, οὐ περὶ τούτων διανοούμενοι ἀλλ' ἐκείνων πέρι οἷς ταῦτα ἔοικε, τοῦ τετρα-

lis sectionem. *Glau.* Quo pacto? *So.* Unum quidem ipsius genus est, quod inquirit animus, his utens velut imaginibus, quae prius divisa sunt, compulsus ex suppositionibus non ad principium, sed ad finem procedere. alterum vero, quod excogitat animus ex suppositione procedens ad principium non suppositum; nec imaginibus utens, quibus ad genus alterum uti solemus, sed ipsis speciebus per ipsas progrediens. *Glau.* Haud satis, quae dicis, intelligo. *So.* At enim facilius per haec intelliges. arbitror te non latere, quod qui circa geometriam et arithmeticam et cetera generis eius versantur, supponunt quidem par et impar et figuras ac tres species angulorum et horum similia in argumentationibus singulis: et his positis, tanquam cuilibet manifestis, rationem de his nullam exigendam putant: atque hinc incipientes ad alia iam descendunt, et ad illud tandem perveniunt, quod quaerebant. *Glau.* Prorsus id novi. *So.* Enimvero et illud nosti, quod et supra dictis speciebus utuntur, deque illis verba faciunt: quanquam non ad eas mentem dirigunt, sed ad illa potius, quo-

γώνου αὐτοῦ ἕνεκα τοὺς λόγους ποιούμενοι καὶ διαμέτρου αὐτῆς, ἀλλ' οὐ ταύτης ἣν γράφουσι, καὶ τἆλλα οὕτως, αὐτὰ μὲν ταῦτα ἃ πλάττουσί τε καὶ γράφουσιν, ὧν καὶ σκιαὶ καὶ ἐν ὕδασιν εἰκόνες εἰσί, τούτοις μὲν ὡς εἰκόσιν αὖ χρώμενοι, ζητοῦντές τε αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν ἃ οὐκ ἂν ἄλλως ἴδοι τις ἢ τῇ διανοίᾳ. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Τοῦτο τοίνυν νοητοῦ μὲν τὸ εἶδος ἔλεγον, ὑποθέσεσι δ' ἀναγκαζομένην ψυχὴν χρῆσθαι περὶ τὴν ζήτησιν αὐτοῦ, οὐκ ἐπ' ἀρχὴν ἰοῦσαν, ὡς οὐ δυναμένην τῶν ὑποθέσεων ἀνωτέρω ἐκβαίνειν, εἰκόσι δὲ χρωμένην αὐτοῖς τοῖς ὑπὸ τῶν κάτω ἀπεικασθεῖσι καὶ ἐκείνοις πρὸς ἐκεῖνα, ὡς ἐναργέσι, δεδοξασμένοις τε καὶ τετιμημένοις. Μανθάνω, ἔφη, ὅτι τὸ ὑπὸ ταῖς γεωμετρίαις τε καὶ ταῖς ταύταις ἀδελφαῖς τέχναις λέγεις. Τὸ τοίνυν ἕτερον μάνθανε τμῆμα τοῦ νοητοῦ λέγοντά με τοῦτο, οὗ αὐτὸς ὁ λόγος ἅπτεται τῇ τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμει, τὰς ὑποθέσεις ποιούμενος οὐκ ἀρχὰς ἀλλὰ τῷ ὄντι ὑποθέσεις, οἷον ἐπιβάσεις τε καὶ ὁρμάς, ἵνα μέχρι τοῦ ἀνυποθέτου ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἰών, ἁψάμενος αὐτῆς, πάλιν αὖ ἐχόμενος 511

rum ista simulacra sunt, ad quadrangulum ipsum videlicet ipsumque diametrum; non ad ista, quae scribunt. et in aliis eodem modo speciebus quidem hisce, quas describunt figurantque, quarum et umbrae sunt et in aquis imagines, tanquam imaginibus quibusdam utuntur, affectantes illa conspicere, quae non aliter quam cogitatione percipiuntur. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Hanc generis intelligibilis speciem supra dicebam, ad cuius investigationem cogi animum suppositionibus uti, ad principium non eumtem, utpote qui supra suppositiones ascendere nequeat, utaturque imaginibus his, quae ex inferioribus sunt ad superiorum similitudinem comparatae, atque ita opinione conceptae distinctaeque sunt, quasi ad illa perspicue conferant. *Glau.* Intelligo equidem dici abs te, quod in geometria et aliis eius germanis artibus fieri solet. *So.* Alteram intelligibilis partem ad illud referre me scito, quod ipsa ratio per demonstrandi facultatem attingit, dum suppositiones non pro principiis habet, sed revera pro suppositionibus accipit, tanquam gradibus quibusdam et adminiculis utens, quousque ad illud, quod non supponitur, ad principium videlicet veniens universi, ipsum attingat, et rursus adhaereat illis, quae principia

τῶν ἐκείθης ἐχομένων, οὕτως ἐπὶ τελευτὴν καταβαίνῃ αἰσθητῷ παντάπασιν οὐδενὶ προσχρώμενος ἀλλ' εἴδεσιν αὐτοῖς δι' αὐτῶν εἰς αὐτά, καὶ τελευτᾷ εἰς εἴδη. Μανθάνω, ἔφη, ἱκανῶς μὲν οὔ, δοκεῖς γάρ μοι συγχὸν ἔργον λέγειν, ὅτι μέντοι βούλει διορίζειν σαφέστερον εἶναι τὸ ὑπὸ τῆς τοῦ διαλέγεσθαι ἐπιστήμης τοῦ ὄντος τε καὶ νοητοῦ θεωρούμενον ἢ τὸ ὑπὸ τῶν τεχνῶν καλουμένων, αἷς αἱ ὑποθέσεις ἀρχαὶ καὶ διανοίᾳ μὲν ἀναγκάζονται ἀλλὰ μὴ αἰσθήσεσιν αὐτὰ θεᾶσθαι οἱ θεώμενοι, διὰ δὲ τὸ μὴ ἐπ' ἀρχὴν ἀνελθόντας σκοπεῖν ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεων νοῦν οὐκ ἴσχειν περὶ αὐτὰ δοκοῦσί σοι, καί τοι νοητῶν ὄντων μετὰ ἀρχῆς. διάνοιαν δὲ καλεῖν μοι δοκεῖς τὴν τῶν γεωμετρικῶν τε καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἕξιν ἀλλ' οὐ νοῦν, ὡς μεταξύ τι δόξης τε καὶ νοῦ τὴν διάνοιαν οὖσαν. Ἱκανώτατα, ἦν δ' ἐγώ, ἀπεδέξω. καί μοι ἐπὶ τοῖς τέτταρσι τμήμασι τέτταρα ταῦτα παθήματα ἐν τῇ ψυχῇ γιγνόμενα λαβέ, νόησιν μὲν ἐπὶ τῷ ἀνωτάτω, διάνοιαν δὲ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ, τῷ τρίτῳ δὲ πίστιν ἀπόδος καὶ τῷ τελευταίῳ εἰκασίαν, καὶ τάξον αὐτὰ ἀνὰ λό-

haerent, atque ita ad finem usque perveniat, nullo prorsus sensibili utens, sed ipsis speciebus, per ipsas atque ad ipsas progrediens. *Glau.* Intelligo tandem: quanquam minime sufficienter, ut cuperem. videris enim mihi magnum opus proponere. moliris quidem disserere, partem illam vere exsistentis et intelligibilis generis, quam per demonstrationis scientiam speculamur, illa esse clariorem, quam ex illis scientiis, quae artes appellantur, investigamus: in quibus pro principiis suppositiones habentur: et qui ista considerant, cogitatione coguntur, non sensibus intueri. Quoniam vero ad principium non ascendunt, sed ex suppositionibus indagant, intellectum circa haec habere tibi nequaquam videntur, licet cum principio intelligibilia sint. Videris autem mihi geometricarum et similium rerum habitum cogitationem potius appellare quam intellectum, quasi cogitatio, inter opinionem et intellectum medium teneat. *So.* Sufficienter admodum percepisti. Atque ad has quatuor proportiones quatuor itidem animi affectiones accipe: intelligentiam quidem ad supremum ipsum, ad secundum cogitationem, ad tertium fidem, ad postremum vero assimilationem sive imaginationem. Haec prae-

γον, ὥς περ ἐφ' οἷς ἔξιν ἀληθείας μετέχειν, οὕτω ταῦτα σαφηνείας ἡγησάμενος μετέχειν. Μανθάνω, ἔφη, καὶ ξυγχωρῶ καὶ τάττω ὡς λέγεις.

terea invicem alternae ratione proportionis ordina, ut ita haec claritatem participent, quemadmodum illa, circa quae sunt, veritatem. *Glau.* Intelligo equidem, et, quod dicis, admitto: et ut iubes, ita dispono.

Z.

514 Μετὰ ταῦτα δή, εἶπον, ἀπείκασον τοιούτῳ πάθει τὴν ἡμετέραν φύσιν παιδείας τε πέρι καὶ ἀπαιδευσίας· ἴδε γὰρ ἀνθρώπους οἷον ἐν καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει, ἀναπεπταμένην πρὸς τὸ φῶς τὴν εἴσοδον ἐχούσῃ μακρὰν παρ' ἅπαν τὸ σπήλαιον, ἐν ταύτῃ ἐκ παίδων ὄντας ἐν δεσμοῖς καὶ τὰ σκέλη καὶ τοὺς αὐχένας, ὥστε μένειν τε αὐτοὺς εἰς τε τὸ πρόσθεν μόνον ὁρᾶν, κύκλῳ δὲ τὰς κεφαλὰς ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἀδυνάτους περιάγειν, φῶς δὲ αὐτοῖς πυρὸς ἄνωθεν καὶ πόρρωθεν καόμενον ὄπισθεν αὐτῶν, μεταξὺ δὲ τοῦ πυρὸς καὶ τῶν δεσμωτῶν ἐπάνω ὁδόν, παρ' ἣν ἰδὲ τειχίον παρῳκοδομημένον, ὥς περ τοῖς θαυματοποιοῖς πρὸ τῶν ἀνθρώπων πρόκειται τὰ παραφράγματα ὑπὲρ ὧν τὰ

Post haec naturam nostram, quoad eruditionem et ruditatem attinet, tali quadam imagine contemplare. Finge animo subterraneum specus, cuius ingressus versus lumen per antrum totum pervium undique pateat. in eo homines nutritos a pueritia, cervicem et crura ita devinctos ut et immobiles permanere cogantur et ad anteriora solum prospicere, capita vero vinculis adstricta circumducere nequeant. post tergum autem superne ac procul ignis lumen suspensum sit: interque ignem et vinctos homines via superior pateat, secus quam paries sit constructus exiguus; sicut plerumque praestigiatoribus miracula fingentibus scenae seu cortinae aliquae, super quibus sua miranda demonstrant, coram spe-

θαύματα δεικνύασιν. Ὁρῶ, ἔφη. Ὅρα τοίνυν παρὰ τοῦτο τὸ τειχίον φέροντας ἀνθρώπους σκεύη τε παντοδαπὰ ὑπερέχοντα τοῦ τειχίου καὶ ἀνδριάντας καὶ ἄλλα ζῶα λίθινά τε καὶ ξύλινα καὶ παντοῖα εἰργασμένα, οἷον εἰκός, τοὺς μὲν φθεγγομένους, τοὺς δὲ σιγῶντας τῶν παραφερόντων. Ἄτοπον, ἔφη, λέγεις εἰκόνα καὶ δεσμώτας ἀτόπους. Ὁμοίους ἡμῖν, ἦν δ' ἐγώ· τοὺς γὰρ τοιούτους πρῶτον μὲν ἑαυτῶν τε καὶ ἀλλήλων οἴει ἄν τι ἑωρακέναι ἄλλο πλὴν τὰς σκιὰς τὰς ὑπὸ τοῦ πυρὸς εἰς τὸ καταντικρὺ αὐτῶν τοῦ σπηλαίου προσπιπτούσας; Πῶς γάρ, ἔφη, εἰ ἀκινήτους γε τὰς κεφαλὰς ἔχειν ἠναγκασμένοι εἶεν διὰ βίου; Τί δὲ τῶν παραφερομένων; οὐ ταὐτὸν τοῦτο; Τί μήν; Εἰ οὖν διαλέγεσθαι οἷοί τ' εἶεν πρὸς ἀλλήλους, οὐ ταῦτα ἡγεῖ ἂν τὰ παρόντα αὐτοὺς νομίζειν ὀνομάζειν ἃ περ ὁρῷεν; Ἀνάγκη. Τί δ'; εἰ καὶ ἠχὼ τὸ δεσμωτήριον ἐκ τοῦ καταντικρὺ ἔχοι, ὁπότε τις τῶν παριόντων φθέγξαιτο, οἴει ἂν ἄλλο τι αὐτοὺς ἡγεῖσθαι τὸ φθεγγόμενον ἢ τὴν παριοῦσαν σκιάν; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφη. Παντάπασι δή, ἦν δ' ἐγώ, οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἂν ἄλλο τι νομίζοιεν τὸ ἀληθὲς ἢ τὰς τῶν σκευαζῶν σκιάς. Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη. Σκόπει δή, ἦν δ' ἐγώ, αὖ-

stantium oculis opponuntur. *Glau.* Esto. *So.* Cogita rursus homines intra parietem ferentes vasa varia supra parietem eminentia, statuasque hominum, et aliorum animalium lapideas et ligneas imagines, modisque variis fabricatas: atque, ut consentaneum est, qui haec circumferunt, partim sileant, partim loquantur. *Glau.* Quam portentosa haec figmenta sunt. *So.* At similes isti nobis sunt. nam primum quidem putas istos aliud quicquam vel sui ipsorum vel proximorum hominum videre praeter umbras, quae ex igne ad adversam speluncae partem cadunt? *Glau.* Nihil aliud, si nunquam in vita movere capita potuerunt. *So.* Quid autem eorum, quae circumferuntur? nonne umbras duntaxat. *Glau.* Nempe. *So.* Si ergo invicem loquī liceret, nonne ista quae coram viderent loqui opinarentur? *Glau.* Necesse est. *So.* Quod si echo ex adversa parte carceris resonaret, quotiens praetereuntium aliquis loqueretur, putasne ipsos nisi transeuntium umbras aliud putare quod loquitur? *Glau.* Non per Iovem. *So.* Omnino igitur tales nihil verum esse, nisi fabricatarum rerum umbras arbitrarentur. *Glau.* Ita prorsus necesse est. *So.* Contra vero nunc ani-

τῶν λύσιν τε καὶ ἴασιν τῶν τε δεσμῶν καὶ τῆς ἀφροσύνης, οἵα τις ἂν εἴη, εἰ φύσει τοιάδε ξυμβαίνοι αὐτοῖς· ὁπότε τις λυθείη καὶ ἀναγκάζοιτο ἐξαίφνης ἀνίστασθαί τε καὶ περιάγειν τὸν αὐχένα καὶ βαδίζειν καὶ πρὸς τὸ φῶς ἀναβλέπειν, πάντα δὲ ταῦτα ποιῶν ἀλγοῖ τε καὶ διὰ τὰς μαρμαρυγὰς ἀδυνατοῖ καθορᾶν ἐκεῖνα ὧν τότε τὰς σκιὰς ἑώρα, τί ἂν οἴει αὐτὸν εἰπεῖν, εἴ τις αὐτῷ λέγοι ὅτι τότε μὲν ἑώρα φλυαρίας, νῦν δὲ μᾶλλόν τι ἐγγυτέρω τοῦ ὄντος καὶ πρὸς μᾶλλον ὄντα τετραμμένος ὀρθότερα βλέπει, καὶ δὴ καὶ ἕκαστον τῶν παριόντων δεικνὺς αὐτῷ ἀναγκάζοι ἐρωτῶν ἀποκρίνεσθαι ὅ τι ἔστιν; οὐκ οἴει αὐτὸν ἀπορεῖν τε ἂν καὶ ἡγεῖσθαι τὰ τότε ὁρώμενα ἀληθέστερα ἢ τὰ νῦν δεικνύμενα; Πολύ γ', ἔφη. Οὐκοῦν κἂν εἰ πρὸς αὐτὸ τὸ φῶς ἀναγκάζοι αὐτὸν βλέπειν, ἀλγεῖν τε ἂν τὰ ὄμματα καὶ φεύγειν ἀποστρεφόμενον πρὸς ἐκεῖνα ἃ δύναται καθορᾶν, καὶ νομίζειν ταῦτα τῷ ὄντι σαφέστερα τῶν δεικνυμένων; Οὕτως, ἔφη. Εἰ δ', ἦν δ' ἐγώ, ἐντεῦθεν ἕλκοι τις αὐτὸν βίᾳ διὰ τραχείας τῆς ἀναβάσεως καὶ ἀνάντους καὶ μὴ ἀνείη πρὶν ἐξελκύσειεν εἰς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἆρα οὐχὶ ὀδυνᾶσθαί τε αν καὶ ἀγανακτεῖν ἑλκόμενον, καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὸ φῶς ἔλθοι,

madvente, qualis foret eorum a vinculis solutio ignorantiaeque curatio. Nempe si quis eorum solveretur, cogereturque repente surgere, collum vertere, ambulare, lumen ipsum aspicere: doleret protinus nec propter splendorem intueri posset illa, quorum umbras ante cernebat. Tunc si quis illi dixerit prius eum nugas spectasse, in praesenti autem rebus veris esse propinquiorem veriusque inspicere; ac praetereuntium quemque monstrans, quid sit quaesiverit: nonne illum vacillaturum putas, arbitraturumque veriora esse, quae ante cernebat, quam quae nunc ostenduntur? *Glau.* Multum. *So.* Et si coëgerit eum lumen aspicere, nonne dolore oculorum affici ipsum putas, oculosque ad ea, quae facile prius viderat, retorquere, certiora ipsa existimantem quam quae subito offeruntur? *Glau.* Ita nimirum. *So.* Si vero aliquis eundem per aspera atque ardua sursum traheret violenter, neque permitteret quicquam aspicere antequam ad solis lumen extraxisset: nonne dolere ipsum et aegre ferre, dum raptaretur, existimas? et cum

αὐγῆς ἂν ἔχοντα τὰ ὄμματα μεχρὶ ὁρᾷν οὐδ' ἂν ἓν δύνασθαι τῶν νῦν λεγομένων ἀληθῶν; Οὐ γὰρ ἄν, ἔφη, ἐξαίφνης γε. Συνηθείας δή, οἶμαι, δέοιτ' ἄν, εἰ μέλλοι τἄνω ὄψεσθαι, καὶ πρῶτον μὲν τὰς σκιὰς ἂν ῥᾷστα καθορᾴη, καὶ μετὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὕδασι τά τε τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰ τῶν ἄλλων εἴδωλα, ὕστερον δὲ αὐτά· ἐκ δὲ τούτων τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν νύκτωρ ἂν ῥᾷον θεάσαιτο, προσβλέπων τὸ τῶν ἄστρων τε καὶ σελήνης φῶς, ἢ μεθ' ἡμέραν τὸν ἥλιόν τε καὶ τὸ τοῦ ἡλίου. Πῶς δ' οὔ; Τελευταῖον δή, οἶμαι, τὸν ἥλιον, οὐκ ἐν ὕδασιν οὐδ' ἐν ἀλλοτρίᾳ ἕδρᾳ φαντάσματα αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸν καθ' αὑτὸν ἐν τῇ αὐτοῦ χώρᾳ δύναιτ' ἂν κατιδεῖν καὶ θεάσασθαι οἷός ἐστιν. Ἀναγκαῖον, ἔφη. Καὶ μετὰ ταῦτ' ἂν ἤδη συλλογίζοιτο περὶ αὐτοῦ ὅτι οὗτος ὁ τάς τε ὥρας παρέχων καὶ ἐνιαυτοὺς καὶ πάντα ἐπιτροπεύων τὰ ἐν τῷ ὁρωμένῳ τόπῳ, καὶ ἐκείνων ὧν σφεῖς ἑώρων τρόπον τινὰ πάντων αἴτιος. Δῆλον, ἔφη, ὅτι ἐπὶ ταῦτα ἂν μετ' ἐκεῖνα ἔλθοι. Τί οὖν; ἀναμιμνησκόμενον αὐτὸν τῆς πρώτης οἰκήσεως καὶ τῆς ἐκεῖ σοφίας καὶ τῶν τότε ξυνδεσμωτῶν οὐκ ἂν οἴει ἑαυτὸν μὲν εὐδαιμονίζειν

ad lumen evectus fuerit, oculos splendore suffusum haerere, nihilque ex his posse conspicere, quae vera nunc ab hominibus existimantur? *Glau.* Nihil certe subito. *So.* Consuetudine igitur primum opus est, si supera inspecturus sit. umbrasque primum facilius intuebitur: post haec in aquis hominum ceterorumque imagines. ipsa vero deinde, postea quae in coelo sunt, et ipsum coelum nocte facilius contemplabitur, dum astrorum et lunae lumen spectabit, quam si solem ipsum die solisque fulgorem intueatur. *Glau.* Procul dubio. *So.* Atque ita demum solem ipsum suspiciet: neque iam in aquis et aliena in regione simulacra ipsius spectabit, sed ipsum secundum se ipsum in sede propria speculabitur, et, qualis sit, cognoscere poterit. *Glau.* Necesse est. *So.* Animadvertet tandem ipsum esse, qui tempora et annos temperat, qui omnia regit, quae sub coelo sunt, qui omnium, quae ante ab ipsis visa sunt, modo quodam est auctor. *Glau.* Certum est huc illum hisce gradibus ascensurum. *So.* Quid si habitationem pristinam memoria repetat et illorum hominum sapientiam atque vincula: an non censes eum beatum se loci mutatione existimaturum,

τῆς μεταβολῆς, τοὺς δ' ἐλεεῖν; Καὶ μάλα. Τιμαὶ δὲ καὶ ἔπαινοι εἴ τινες αὐτοῖς ἦσαν τότε παρ' ἀλλήλων καὶ γέρα τῷ ὀξύτατα καθορῶντι τὰ παριόντα, καὶ μνημονεύοντι μάλιστα ὅσα τε πρότερα αὐτῶν καὶ ὕστερα εἰώθει καὶ ἅμα πορεύεσθαι, καὶ ἐκ τούτων δὴ δυνατώτατα ἀπομαντευομένῳ τὸ μέλλον ἥξειν, δοκεῖς ἂν αὐτὸν ἐπιθυμητικῶς αὐτῶν ἔχειν καὶ ζηλοῦν τοὺς παρ' ἐκείνοις τιμωμένους τε καὶ ἐνδυναστεύοντας, ἢ τὸ τοῦ Ὁμήρου ἂν πεπονθέναι καὶ σφόδρα βούλεσθαι ἐπάρουρον ἐόντα θητευέμεν ἄλλῳ ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ καὶ ὁτιοῦν ἂν πεπονθέναι μᾶλλον ἢ ἐκεῖνά τε δοξάζειν καὶ ἐκείνως ζῆν; Οὕτως, ἔφη, ἔγωγε οἶμαι πᾶν μᾶλλον πεπονθέναι ἂν δέξασθαι ἢ ζῆν ἐκείνως. Καὶ τόδε δὴ ἐννόησον, ἦν δ' ἐγώ. εἰ πάλιν ὁ τοιοῦτος καταβὰς εἰς τὸν αὐτὸν θάκον καθίζοιτο, ἆρ' οὐ σκότους ἀνάπλεως σχοίη τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαίφνης ἥκων ἐκ τοῦ ἡλίου; Καὶ μάλα γ', ἔφη. Τὰς δὲ δὴ σκιὰς ἐκείνας πάλιν εἰ δέοι αὐτὸν γνωματεύοντα διαμιλλᾶσθαι τοῖς ἀεὶ δεσμώταις ἐκείνοις, ἐν ᾧ ἀμβλυώττοι πρὶν καταζῆναι τὰ
517 ὄμματα, οὗτος δ' ὁ χρόνος μὴ πάνυ ὀλίγος εἴη τῆς συνηθείας, ἆρ' οὐ γέλωτ' ἂν παράσχοι καὶ λέγοιτο ἂν

illos autem miseraturum? *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Praeterea si qui honores ibi invicem exhibebantur et laudes, dabanturque praemia illi, qui transeuntia quaelibet acute cerneret, recordareturque maxime, quae ex illis priora, quae posteriora, quae pariter progredi soleant, atque ex his futura optime praesagiret: haecne desideraturum ipsum putas, beatosque illos, qui apud eos honorantur et dominantur, existimaturum? vel, quod ait Homerus, sibi cuperet evenire, in alieno scilicet rure exsortis alicuius servi mancipium effici, et quidlibet aliud perpeti potius quam opinionibus illis illudi et in ea miseria degere? *Glau.* Arbitror eum quaecunque alia potius quam vitam eiusmodi electurum. *So.* Si rursus iste descendat, eandemque sedem, quam antea, nanciscatur: nonne, cum repente a sole discesserit, tenebris offundetur? *Glau.* Vehementer. *So.* Ac si umbras illas discernere oporteat, deque ipsis disceptare cum illis, qui perpetuis vinculis pressi sunt, proferendaque sententia sit eo ipso in tempore, quo oculi ipsius allucinantur, antequam acies expurgetur, quod quidem non brevi fiet, an non risum concitabit? eique ab omnibus dedecori dabitur,

περὶ αὐτοῦ ὡς ἀναβὰς ἄνω διεφθαρμένος ἥκει τὰ ὄμματα, καὶ ὅτι οὐκ ἄξιον οὐδὲ πειρᾶσθαι ἄνω ἰέναι; καὶ τὸν ἐπιχειροῦντα λύειν τε καὶ ἀνάγειν, εἴ πως ἐν ταῖς χερσὶ δύναιντο λαβεῖν καὶ ἀποκτείνειν, ἀποκτιννύναι ἄν; Σφόδρα γ', ἔφη. Ταύτην τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὴν εἰκόνα, ὦ φίλε Γλαύκων, προσαπτέον ἅπασαν τοῖς ἔμπροσθεν λεγομένοις, τὴν μὲν δι' ὄψεως φαινομένην ἕδραν τῇ τοῦ δεσμωτηρίου οἰκήσει ἀφομοιοῦντα, τὸ δὲ τοῦ πυρὸς ἐν αὐτῇ φῶς τῇ τοῦ ἡλίου δυνάμει· τὴν δὲ ἄνω ἀνάβασιν καὶ θέαν τῶν ἄνω τὴν εἰς τὸν νοητὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἄνοδον τιθεὶς οὐχ ἁμαρτήσει τῆς γ' ἐμῆς ἐλπίδος, ἐπειδὴ ταύτης ἐπιθυμεῖς ἀκούειν· θεὸς δέ που οἶδεν εἰ ἀληθὴς οὖσα τυγχάνει. τὰ δ' οὖν ἐμοὶ φαινόμενα οὕτω φαίνεται, ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα καὶ μόγις ὁρᾶσθαι, ὀφθεῖσα δὲ συλλογιστέα εἶναι ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη ὀρθῶν τε καὶ καλῶν αἰτία, ἔν τε ὁρατῷ φῶς καὶ τὸν τούτου κύριον τεκοῦσα ἔν τε νοητῷ αὐτὴ κυρία ἀλήθειαν καὶ νοῦν παρασχομένη, καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμφρόνως πράξειν ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ. Ξυνοίομαι, ἔφη, καὶ ἐγώ, ὃν γε δὴ τρόπον δύ-

quod, postquam sursum ascendit, corruptis reversus est oculis? dicetur que nunquam ad supera contendendum esse, et eum, qui solvere tentet et sursum ducere, si deprehendatur, protinus occidendum? Tota haec imago, o amice Glauco, referenda est ad illa, quae supra dicta sunt: carcer quidem iste ad eam, quae cernitur oculis, mundi machinam: lumen vero ignis in specu ad solis potentiam: postremo si ascensum ad supera eorumque conspectum rite ad eum, qui ad intelligibilem regionem tendit, ascensum retuleris, ut ego quidem spero, non aberrabis, postquam sententiam meam audire desideras. Deus autem novit, an vera sit. Quae igitur mihi apparent, huc tendunt. nempe arbitror in ordine ipso intelligibili boni ipsius ideam supremam exsistere, vixque videri, si autem visa fuerit, asserendum eam omnibus omnium rectorum atque bonorum causam esse, cum ipsa in loco visibili lumen creaverit et luminis auctorem, in ipso vero intelligibili regnet ipsa, veritatemque et mentem protulerit: quam nosse necesse sit omnem, quicunque sana mente quicquam vel privatim vel publice est acturus. *Glau.* Ita et ipse cogito, utcunque possum. *So.* Age

ἢ τμητέον. Πῇ; Ἧι τὸ μὲν αὐτοῦ τοῖς τότε τμηθεῖσιν ὡς εἰκόσι χρωμένη ψυχὴ ζητεῖν ἀναγκάζεται ἐξ ὑποθέσεων, οὐκ ἐπ' ἀρχὴν πορευομένη ἀλλ' ἐπὶ τελευτήν, τὸ δ' αὖ ἕτερον τὸ ἐπ' ἀρχὴν ἀνυπόθετον ἐξ ὑποθέσεως ἰοῦσα καὶ ἄνευ τῶν περὶ ἐκεῖνο εἰκόνων αὐτοῖς εἴδεσι δι' αὐτῶν τὴν μέθοδον ποιουμένη. Ταῦτ', ἔφη, ἃ λέγεις, οὐχ ἱκανῶς ἔμαθον. Ἀλλ' αὖθις, ἦν δ' ἐγώ· ῥᾷον γὰρ τούτων προειρημένων μαθήσει. οἶμαι γάρ σε εἰδέναι ὅτι οἱ περὶ τὰς γεωμετρίας τε καὶ λογισμοὺς καὶ τὰ τοιαῦτα πραγματευόμενοι, ὑποθέμενοι τό τε περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὰ σχήματα καὶ γωνιῶν τριττὰ εἴδη καὶ ἄλλα τούτων ἀδελφὰ καθ' ἑκάστην μέθοδον, ταῦτα μὲν ὡς εἰδότες, ποιησάμενοι ὑποθέσεις αὐτά, οὐδένα λόγον οὔτε αὐτοῖς οὔτε ἄλλοις ἔτι ἀξιοῦσι περὶ αὐτῶν διδόναι ὡς παντὶ φανερῶν, ἐκ τούτων δ' ἀρχόμενοι τὰ λοιπὰ ἤδη διεξιόντες τελευτῶσιν ὁμολογουμένως ἐπὶ τοῦτο οὗ ἂν ἐπὶ σκέψιν ὁρμήσωσιν. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, τοῦτό γε οἶδα. Οὐκοῦν καὶ ὅτι τοῖς ὁρωμένοις εἴδεσι προσχρῶνται καὶ τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ποιοῦνται, οὐ περὶ τούτων διανοούμενοι ἀλλ' ἐκείνων πέρι οἷς ταῦτα ἔοικε, τοῦ τετρα-

lis sectionem. *Glau.* Quo pacto? *So.* Unum quidem ipsius genus est, quod inquirit animus, his utens velut imaginibus, quae prius divisa sunt, compulsus ex suppositionibus non ad principium, sed ad finem procedere. alterum vero, quod excogitat animus ex suppositione procedens ad principium non suppositum; nec imaginibus utens, quibus ad genus alterum uti solemus, sed ipsis speciebus per ipsas progrediens. *Glau.* Haud satis, quae dicis, intelligo. *So.* At enim facilius per haec intelliges. arbitror te non latere, quod qui circa geometriam et arithmeticam et cetera generis eius versantur, supponunt quidem par et impar et figuras ac tres species angulorum et horum similia in argumentationibus singulis: et his positis, tanquam cuilibet manifestis, rationem de his nullam exigendam putant: atque hinc incipientes ad alia iam descendunt, et ad illud tandem perveniunt, quod quaerebant. *Glau.* Prorsus id novi. *So.* Enimvero et illud nosti, quod et supra dictis speciebus utuntur, deque illis verba faciunt: quanquam non ad eas mentem dirigunt, sed ad illa potius, quo-

γώνου αὐτοῦ ἕνεκα τοὺς λόγους ποιούμενοι καὶ διαμέτρου αὐτῆς, ἀλλ' οὐ ταύτης ἣν γράφουσι, καὶ τἆλλα οὕτως, αὐτὰ μὲν ταῦτα ἃ πλάττουσί τε καὶ γράφουσιν, ὧν καὶ σκιαὶ καὶ ἐν ὕδασιν εἰκόνες εἰσί, τούτοις μὲν ὡς εἰκόσιν αὖ χρώμενοι, ζητοῦντές τε αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν ἃ οὐκ ἂν ἄλλως ἴδοι τις ἢ τῇ διανοίᾳ. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Τοῦτο τοίνυν νοητοῦ μὲν τὸ εἶδος ἔλεγον, ὑποθέσεσι δ' ἀναγκαζομένην ψυχὴν χρῆσθαι περὶ τὴν ζήτησιν αὐτοῦ, οὐκ ἐπ' ἀρχὴν ἰοῦσαν, ὡς οὐ δυναμένην τῶν ὑποθέσεων ἀνωτέρω ἐκβαίνειν, εἰκόσι δὲ χρωμένην αὐτοῖς τοῖς ὑπὸ τῶν κάτω ἀπεικασθεῖσι καὶ ἐκείνοις πρὸς ἐκεῖνα, ὡς ἐναργέσι, δεδοξασμένοις τε καὶ τετιμημένοις. Μανθάνω, ἔφη, ὅτι τὸ ὑπὸ ταῖς γεωμετρίαις τε καὶ τοῖς τούτοις ἀδελφαῖς τέχναις λέγεις. Τὸ τοίνυν ἕτερον μάνθανε τμῆμα τοῦ νοητοῦ λέγοντά με τοῦτο, οὗ αὐτὸς ὁ λόγος ἅπτεται τῇ τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμει, τὰς ὑποθέσεις ποιούμενος οὐκ ἀρχὰς ἀλλὰ τῷ ὄντι ὑποθέσεις, οἷον ἐπιβάσεις τε καὶ ὁρμάς, ἵνα μέχρι τοῦ ἀνυποθέτου ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἰών, ἁψάμενος αὐτῆς, πάλιν αὖ ἐχόμενος

rum ista simulacra sunt, ad quadrangulum ipsum videlicet ipsumque diametrum; non ad ista, quae scribunt. et in aliis eodem modo speciebus quidem hisce, quas describunt figurantque, quarum et umbrae sunt et in aquis imagines, tanquam imaginibus quibusdam utuntur, affectantes illa conspicere, quae non aliter quam cogitatione percipiuntur. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Hanc generis intelligibilis speciem supra dicebam, ad cuius investigationem cogi animum suppositionibus uti, ad principium non euntem, utpote qui supra suppositiones ascendere nequeat, utaturque imaginibus his, quae ex inferioribus sunt ad superiorum similitudinem comparatae, atque ita opinione conceptae distinctaeque sunt, quasi ad illa perspicue conferant. *Glau.* Intelligo equidem dici abs te, quod in geometria et aliis eius germanis artibus fieri solet. *So.* Alteram intelligibilis partem ad illud referre me scito, quod ipsa ratio per demonstrandi facultatem attingit, dum suppositiones non pro principiis habet, sed revera pro suppositionibus accipit, tanquam gradibus quibusdam et adminiculis utens, quousque ad illud, quod non supponitur, ad principium videlicet veniens universi, ipsum attingat, et rursus adhaereat illis, quae principia

τῶν ἐκείθης ἐχομένων, οὕτως ἐπὶ τελευτὴν καταβαίνῃ αἰσθητῷ παντάπασιν οὐδενὶ προσχρώμενος ἀλλ' εἴδεσιν αὐτοῖς δι' αὐτῶν εἰς αὐτά, καὶ τελευτᾷ εἰς εἴδη. Μανθάνω, ἔφη, ἱκανῶς μὲν οὔ, δοκεῖς γάρ μοι συχνὸν ἔργον λέγειν, ὅτι μέντοι βούλει διορίζειν σαφέστερον εἶναί τι ὑπὸ τῆς τοῦ διαλέγεσθαι ἐπιστήμης τοῦ ὄντος τε καὶ νοητοῦ θεωρούμενον ἢ τὸ ὑπὸ τῶν τεχνῶν καλουμένων, αἷς αἱ ὑποθέσεις ἀρχαὶ καὶ διανοίᾳ μὲν ἀναγκάζονται ἀλλὰ μὴ αἰσθήσεσιν αὐτὰ θεᾶσθαι οἱ θεώμενοι, διὰ δὲ τὸ μὴ ἐπ' ἀρχὴν ἀνελθόντας σκοπεῖν ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεων νοῦν οὐκ ἴσχειν περὶ αὐτὰ δοκοῦσί σοι, καί τοι νοητῶν ὄντων μετὰ ἀρχῆς. διάνοιαν δὲ καλεῖν μοι δοκεῖς τὴν τῶν γεωμετρικῶν τε καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἕξιν ἀλλ' οὐ νοῦν, ὡς μεταξύ τι δόξης τε καὶ νοῦ τὴν διάνοιαν οὖσαν. Ἱκανώτατα, ἦν δ' ἐγώ, ἀπεδέξω. καί μοι ἐπὶ τοῖς τέτταρσι τμήμασι τέτταρα ταῦτα παθήματα ἐν τῇ ψυχῇ γιγνόμενα λαβέ, νόησιν μὲν ἐπὶ τῷ ἀνωτάτῳ, διάνοιαν δὲ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ, τῷ τρίτῳ δὲ πίστιν ἀπόδος καὶ τῷ τελευταίῳ εἰκασίαν, καὶ τάξον αὐτὰ ἀνὰ λό-

haerent, atque ita ad finem usque perveniat, nullo prorsus sensibili utens, sed ipsis speciebus, per ipsas atque ad ipsas progrediens. *Glau.* Intelligo tandem: quanquam minime sufficienter, ut cuperem. videris enim mihi magnum opus proponere. moliris quidem disserere, partem illam vere exsistentis et intelligibilis generis, quam per demonstrationis scientiam speculamur, illa esse clariorem, quam ex illis scientiis, quae artes appellantur, investigamus: in quibus pro principiis suppositiones habentur: et qui ista considerant, cogitatione coguntur, non sensibus intueri. Quoniam vero ad principium non ascendunt, sed ex suppositionibus indagant, intellectum circa haec habere tibi nequaquam videntur, licet cum principio intelligibilia sint. Videris autem mihi geometricarum et similium rerum habitum cogitationem potius appellare quam intellectum, quasi cogitatio, inter opinionem et intellectum medium teneat. *So.* Sufficienter admodum percepisti. Atque ad has quatuor proportiones quatuor itidem animi affectiones accipe: intelligentiam quidem ad supremum ipsum, ad secundum cogitationem, ad tertium fidem, ad postremum vero assimilationem sive imaginationem. Haec prae-

γον, ὡς περ ἐφ' οἷς ἔξιν ἀληθείας μετέχειν, οὕτω ταῦτα σαφηνείας ἡγησάμενος μετέχειν. Μανθάνω, ἔφη, καὶ ξυγχωρῶ καὶ τάττω ὡς λέγεις.

terea invicem alternae ratione proportionis ordine, ut ita haec claritatem participent, quemadmodum illa, circa quae sunt, veritatem. *Glau.* Intelligo equidem, et, quod dicis, admitto: et ut iubes, ita dispono.

Z.

514 Μετὰ ταῦτα δή, εἶπον, ἀπείκασον τοιούτῳ πάθει τὴν ἡμετέραν φύσιν παιδείας τε πέρι καὶ ἀπαιδευσίας· ἰδὲ γὰρ ἀνθρώπους οἷον ἐν καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει, ἀναπεπταμένην πρὸς τὸ φῶς τὴν εἴσοδον ἐχούσῃ μακρὰν παρ' ἅπαν τὸ σπήλαιον, ἐν ταύτῃ ἐκ παίδων ὄντας ἐν δεσμοῖς καὶ τὰ σκέλη καὶ τοὺς αὐχένας, ὥστε μένειν τε αὐτοὺς εἴς τε τὸ πρόσθεν μόνον ὁρᾶν, κύκλῳ δὲ τὰς κεφαλὰς ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἀδυνάτους περιάγειν, φῶς δὲ αὐτοῖς πυρὸς ἄνωθεν καὶ πόρρωθεν καόμενον ὄπισθεν αὐτῶν, μεταξὺ δὲ τοῦ πυρὸς καὶ τῶν δεσμωτῶν ἐπάνω ὁδόν, παρ' ἣν ἰδὲ τειχίον παρῳκοδομημένον, ὥς περ τοῖς θαυματοποιοῖς πρὸ τῶν ἀνθρώπων πρόκειται τὰ παραφράγματα ὑπὲρ ὧν τὰ

Post haec naturam nostram, quoad eruditionem et ruditatem attinet, tali quadam imagine contemplare. Finge animo subterraneum specus, cuius ingressus versus lumen per antrum totum pervium undique pateat. in eo homines nutritos a pueritia, cervicem et crura ita devinctos ut et immobiles permanere cogantur et ad anteriora solum prospicere, capita vero vinculis adstricta circumducere nequeant. post tergum autem superne ac procul ignis lumen suspensum sit: interque ignem et vinctos homines via superior pateat, secus quam paries sit constructus exiguus; sicut plerumque praestigiatoribus miracula fingentibus scenae seu cortinae aliquae, super quibus sua miranda demonstrant, coram spe-

θαύματα δεικνύασιν. Ὁρῶ, ἔφη. Ὅρα τοίνυν παρὰ τοῦτο τὸ τειχίον φέροντας ἀνθρώπους σκεύη τε παντοδαπὰ ὑπερέχοντα τοῦ τειχίου καὶ ἀνδριάντας καὶ ἄλλα ζῶα λίθινά τε καὶ ξύλινα καὶ παντοῖα εἰργασμένα, οἷον εἰκός, τοὺς μὲν φθεγγομένους, τοὺς δὲ σιγῶντας τῶν παραφερόντων. Ἄτοπον, ἔφη, λέγεις εἰκόνα καὶ δεσμώτας ἀτόπους. Ὁμοίους ἡμῖν, ἦν δ' ἐγώ· τοὺς γὰρ τοιούτους πρῶτον μὲν ἑαυτῶν τε καὶ ἀλλήλων οἴει ἄν τι ἑωρακέναι ἄλλο πλὴν τὰς σκιὰς τὰς ὑπὸ τοῦ πυρὸς εἰς τὸ καταντικρὺ αὐτῶν τοῦ σπηλαίου προσπιπτούσας; Πῶς γάρ, ἔφη, εἰ ἀκινήτους γε τὰς κεφαλὰς ἔχειν ἠναγκασμένοι εἶεν διὰ βίου; Τί δὲ τῶν παραφερομένων; οὐ ταὐτὸν τοῦτο; Τί μήν; Εἰ οὖν διαλέγεσθαι οἷοί τ' εἶεν πρὸς ἀλλήλους, οὐ ταῦτα ἡγεῖ ἂν τὰ παρόντα αὐτοὺς νομίζειν ὀνομάζειν ἃ περ ὁρῷεν; Ἀνάγκη. Τί δ'; εἰ καὶ ἠχὼ τὸ δεσμωτήριον ἐκ τοῦ καταντικρὺ ἔχοι, ὁπότε τις τῶν παριόντων φθέγξαιτο, οἴει ἂν ἄλλο τι αὐτοὺς ἡγεῖσθαι τὸ φθεγγόμενον ἢ τὴν παριοῦσαν σκιάν; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφη. Πάντάπασι δή, ἦν δ' ἐγώ, οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἂν ἄλλο τι νομίζοιεν τὸ ἀληθὲς ἢ τὰς τῶν σκευαζῶν σκιάς. Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη. Σκόπει δή, ἦν δ' ἐγώ, αὖ-

etantium oculis opponuntur. *Glau.* Esto. *So.* Cogita rursus homines intra parietem ferentes vasa varia supra parietem eminentia, statuasque hominum, et aliorum animalium lapideas et ligneas imagines, modisque variis fabricatas: atque, ut consentaneum est, qui haec circumferunt, partim sileant, partim loquantur. *Glau.* Quam portentosa haec figmenta sunt. *So.* At similes isti nobis sunt. nam primum quidem putas istos aliud quicquam vel sui ipsorum vel proximorum hominum videre praeter umbras, quae ex igne ad adversam speluncae partem cadunt? *Glau.* Nihil aliud, si nunquam in vita movere capita potuerunt. *So.* Quid autem eorum, quae circumferuntur? nonne umbras duntaxat. *Glau.* Nempe. *So.* Si ergo invicem loqui liceret, nonne ista quae coram viderent loqui opinarentur? *Glau.* Necesse est. *So.* Quod si echo ex adversa parte carceris resonaret, quotiens praetereuntium aliquis loqueretur, putasne ipsos nisi transeuntium umbras aliud putare quod loquitur? *Glau.* Non per Iovem. *So.* Omnino igitur tales nihil verum esse, nisi fabricatarum rerum umbras arbitrarentur. *Glau.* Ita prorsus necesse est. *So.* Contra vero nunc ani-

τῶν λύσιν τε καὶ ἴασιν τῶν τε δεσμῶν καὶ τῆς ἀφροσύνης, οἵα τις ἂν εἴη, εἰ φύσει τοιάδε ξυμβαίνοι αὐτοῖς· ὁπότε τις λυθείη καὶ ἀναγκάζοιτο ἐξαίφνης ἀνίστασθαί τε καὶ περιάγειν τὸν αὐχένα καὶ βαδίζειν καὶ πρὸς τὸ φῶς ἀναβλέπειν, πάντα δὲ ταῦτα ποιῶν ἀλγοῖ τε καὶ διὰ τὰς μαρμαρυγὰς ἀδυνατοῖ καθορᾶν ἐκεῖνα ὧν τότε τὰς σκιὰς ἑώρα, τί ἂν οἴει αὐτὸν εἰπεῖν, εἴ τις αὐτῷ λέγοι ὅτι τότε μὲν ἑώρα φλυαρίας, νῦν δὲ μᾶλλόν τι ἐγγυτέρω τοῦ ὄντος καὶ πρὸς μᾶλλον ὄντα τετραμμένος ὀρθότερα βλέπει, καὶ δὴ καὶ ἕκαστον τῶν παριόντων δεικνὺς αὐτῷ ἀναγκάζοι ἐρωτῶν ἀποκρίνεσθαι ὅ τι ἔστιν; οὐκ οἴει αὐτὸν ἀπορεῖν τε ἂν καὶ ἡγεῖσθαι τὰ τότε ὁρώμενα ἀληθέστερα ἢ τὰ νῦν δεικνύμενα; Πολύ γ', ἔφη. Οὐκοῦν κἂν εἰ πρὸς αὐτὸ τὸ φῶς ἀναγκάζοι αὐτὸν βλέπειν, ἀλγεῖν τε ἂν τὰ ὄμματα καὶ φεύγειν ἀποστρεφόμενον πρὸς ἐκεῖνα ἃ δύναται καθορᾶν, καὶ νομίζειν ταῦτα τῷ ὄντι σαφέστερα τῶν δεικνυμένων; Οὕτως, ἔφη. Εἰ δ', ἦν δ' ἐγώ, ἐντεῦθεν ἕλκοι τις αὐτὸν βίᾳ διὰ τραχείας τῆς ἀναβάσεως καὶ ἀνάντους καὶ μὴ ἀνείη πρὶν ἐξελκύσειεν εἰς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἆρα οὐχὶ ὀδυνᾶσθαί τε ἂν καὶ ἀγανακτεῖν ἑλκόμενον, καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὸ φῶς ἔλθοι,

madvente, qualis foret eorum a vinculis solutio ignorantiaeque curatio. Nempe si quis eorum solveretur, cogereturque repente surgere, collum vertere, ambulare, lumen ipsum aspicere: doleret protinus nec propter splendorem intueri posset illa, quorum umbras ante cernebat. Tunc si quis illi dixerit prius eum nugas spectasse, in praesenti autem rebus veris esse propinquiorem veriusque inspicere; ac praetereuntium quemque monstrans, quid sit quaesiverit: nonne illum vacillaturum putas, arbitraturumque veriora esse, quae ante cernebat, quam quae nunc ostenduntur? *Glau.* Multum. *So.* Et si coëgerit eum lumen aspicere, nonne dolore oculorum affici ipsum putas, oculosque ad ea, quae facile prius viderat, retorquere, certiora ipsa existimantem quam quae subito offeruntur? *Glau.* Ita nimirum. *So.* Si vero aliquis eundem per aspera atque ardua sursum traheret violenter, neque permitteret quicquam aspicere antequam ad solis lumen extraxisset: nonne dolere ipsum et aegre ferre, dum raptaretur, existimas? et cum

αὐγῆς ἂν ἔχοντα τὰ ὄμματα μεχὰ ὁρᾷν οὐδ' ἂν ἓν δύνασθαι τῶν νῦν λεγομένων ἀληθῶν; Οὐ γὰρ ἄν, ἔφη, ἐξαίφνης γε. Συνηθείας δή, οἶμαι, δέοιτ' ἄν, εἰ μέλλοι τἄνω ὄψεσθαι, καὶ πρῶτον μὲν τὰς σκιὰς ἂν ῥᾷστα καθορᾴη, καὶ μετὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὕδασι τά τε τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰ τῶν ἄλλων εἴδωλα, ὕστερον δὲ αὐτά· ἐκ δὲ τούτων τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν νύκτωρ ἂν ῥᾷον θεάσαιτο, προσβλέπων τὸ τῶν ἄστρων τε καὶ σελήνης φῶς, ἢ μεθ' ἡμέραν τὸν
o ἥλιόν τε καὶ τὸ τοῦ ἡλίου. Πῶς δ' οὔ; Τελευταῖον δή, οἶμαι, τὸν ἥλιον, οὐκ ἐν ὕδασιν οὐδ' ἐν ἀλλοτρίᾳ ἕδρᾳ φαντάσματα αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸν καθ' αὑτὸν ἐν τῇ αὐτοῦ χώρᾳ δύναιτ' ἂν κατιδεῖν καὶ θεάσασθαι οἷός ἐστιν. Ἀναγκαῖον, ἔφη. Καὶ μετὰ ταῦτ' ἤδη συλλογίζοιτο περὶ αὐτοῦ ὅτι οὗτος ὁ τάς τε ὥρας παρέχων καὶ ἐνιαυτοὺς καὶ πάντα ἐπιτροπεύων τὰ ἐν τῷ ὁρωμένῳ τόπῳ, καὶ ἐκείνων ὧν σφεῖς ἑώρων τρόπον τινὰ πάντων αἴτιος. Δῆλον, ἔφη, ὅτι ἐπὶ ταῦτα ἂν μετ' ἐκεῖνα ἔλθοι. Τί οὖν; ἀναμιμνησκόμενον αὐτὸν
10 τῆς πρώτης οἰκήσεως καὶ τῆς ἐκεῖ σοφίας καὶ τῶν τότε ξυνδεσμωτῶν οὐκ ἂν οἴει ἑαυτὸν μὲν εὐδαιμονίζειν

ad lumen evectus fuerit, oculos splendore suffusum haerere, nihilque ex his posse conspicere, quae vera nunc ab hominibus existimantur? *Glau.* Nihil certe subito. *So.* Consuetudine igitur primum opus est, si supera inspecturus sit. umbrasque primum facilius intuebitur: post haec in aquis hominum ceterorumque imagines. ipsa vero deinde, postea quae in coelo sunt, et ipsum coelum nocte facilius contemplabitur, dum astrorum et lunae lumen spectabit, quam si solem ipsum die solisque fulgorem intueatur. *Glau.* Procul dubio. *So.* Atque ita demum solem ipsum suspiciet: neque iam in aquis et aliena in regione simulacra ipsius spectabit, sed ipsum secundum se ipsum in sede propria speculabitur, et, qualis sit, cognoscere poterit. *Glau.* Necesse est. *So.* Animadvertet tandem ipsum esse, qui tempora et annos temperat, qui omnia regit, quae sub coelo sunt, qui omnium, quae ante ab ipsis visa sunt, modo quodam est auctor. *Glau.* Certum est huc illum hisce gradibus ascensurum. *So.* Quid si habitationem pristinam memoria repetat et illorum hominum sapientiam atque vincula: an non censes eum beatum se loci mutatione existimaturum,

τῆς μεταβολῆς, τοὺς δ' ἐλεεῖν; Καὶ μάλα. Τιμαὶ δὲ καὶ ἔπαινοι εἴ τινες αὐτοῖς ἦσαν τότε παρ' ἀλλήλων καὶ γέρα τῷ ὀξύτατα καθορῶντι τὰ παριόντα, καὶ μνημονεύοντι μάλιστα ὅσα τε πρότερα αὐτῶν καὶ ὕστερα εἰώθει καὶ ἅμα πορεύεσθαι, καὶ ἐκ τούτων δὴ δυνατώτατα ἀπομαντευομένῳ τὸ μέλλον ἥξειν, δοκεῖς ἂν αὐτὸν ἐπιθυμητικῶς αὐτῶν ἔχειν καὶ ζηλοῦν τοὺς παρ' ἐκείνοις τιμωμένους τε καὶ ἐνδυναστεύοντας, ἢ τὸ τοῦ Ὁμήρου ἂν πεπονθέναι καὶ σφόδρα βούλεσθαι ἐπάρουρον ἐόντα θητευέμεν ἄλλῳ ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ καὶ ὁτιοῦν ἂν πεπονθέναι μᾶλλον ἢ ἐκεῖνά τε δοξάζειν καὶ ἐκείνως ζῆν; Οὕτως, ἔφη, ἔγωγε οἶμαι πᾶν μᾶλλον πεπονθέναι ἂν δέξασθαι ἢ ζῆν ἐκείνως. Καὶ τόδε δὴ ἐννόησον, ἦν δ' ἐγώ. εἰ πάλιν ὁ τοιοῦτος καταβὰς εἰς τὸν αὐτὸν θάκον καθίζοιτο, ἆρ' οὐ σκότους ἀνάπλεως σχοίη τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαίφνης ἥκων ἐκ τοῦ ἡλίου; Καὶ μάλα γ', ἔφη. Τὰς δὲ δὴ σκιὰς ἐκείνας πάλιν εἰ δέοι αὐτὸν γνωματεύοντα διαμιλλᾶσθαι τοῖς ἀεὶ δεσμώταις ἐκείνοις, ἐν ᾧ ἀμβλυώττοι πρὶν καταζῆναι τὰ
517 ὄμματα, οὗτος δ' ὁ χρόνος μὴ πάνυ ὀλίγος εἴη τῆς συνηθείας, ἆρ' οὐ γέλωτ' ἂν παράσχοι καὶ λέγοιτο ἂν

illos autem miseraturum? *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Praeterea si qui honores ibi invicem exhibebantur et laudes, dabanturque praemia illi, qui transeuntia quaelibet acute cerneret, recordareturque maxime, quae ex illis priora, quae posteriora, quae pariter progredi soleant, atque ex his futura optime praesagiret: haecne desideraturum ipsum putas, beatosque illos, qui apud eos honorantur et dominantur, existimaturum? vel, quod ait Homerus, sibi cuperet evenire, in alieno scilicet rure exsortis alicuius servi mancipium effici, et quidlibet aliud perpeti potius quam opinionibus illis illudi et in ea miseria degere? *Glau.* Arbitror eum quaecunque alia potius quam vitam eiusmodi electurum. *So.* Si rursus iste descendat, eandemque sedem, quam antea, nanciscatur: nonne, cum repente a sole discesserit, tenebris offundetur? *Glau.* Vehementer. *So.* Ac si umbras illas discernere oporteat, deque ipsis disceptare cum illis, qui perpetuis vinculis pressi sunt, proferendaque sententia sit eo ipso in tempore, quo oculi ipsius allucinantur, antequam acies expurgetur, quod quidem non brevi fiet, an non risum concitabit? eique ab omnibus dedecori dabitur,

περὶ αὐτοῦ ὡς ἀναβὰς ἄνω διεφθαρμένος ἥκει τὰ ὄμματα, καὶ ὅτι οὐκ ἄξιον οὐδὲ πειρᾶσθαι ἄνω ἰέναι; καὶ τὸν ἐπιχειροῦντα λύειν τε καὶ ἀνάγειν, εἴ πως ἐν ταῖς χερσὶ δύναιντο λαβεῖν καὶ ἀποκτείνειν, ἀποκτιννύναι ἄν; Σφόδρα γ', ἔφη. Ταύτην τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὴν εἰκόνα, ὦ φίλε Γλαύκων, προσαπτέον ἅπασαν τοῖς ἔμπροσθεν λεγομένοις, τὴν μὲν δι' ὄψεως φαινομένην ἕδραν τῇ τοῦ δεσμωτηρίου οἰκήσει ἀφομοιοῦντα, τὸ δὲ τοῦ πυρὸς ἐν αὐτῇ φῶς τῇ τοῦ ἡλίου δυνάμει· τὴν δὲ ἄνω ἀνάβασιν καὶ θέαν τῶν ἄνω τὴν εἰς τὸν νοητὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἄνοδον τιθεὶς οὐχ ἁμαρτήσει τῆς γ' ἐμῆς ἐλπίδος, ἐπειδὴ ταύτης ἐπιθυμεῖς ἀκούειν· θεὸς δέ που οἶδεν εἰ ἀληθὴς οὖσα τυγχάνει. τὰ δ' οὖν ἐμοὶ φαινόμενα οὕτω φαίνεται, ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα καὶ μόγις ὁρᾶσθαι, ὁρθεῖσα δὲ συλλογιστέα εἶναι ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη ὀρθῶν τε καὶ καλῶν αἰτία, ἔν τε ὁρατῷ φῶς καὶ τὸν τούτου κύριον τεκοῦσα ἔν τε νοητῷ αὐτὴ κυρία ἀλήθειαν καὶ νοῦν παρασχομένη, καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμφρόνως πράξειν ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ. Ξυνοίομαι, ἔφη, καὶ ἐγώ, ὅν γε δὴ τρόπον δύ-

quod, postquam sursum ascendit, corruptis reversus est oculis? dicetnrque nunquam ad supera contendendum esse, et eum, qui solvere tentet et sursum ducere, si deprehendatur, protinus occidendum? Tota haec imago, o amice Glauco, referenda est ad illa, quae supra dicta sunt: carcer quidem iste ad eam, quae cernitur oculis, mundi machinam: lumen vero ignis in specu ad solis potentiam: postremo si ascensum ad supera eorumque conspectum rite ad eum, qui ad intelligibilem regionem tendit, ascensum retuleris, ut ego quidem spero, non aberrabis, postquam sententiam meam audire desideras. Deus autem novit, an vera sit. Quae igitur mihi apparent, huc tendunt. nempe arbitror in ordine ipso intelligibili boni ipsius ideam supremam exsistere, vixque videri, si autem visa fuerit, asserendum eam omnibus omnium rectorum atque bonorum causam esse, cum ipsa in loco visibili lumen creaverit et luminis auctorem, in ipso vero intelligibili regnet ipsa, veritatemque et mentem protulerit: quam nosse necesse sit omnem, quicunque sana mente quicquam vel privatim vel publice est acturus. *Glau.* Ita et ipse cogito, utcunque possum. *So.* Age

ναμαι. Ἴθι τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τόδε ξυνοιήθητι καὶ μὴ θαυμάσῃς, ὅτι οἱ ἐνταῦθα ἐλθόντες οὐκ ἐθέλουσι τὰ τῶν ἀνθρώπων πράττειν, ἀλλ' ἄνω ἀεὶ ἐπείγονται αὐτῶν αἱ ψυχαὶ διατρίβειν· εἰκὸς γάρ που οὕτως, εἴ περ αὖ κατὰ τὴν προειρημένην εἰκόνα τοῦτ' ἔχει. Εἰκὸς μέντοι, ἔφη. Τί δέ; τόδε οἴει τι θαυμαστόν, εἰ ἀπὸ θείων, ἦν δ' ἐγώ, θεωριῶν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπεια τις ἐλθὼν κακὰ ἀσχημονεῖ τε καὶ φαίνεται σφόδρα γελοῖος ἔτι ἀμβλυώττων καὶ πρὶν ἱκανῶς συνήθης γενέσθαι τῷ παρόντι σκότῳ ἀναγκαζόμενος ἐν δικαστηρίοις ἢ ἄλλοθί 10
που ἀγωνίζεσθαι περὶ τῶν τοῦ δικαίου σκιῶν ἢ ἀγαλμάτων ὧν αἱ σκιαί, καὶ διαμιλλᾶσθαι περὶ τούτου ὅπῃ ποτὲ ὑπολαμβάνεται ταῦτα ὑπὸ τῶν αὐτὴν δικαιοσύνην μὴ πώποτε ἰδόντων; Οὐδ' ὁπωστιοῦν θαυμαστόν,
518 ἔφη. Ἀλλ' εἰ νοῦν γε ἔχοι τις, ἦν δ' ἐγώ, μεμνῆτ' ἂν ὅτι διτταὶ καὶ ἀπὸ διττῶν γίγνονται ἐπιταράξεις ὄμμασιν, ἔκ τε φωτὸς εἰς σκότος μεθισταμένων καὶ ἐκ σκότους εἰς φῶς. ταὐτὰ δὲ ταῦτα νομίσας γίγνεσθαι καὶ περὶ ψυχήν, ὁπότε ἴδοι θορυβουμένην τινὰ καὶ ἀδυνατοῦσάν τι καθορᾶν, οὐκ ἂν ἀλογίστως γελῴη, ἀλλ' ἐπισκοποῖ ἂν 20
πότερον ἐκ φανοτέρου βίου ἥκουσα ὑπὸ ἀηθείας ἐσκότωται ἢ ἐξ ἀμαθίας πλείονος εἰς φανότερον ἰοῦσα ὑπὸ

et hoc considera: neque mireris, quod hi, qui huc descendunt, nolint humana tractare; sed ipsorum mentis acies semper ad supera dirigatur. *Glau.* Probabile sane. *So.* Quid autem hoc? mirandum putas, si quis a divinis spectaculis ad humana haec mala prolapsus ineptior sit ad agendum rideaturque: praesertim si ante quam praesentibus tenebris assuescat, dum adhuc titubat, cogatur vel in iudiciis vel alibi de iusti umbris aut statuis ilis, quarum umbrae hae sunt, certare, deque eorum, qui iustitiam ipsam nunquam viderunt, disserere? *Glau.* Nullo modo mirandum. *So.* Verum si mentem quis habuerit, recordabitur, quod duobus modis et duabus ex causis turbari oculi consueverunt: tum quando ex lumine ad umbram descendimus, tum quando ex tenebris in lucem prodimus. eodemque modo affici animum arbitrabitur, quotiens turbatum viderit et ad aliquid cernendum hebetiorem: ideoque haud temere in risum prorumpet; sed diligenter inquiret, utrum a lucidiori vita descendens novis tenebris obruatur, vel ab insipientia plurima ad fulgidum spectaculum surgens sub co-

λαμπροτέρου μαρμαρυγῆς ἐμπέπλησαι, καὶ οὕτω δὴ τὴν μὲν εὐδαιμονίσειεν ἂν τοῦ πάθους τε καὶ βίου, τὴν δὲ ἐλεήσειεν, καὶ εἰ γελᾷν ἐπ' αὐτῇ βούλοιτο, ἧττον ἂν καταγέλαστος ὁ γέλως αὐτῷ εἴη ἢ ὁ ἐπὶ τῇ ἄνωθεν ἐκ φωτὸς ἡκούσῃ. Καὶ μάλα, ἔφη, μετρίως λέγεις. Δεῖ δή, εἶπον, ἡμᾶς τοιόνδε νομίσαι περὶ αὐτῶν, εἰ ταῦτα ἀληθῆ, τὴν παιδείαν, οὐχ οἵαν τινὲς ἐπαγγελλόμενοί φασιν εἶναι, τοιαύτην καὶ εἶναι· φασὶ δέ που οὐκ ἐνούσης ἐν τῇ ψυχῇ ἐπιστήμης ὀ σφεῖς ἐντιθέναι, οἷον τυφλοῖς ὀφθαλμοῖς ὄψιν ἐντιθέντες. Φασὶ γὰρ οὖν, ἔφη. Ὁ δέ γε νῦν λόγος, ἣν δ' ἐγώ, σημαίνει ταύτην τὴν ἐνοῦσαν ἑκάστου δύναμιν ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὸ ὄργανον ᾧ καταμανθάνει ἕκαστος, οἷον εἰ ἄμμα μὴ δυνατὸν ἦν ἄλλως ἢ ξὺν ὅλῳ τῷ σώματι στρέφειν πρὸς τὸ φανὸν ἐκ τοῦ σκοτώδους, οὕτω ξὺν ὅλῃ τῇ ψυχῇ ἐκ τοῦ γιγνομένου περιακτέον εἶναι, ἕως ἂν εἰς τὸ ὂν καὶ τοῦ ὄντος τὸ φανότατον δυνατὴ γένηται ἀνασχέσθαι θεωμένη· τοῦτο δ' εἶναί φαμεν τἀγαθόν. ἢ γάρ; Ναί. Τούτου τοίνυν, ἣν ὀ δ' ἐγώ, αὐτοῦ τέχνη ἂν εἴη, τῆς περιαγωγῆς, τίνα τρόπον ὡς ῥᾷστά τε καὶ ἀνυσιμώτατα μεταστραφήσεται, οὐ τοῦ ἐμποιῆσαι αὐτῷ τὸ ὁρᾷν, ἀλλ' ὡς ἔχοντι μὲν

rusco nimium splendore deficiat. et unius quidem affectum probabit, vitamque eius beatam fore censebit: alterius miserebitur: ac si forte ridere coeperit, haud tam inepte hunc ridebit quam eum, qui a lumine superno deciderit. *Glau.* Consentaneum, *So.* Si haec igitur vera sunt, ita de his cogitandum est, Eruditionem non esse talem, qualem aliqui praedicant. pollicentur enim animo scientiae prorsus experti se scientiam tradituros, quasi oculis caecis visum. *Glau.* Profitentur certe. *So.* Praesens autem ratio nobis significat vim, quae est in animo cuiuscunque, ac instrumentum, quo res discere quisque potest: perinde ac si oculum impossibile esset aliter quam simul cum toto corpore ad clarum obiectum ex obscuro convertere: ita cum tota anima simul e generatione circumducere oportere usque ad id, quod ens dicitur, ut ipsius clarissimum possit speculando transcendere. hoc autem ipsum bonum esse dicimus. *Glau.* Nempe. *So.* Ad hoc igitur ipsum eruditio competens erit facultas quaedam animi dirigendi, ut ipsius oculus quam facillime et efficacissime convertatur. quae huic oculo aciem visumque non dabit: sed eum potius, cum visum quidem habeat,

αὐτό, οὐκ ὀρθῶς δὲ τετραμμένῳ οὐδὲ βλέποντι οἷ ἔδει τοῦτο διαμηχανήσασθαι. Ἔοικε γάρ, ἔφη. Αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι ἀρεταὶ καλούμεναι ψυχῆς κινδυνεύουσιν ἐγγύς τι εἶναι τῶν τοῦ σώματος· τῷ ὄντι γὰρ οὐκ ἐνοῦσαι πρότερον ὕστερον ἐμποιεῖσθαι ἔθεσί τε καὶ ἀσκήσεσιν· ἡ δὲ τοῦ φρονῆσαι παντὸς μᾶλλον θειοτέρου τινὸς τυγχάνει, ὡς ἔοικεν, οὖσα, ὃ τὴν μὲν δύναμιν οὐδέποτε ἀπόλλυσιν, ὑπὸ δὲ τῆς περιαγωγῆς χρήσιμόν τε καὶ ὠφέλιμον καὶ ἄχρηστον αὖ καὶ βλαβε-
519 ρὸν γίγνεται. ἢ οὔπω ἐννενόηκας, τῶν λεγομένων πο- 10
νηρῶν μὲν σοφῶν δὲ ὡς δριμὺ μὲν βλέπει τὸ ψυχάριον καὶ ὀξέως διορᾷ ταῦτα ἐφ' ἃ τέτραπται, ὡς οὐ φαύλην ἔχον τὴν ὄψιν, κακίᾳ δ' ἠναγκασμένον ὑπηρετεῖν, ὥστε ὅσῳ ἂν ὀξύτερον βλέπῃ, τοσούτῳ πλείω κακὰ ἐργαζόμενον; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τοῦτο μέντοι, ἦν δ' ἐγώ, τὸ τῆς τοιαύτης φύσεως εἰ ἐκ παιδὸς εὐθὺς κοπτόμενον περιεκόπη τὰ τῆς γενέσεως ξυγγενῆ, ὥς περ μολυβδίδας, αἳ δὴ ἐδωδαῖς τε καὶ τοιούτων ἡδοναῖς τε καὶ λιχνείαις προσφυεῖς γιγνόμεναι περὶ τὰ κάτω στρέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν· ὧν εἰ ἀπαλ- 20
λαγὲν περιεστρέφετο εἰς τἀληθῆ καὶ ἐκεῖνα ἂν τὸ αὐτὸ

neque tamen recte conversus sit neque, quo decet, aspiciat, convertere omni machinatione contendet. *Glau.* Ita videtur. *So.* Ceterae igitur, quae virtutes animae nuncupantur, in hoc videntur virtutibus corporis similes. nam, cum natura non insint, paulatim consuetudine et exercitatione comparari videntur. Sapientia vero maxime omnium divinioris cuiusdam virtus exsistit, quod vim quidem suam nunquam amittit, ab ipsa vero circumductione utile et conferens, ac inutile rursus noxiumque evadit. an nondum animadvertisti, quam acute videt celeriterque discernit illorum animula, qui, licet mali sint, tamen sapientes habentur, ea ad quae conversa est: tanquam aciem habeat nequaquam hebetem, sed pravitati servire coacta sit? atque iccirco, quo acutius inspicit, eo plura peragit mala. *Glau.* Omnino quidem. *So.* Si ab hoc ingenio statim a pueritia amputentur, quae sunt generationis affinia, ceu plumbea pondera, quae comestionis et huiusmodi voluptatibus et libidinibus atque deliciis inhaerentia mentis aciem ad inferiora detorquent; confestim expeditus eius intuitus et ad ea, quae vera sunt, conversus, ipse scilicet idem et in eisdem hominibus tam

τοῦτο τῶν αὐτῶν ἀνθρώπων ὀξύτατα ἑώρα, ὥς περ καὶ ἐφ' ἃ νῦν τέτραπται. Εἰκός γ', ἔφη. Τί δέ; τόδε οὐκ εἰκός, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἀνάγκη ἐκ τῶν προειρημένων, μήτε τοὺς ἀπαιδεύτους καὶ ἀληθείας ἀπείρους ἱκανῶς ἄν ποτε πόλιν ἐπιτροπεῦσαι μήτε τοὺς ἐν παιδείᾳ ἐωμένους διατρίβειν διὰ τέλους, τοὺς μὲν ὅτι σκοπὸν ἐν τῷ βίῳ οὐκ ἔχουσιν ἕνα, οὗ ϛοχαζομένους δεῖ ἅπαντα πράττειν ἃ ἂν πράττωσιν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ, τοὺς δὲ ὅτι ἑκόντες εἶναι οὐ πράξουσιν ἡγούμενοι ἐν μακάρων νήσοις ζῶντες ἔτι ἀπῳκίσθαι; Ἀληθῆ, ἔφη. Ἡμέτερον δὴ ἔργον, ἦν δ' ἐγώ, τῶν οἰκιϛῶν τάς τε βελτίϛας φύσεις ἀναγκάσαι ἀφικέσθαι πρὸς τὸ μάθημα ὃ ἐν τῷ πρόσθεν ἔφαμεν εἶναι μέγιϛον, ἰδεῖν τε τὸ ἀγαθὸν καὶ ἀναβῆναι ἐκείνην τὴν ἀνάβασιν, καὶ ἐπειδὰν ἀναβάντες ἱκανῶς ἴδωσι, μὴ ἐπιτρέπειν αὐτοις ὃ νῦν ἐπιτρέπεται. Τὸ ποῖον δή; Τὸ αὐτοῦ, ἦν δ' ἐγώ, καταμένειν καὶ μὴ ἐθέλειν πάλιν καταβαίνειν παρ' ἐκείνους τοὺς δεσμώτας μηδὲ μετέχειν τῶν παρ' ἐκείνοις πόνων τε καὶ τιμῶν, εἴτε φαυλότεραι εἴτε σπουδαιότεραι. Ἔπειτ', ἔφη, ἀδικήσομεν αὐτούς, καὶ ποιήσομεν χεῖρον ζῆν δυνατὸν αὐτοῖς ὃν

acute illa discernet quam ista, quibus in praesentia est intentus. *Glau.* Probabile est. *So.* Quid istud? nonne probabile ac necessarium ex praedictis, neque rudes homines et veritatis ignaros, rem publicam sufficienter administrare, neque eos, qui semper in studiis literarum versati sunt? propterea quod illi quidem finem sibi certum non proposuerunt in vita, ad quem respicientes oportet omnia agere, quaecunque agant et privatim et publice: isti autem haud sponte tractabunt civilia, existimantes se etiam hac in vita, a negotiis humanis semotos, in beatorum insulis habitare. *Glau.* Vera narras. *So.* Nostrum igitur, qui condidimus civitatem, erit officium optimas hominum naturas impellere ad eam, quam supra diximus maximam, disciplinam bonumque cognoscendum: adeo ut et sursum ascendant, et postquam ascenderint ac satis inspexerint, ne ipsis, quod nunc conceditur, permittamus. *Glau.* Quid istud? *So.* Ut in ea videlicet contemplatione permaneant, neque velint rursus ad homines istos carcere clausos huc descendere, neque laborum istorum honorumque, sive viliores fuerint seu pretiosiores, esse participes. *Glau.* An ipsis iniuriam inferemus, cogemusque eos deteriorem vitam ubire, cum frui meliore

ἄμεινον; Ἐπελάθου, ἦν δ' ἐγώ, πάλιν, ὦ φίλε, ὅτι νομοθέτῃ οὐ τούτου μέλει ὅπως ἔν τι γένος ἐν πόλει διαφερόντως εὖ πράξει, ἀλλ' ἐν ὅλῃ τῇ πόλει τοῦτο μηχανᾶται ἐγγενέσθαι ξυναρμόττων τοὺς πολίτας πειθοῖ τε καὶ ἀνάγκῃ, ποιῶν μεταδιδόναι ἀλλήλοις τῆς ὠφελείας ἣν ἂν ἕκαστοι τὸ κοινὸν δυνατοὶ ὦσιν ὠφε-
520 λεῖν, καὶ αὐτὸς ἐμποιῶν τοιούτους ἄνδρας ἐν τῇ πόλει οὐχ ἵνα ἀφιῇ τρέπεσθαι ὅπῃ ἕκαστος βούλεται, ἀλλ' ἵνα παταχρῆται αὐτὸς αὐτοῖς ἐπὶ τὸν ξύνδεσμον τῆς πόλεως. Ἀληθῆ, ἔφη· ἐπελαθόμην γάρ. Σκέψαι τοίνυν, 10
εἶπον, ὦ Γλαύκων, ὅτι οὐδ' ἀδικήσομεν τοὺς παρ' ἡμῖν φιλοσόφους, ἀλλὰ δίκαια πρὸς αὐτοὺς ἐροῦμεν προσαναγκάζοντες τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖσθαί τε καὶ φυλάττειν. ἐροῦμεν γὰρ ὅτι οἱ μὲν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι τοιοῦτοι γιγνόμενοι εἰκότως οὐ μετέχουσι τῶν ἐν αὐταῖς πόνων· αὐτόματοι γὰρ ἐμφύονται ἀκούσης τῆς ἐν ἑκάσῃ πολιτείας, δίκην δ' ἔχει τό γε αὐτοφυὲς μηδενὶ τροφὴν ὀφεῖλον μηδ' ἐκτίνειν τῳ προθυμεῖσθαι τὰ τροφεῖα· ὑμᾶς δ' ἡμεῖς ὑμῖν τε αὐτοῖς τῇ τε ἄλλῃ πόλει ὥς περ ἐν σμήνεσιν ἡγεμόνος τε καὶ βασιλέας ἐγεννή- 20
σαμεν, ἄμεινόν τε καὶ τελεώτερον ἐκείνων πεπαιδευ-

possint? *So.* Oblitus es, o amice, hoc legi curae non esse, ut unumquiddam genus in civitate in primis sit beatum, sed ut tota civitas. profecto ad hoc cives ipsos persuasione et impulsione conciliat, facitque ut mutuo sese adiuvent communemque pro viribus utilitatem colant. nempe lex civili coetu homines congregat, non ut permittat unumquemque quo lubet ferri, sed ut ipsis ad copulam civitatis utatur. *Glau.* Vera loqueris. id me fugerat. *So.* Considera itaque, Glauco, quemadmodum philosophos, qui apud nos reperiuntur, iniuria nulla afficiemus, sed cum cogemus eos aliorum curam gerere, iure in hunc modum dicemus: quod videlicet quicunque in aliis civitatibus philosophi reperiuntur, ob hanc causam merito administrandae rei publicae labores refugiunt, quia in qualibet civitate ipsi per se nascuntur re publica non curante; par autem est, ut quod per se nascitur, cum nulli pro alimentis acceptis sit obnoxium, nulli exhibeat nutrimenti mercedem. nos autem vos tam vobismet quam reliquis civibus, tanquam in apum examine duces ac reges creavimus, melius perfe-

μένους καὶ μᾶλλον δυνατοὺς ἀμφοτέρων μετέχειν. καταβατέον οὖν ἐν μέρει ἑκάστῳ εἰς τὴν τῶν ἄλλων ξυνοίκησιν καὶ ξυνεθιστέον τὰ σκοτεινὰ θεάσασθαι· ξυνεθιζόμενοι γὰρ μυρίῳ βέλτιον ὄψεσθε τῶν ἐκεῖ καὶ γνώσεσθε ἕκαστα τὰ εἴδωλα ἄττα ἐστὶ καὶ ὧν, διὰ τὸ τἀληθῆ ἑωρακέναι καλῶν τε καὶ δικαίων καὶ ἀγαθῶν πέρι. καὶ οὕτως ὕπαρ ἡμῖν καὶ ὑμῖν ἡ πόλις οἰκήσεται, ἀλλ' οὐκ ὄναρ, ὡς νῦν αἱ πολλαὶ ὑπὸ σκιαμαχούντων τε πρὸς ἀλλήλους καὶ σασιαζόντων περὶ τοῦ ἄρχειν οἰκοῦνται, ὡς μεγάλου τινὸς ἀγαθοῦ ὄντος. τὸ δέ που ἀληθὲς ὧδ' ἔχει· ἐν πόλει ἧ ἥκιστα πρόθυμοι ἄρχειν οἱ μέλλοντες ἄρξειν, ταύτην ἄριστα καὶ ἀστασιαστότατα ἀνάγκη οἰκεῖσθαι, τὴν δ' ἐναντίους ἄρχοντας σχοῦσαν ἐναντίως. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἀπειθήσουσιν οὖν ἡμῖν, οἶει, οἱ τρόφιμοι ταῦτ' ἀκούοντες, καὶ οὐκ ἐθελήσουσι ξυμπονεῖν ἐν τῇ πόλει ἕκαστοι ἐν μέρει, τὸν δὲ πολὺν χρόνον μετ' ἀλλήλων οἰκεῖν ἐν τῷ καθαρῷ; Ἀδύνατον, ἔφη· δίκαια γὰρ δὴ δικαίοις ἐπιτάξομεν. παντὸς μὴν μᾶλλον ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον αὐτῶν ἕκαστος εἶσι τὸ ἄρχειν, τοὐναντίον τῶν νῦν ἐν ἑκάστῃ πόλει ἀρχόντων. Οὕτω γὰρ

ctiusque quam eruditos, aptioresque ad utramque curam suscipiendam. descendere ergo vicissim debetis singuli in aliorum hominum coetum, et ad obscura inspicienda assuefieri. nam cum assuefacti fueritis, multo acutius illa cernetis quam qui in eis quotidie obversantur: et quaelibet simulacra, quae et quorum sint, agnoscetis, quia re vera noveritis, quae honesta, iusta bonave sint. atque ita nobis una ac vobis civitas, quasi vigilantibus rectequesentientibus, coletur, non tanquam somniantibus, quemadmodum nunc plurimae habitantur, ab his videlicet, qui de umbris inter se decertant, deque principatu tanquam maximo bono contendunt. Veritas autem ita se habet. civitas profecto, in qua cives ad expetendos magistratus minime ambitiosi sunt, optime et procul a seditionibus permanet: contra vero, quae aliter affectos habet cives. *Glau.* Sic est prorsus. *So.* An renuent monitus nostros alumni, cum haec audiverint? nolentque vicissim singuli civitatis administrationem suscipere. sed in contemplationis otio diutius commorabuntur? *Glau.* Minime. nam iusta viris iustis praecipiemus. Sed omnino, tanquam ad rem necessariam, ad magistratum accedet eorum quisque: contra ac illi, qui nunc in singulis civitatibus dominantur. *So.* Nempe sic se res habet, o

ἔχει, ἦν δ' ἐγώ, ὦ ἑταῖρε. εἰ μὲν βίον ἐξευρήσεις ἀμεί-
521 νω τοῦ ἄρχειν τοῖς μέλλουσιν ἄρξειν, ἔξει σοι δυνατὴ
γενέσθαι πόλις εὖ οἰκουμένη· ἐν μόνῃ γὰρ αὐτῇ ἄρ-
ξουσιν οἱ τῷ ὄντι πλούσιοι, οὐ χρυσίου ἀλλ' οὗ δεῖ τὸν
εὐδαίμονα πλουτεῖν, ζωῆς ἀγαθῆς τε καὶ ἔμφρονος· εἰ
δὲ πτωχοὶ καὶ πεινῶντες ἀγαθῶν ἰδίων ἐπὶ τὰ δημόσια
ἴασιν, ἐντεῦθεν οἰόμενοι τἀγαθὸν δεῖν ἁρπάζειν, οὐκ
ἔξει· περιμάχητον γὰρ τὸ ἄρχειν γιγνόμενον, οἰκεῖος ὢν
καὶ ἔνδον ὁ τοιοῦτος πόλεμος αὐτούς τε ἀπόλλυσι καὶ
τὴν ἄλλην πόλιν. Ἀληθέστατα, ἔφη. Ἔχεις οὖν, ἦν 1
δ' ἐγώ, βίον ἄλλον τινὰ πολιτικῶν ἀρχῶν καταφρονοῦν-
τα ἢ τὸν τῆς ἀληθινῆς φιλοσοφίας; Οὐ μὰ τὸν Δία,
ἦ δ' ὅς. Ἀλλὰ μέντοι δεῖ γε μὴ ἐραστὰς τοῦ ἄρχειν ἰέ-
ναι ἐπ' αὐτό· εἰ δὲ μή, οἵ γε ἀντεραστὰι μαχοῦνται.
Πῶς δ' οὔ; Τίνας οὖν ἄλλους ἀναγκάσεις ἰέναι ἐπὶ
φυλακὴν τῆς πόλεως ἢ οἳ περὶ τούτων τε φρονιμώτα-
τοι δι' ὧν ἄριστα πόλις οἰκεῖται, ἔχουσί τε τιμὰς ἄλ-
λας καὶ βίον ἀμείνω τοῦ πολιτικοῦ; Οὐδένας ἄλλους,
ἔφη.

Βούλει οὖν τοῦτ' ἤδη σκοπῶμεν, τίνα τρόπον οἱ 2
τοιοῦτοι ἐγγενήσονται καὶ πῶς τις ἀνάξει αὐτοὺς εἰς

amice: Si vitam inveneris eorum, qui magistratibus praefuturi sunt, ipsis magistratibus meliorem, tunc primum tibi optime instituta civitas elucebit, in ea siquidem sola vere divites dominabuntur: non auri dico, sed cuius oportet virum beatum divitem esse, vitae probae atque prudentis. sin autem inopes bonisque propriis vacui ad publica adventaverint, bona illinc rapere cupientes, civitas illa felix esse non poterit. nam ubi de principatu contenditur, cum proprium hoc sit et intestinum bellum, tum eos qui ita pugnant, tum reliquam civitatem perdit. *Glau.* Vera narras. *So.* Habes aliquos, qui civiles honores spernant, praeter veros philosophos? *Glau.* Non per Iovem. *So.* At enim magistratus dandi sunt hominibus imperii minime cupidis: alioquin simultas inter aemulos orietur. *Glau.* Certe. *So.* Quosnam igitur alios ad custodiam civitatis induces praeter eos, qui optime haec intelligunt, per quae rite civitas colitur, habentque et honores alios et vitam civili praestantiorem? *Glau.* Nullos equidem alios. *So.* Vis ergo nunc inquiramus, quo pacto tales in civitate viri evadant? et qua ratione eos aliquis in lumen educat? quemadmodum ab

φῶς, ὥς περ ἐξ Ἅιδου λέγονταί δή τινες εἰς θεοὺς ἀνελθεῖν; Πῶς γὰρ οὐ βούλομαι; ἔφη. Τοῦτο δή, ὡς ἔοικεν, οὐκ ὀρθοῦ ἂν εἴη περιστροφὴ ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγή, ἐκ νυκτερινῆς τινὸς ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰοῦσης ἐπάνοδον, ἣν δὴ φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν δεῖ σκοπεῖσθαι τί τῶν μαθημάτων ἔχει τοιαύτην δύναμιν; Πῶς γὰρ οὔ; Τί ἂν οὖν εἴη, ὦ Γλαύκων, μάθημα ψυχῆς ὁλκὸν ἀπὸ τοῦ γιγνομένου ἐπὶ τὸ ὄν; τόδε δ' ἐννοῶ λέγων ἅμα· οὐκ ἀθλητὰς μέντοι πολέμου ἔφαμεν ταύτους ἀναγκαῖον εἶναι νέους ὄντας; Ἔφαμεν γάρ. Δεῖ ἄρα καὶ τοῦτο προσέχειν τὸ μάθημα ὃ ζητοῦμεν πρὸς ἐκείνῳ. Τὸ ποῖον; Μὴ ἄχρηστον πολεμικοῖς ἀνδράσιν εἶναι. Δεῖ μέντοι, ἔφη, εἴ περ οἷόν τε. Γυμναστικῇ μὴν καὶ μουσικῇ ἔν γε τῷ πρόσθεν ἐπαιδεύοντο ἡμῖν. Ἦν ταῦτα, ἔφη. Γυμναστικὴ μέν που περὶ γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον τετεύτακε· σώματος γὰρ αὔξης καὶ φθίσεως ἐπιστατεῖ. Φαίνεται. Τοῦτο μὲν δὴ οὐκ ἂν εἴη ὃ ζητοῦμεν μάθημα. Οὐ γάρ. Ἀλλ' ἆρα μουσικὴ ὅσην τὸ πρότερον διήλθομεν; Ἀλλ' ἦν ἐκείνη γ', ἔφη, ἀντίστροφος τῆς γυμναστικῆς, εἰ μέμνησαι, ἔθεσι παιδεύ- 522a

inferis ad Deos ascendisse aliqui memorantur. *Glau.* Quidni velim? *So.* Haec, ut videtur, non erit testae revolutio, sed animae circumductio a nocturno quodam die ad eius, quod vere est, contemplationem, quem quidem ascensum veram philosophiam esse dicemus. *Glau.* Omnino. *So.* Annon investigandum est, quae disciplina potissimum hanc habeat facultatem? *Glau.* Quidni? *So.* Quaenam igitur erit, o Glauco, disciplina, per quam animus ex his, quae fluunt, ad ea, quae vere sunt, reducatur? Hoc autem, dum loquor, excogito. Quippe non athletas eos belli esse diximus: sed necessarium, dum iuvenes sunt, tales esse. *Glau.* Diximus plane. *So.* Oportet ergo hanc praeterea superiori addere disciplinam, quam quaerimus. *Glau.* Quam potissimum? *So.* Quae scilicet non inutilis sit bellicosis hominibus. *Glau.* Oportet sane, si quidem est possibile. *So.* Gymnastica porro et musica in superioribus a nobis sunt eruditi. *Glau.* Ita prorsus est actum. *So.* Gymnastica quidem circa id, quod augescit et deficit, versari videtur. nam incrementum corporis et decrementum considerat. *Glau.* Apparet. *So.* Haec ergo non erit ea, quam quaerimus, disciplina. *Glau.* Non. *So.* An forte genus illud musicae, quod supra narravimus? *Glau.* At erat illa quidem, si tenes memoria, proportione quadam gymna-

ουσα τοὺς φύλακας, κατά τε ἁρμονίαν εὐαρμοσίαν τινά, οὐκ ἐπιστήμην, παραδιδοῦσα καὶ κατὰ ῥυθμὸν εὐρυθμίαν, ἔν τε τοῖς λόγοις ἕτερα τούτων ἀδελφά, ἔφη, ἅττα ἔχουσα, καὶ ὅσοι μυθώδεις τῶν λόγων καὶ ὅσοι ἀληθινώτεροι ἦσαν· μάθημα δὲ πρὸς τοιοῦτόν τι ἀγαθόν, οἷον σὺ νῦν ζητεῖς, οὐδὲν ἦν ἐν αὐτῇ. Ἀκριβέστατα, ἦν δ' ἐγώ, ἀναμιμνήσκεις με· τῷ γὰρ ὄντι τοιοῦτον οὐδὲν εἶχεν. ἀλλ', ὦ δαιμόνιε Γλαύκων, τί ἂν εἴη τοιοῦτον; αἵ τε γὰρ τέχναι βάναυσοί που ἅπασαι ἔδοξαν εἶναι. Πῶς δ' οὔ; καὶ μὴν τί ἔτ' ἄλλο λείπεται μάθημα, μουσικῆς καὶ γυμναστικῆς καὶ τῶν τεχνῶν κεχωρισμένον; Φέρε, ἦν δ' ἐγώ, εἰ μηδὲν ἔτι ἐκτὸς τούτων ἕξομεν λαβεῖν, τῶν ἐπὶ πάντα τεινόντων τι λάβωμεν. Τὸ ποῖον; Οἷον τοῦτο τὸ κοινόν, ᾧ πᾶσαι προσχρῶνται τέχναι τε καὶ διάνοιαι καὶ ἐπιστῆμαι, ὃ καὶ παντὶ ἐν πρώτοις ἀνάγκη μανθάνειν. Τὸ ποῖον; ἔφη. Τὸ φαῦλον τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, τὸ ἕν τε καὶ τὰ δύο καὶ τὰ τρία διαγιγνώσκειν· λέγω δὲ αὐτὸ ἐν κεφαλαίῳ ἀριθμόν τε καὶ λογισμόν. ἢ οὐχ οὕτω περὶ τούτων ἔχει, ὡς πᾶσα τέχνη τε καὶ ἐπιστήμη ἀναγκάζεται

sticae correspondens, consuetudine moribusque custodes erudiens, praebensque secundum harmoniam compositionem et concinnitatem quandam potius quam scientiam, et secundum rhythmum modulationem numerosamque decentiam. quin etiam in oratione alia quaedam generis eiusdem continet, tam quoad fabulosos sermones quam quoad veros. cognitio vero talis cuiusdam boni, quale tu nunc investigas, in ea nulla prorsus exsistit. *So.* Diligenter admodum me commonuisti. nam revera tale nihil habere comperta est. Ceterum, o beate Glauco, quaenam talis erit facultas? etenim artes mechanicae illiberalesque omnes esse quodammodo visae sunt. *Glau.* Quidni? *So.* At vero quaenam alia praeterea restat doctrina, a Musica et Gymnastica artibusque diversa? Age itaque, si nihil ab his seorsum accipere possumus, aliquid saltem ex iis, quae per omnia discurrunt, accipiamus. *Glau.* Quidnam? *So.* Commune scilicet illud, quo omnes utuntur artes, cogitationes atque scientiae: quod cuique in primis necessario est discendum. *Glau.* Quale istud? *So.* Leve hoc et puerile, cognoscere scilicet unum, duo, tria: quod summatim numerum et computationem voco. an non ita natura comparatum est, ut omnis ars at-

αὐτῶν μέτοχος γίγνεσθαι; Καὶ μάλα, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ πολεμικὴ; Πολλή, ἔφη, ἀνάγκη. Παγγέλοιον γοῦν, ἔφην, στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν ταῖς τραγῳδίαις Παλαμήδης ἑκάστοτε ἀποφαίνει. ἢ οὐκ ἐννενόηκας ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρὼν τάς τε τάξεις τῷ στρατοπέδῳ καταστῆσαι ἐν Ἰλίῳ καὶ ἐξαριθμῆσαι ναῦς τε καὶ τἆλλα πάντα, ὡς πρὸ τοῦ ἀναριθμήτων ὄντων καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὡς ἔοικεν, οὐδ' ὅσους πόδας εἶχεν εἰδότος, εἴ περ ἀριθμεῖν μὴ ἠπίστατο; καί τοι πρῶόν τιν' αὐτὸν οἴει στρατηγὸν εἶναι; Ἄτοπόν τιν', ἔφη, ἔγωγε, εἰ ἦν τοῦτ' ἀληθές. Ἄλλο τι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, μάθημα ἀναγκαῖον πολεμικῷ ἀνδρὶ θήσομεν λογίζεσθαί τε καὶ ἀριθμεῖν δύνασθαι; Πάντων γ', ἔφη, μάλιστα, εἰ καὶ ὁτιοῦν μέλλει τάξεων ἐπαΐειν, μᾶλλον δ' εἰ καὶ ἄνθρωπος ἔσεσθαι. Ἐννοεῖς οὖν, εἶπον, περὶ τοῦτο τὸ μάθημα ὃ περ ἐγώ; Τὸ ποῖον; Κινδυνεύει τῶν πρὸς τὴν νόησιν ἀγόντων φύσει εἶναι ὧν ζητοῦμεν, χρῆσθαι δ' οὐδεὶς αὐτῷ ὀρθῶς, ἑλκτικῷ ὄντι παντάπασι πρὸς οὐσίαν. Πῶς, ἔφη, λέγεις; Ἐγὼ πειράσομαι, ἦν δ' ἐγώ, τό γ' ἐμοὶ δοκοῦν δηλῶσαι. ἃ γὰρ

que scientia cogatur horum particeps fieri? *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Nonne res bellica etiam? *Glau.* Necessarium est omnino. *So.* Ridiculum ducem Palamedes Agamemnonem fuisse passim in tragoediis ostendit. an ignoras quod se profitetur numeri inventorem, asseritque apud Troiam belli acies ordinasse navesque et reliqua omnia numerasse: quasi horum numerus ante fuisset incognitus, et Agamemnon, ut videtur, neque quot pedes haberet agnoverit? siquidem erat computationis ignarus. qualem itaque tunc fuisse ducem existimas? *Glau.* Absurdum equidem, si vera haec erant. *So.* Necessariam ergo numerorum cognitionem militi esse dicemus, ut et numerare et computare valeat. *Glau.* Maxime omnium: si modo ad ordinandas acies omnino rudis esse non debet: immo vero si homo futurus est. *So.* An tibi in hac disciplina, quod mihi, venit in mentem? *Glau.* Quid? *So.* Videtur natura ex eorum numero esse, quae ad intelligentiam homines elevant, qualia nos perquirimus: cumque talis sit, ut omnino mentem ad essentiam attollere possit, nemo, ut decet, hac uti cognitione videtur. *Glau.* Qua ratione id ais? *So.* Conabor equidem sensum meum exprimere. Animadverte,

διαιροῦμαι παρ' ἐμαυτῷ ἀγωγά τε εἶναι οἷ λέγομεν καὶ μή, ξυνθεατὴς γενόμενος ξύμφαθι ἢ ἄπειπε, ἵνα καὶ τοῦτο σαφέστερον ἴδωμεν εἰ ἔστιν οἷον μαντεύομαι. Δείκνυ, ἔφη. Δείκνυμι δή, εἶπον, εἰ καθορᾷς, τὰ μὲν ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν οὐ παρακαλοῦντα τὴν νόησιν εἰς ἐπίσκεψιν, ὡς ἱκανῶς ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως κρινόμενα, τὰ δὲ παντάπασι διακελευόμενα ἐκείνην ἐπισκέψασθαι, ὡς τῆς αἰσθήσεως οὐδὲν ὑγιὲς ποιούσης. Τὰ πόῤῥωθεν, ἔφη, φαινόμενα δῆλον ὅτι λέγεις καὶ τὰ ἐσκιαγραφημένα. Οὐ πάνυ, ἦν δ' ἐγώ, ἔτυχες οὖ λέγω. Ποῖα μήν, ἔφη, λέγεις; Τὰ μὲν οὐ παρακαλοῦντα, ἦν δ' ἐγώ, ὅσα μὴ ἐκβαίνει εἰς ἐναντίαν αἴσθησιν ἅμα· τὰ δ' ἐκβαίνοντα ὡς παρακαλοῦντα τίθημι, ἐπειδὰν ἡ αἴσθησις μηδὲν μᾶλλον τοῦτο ἢ τὸ ἐναντίον δηλοῖ, εἴτ' ἐγγύθεν προσπίπτουσα εἴτε πόῤῥωθεν. ὧδε δὲ ἃ λέγω σαφέστερον εἴσει. οὗτοι, φαμέν, τρεῖς ἂν εἶεν δάκτυλοι, ὅ τε σμικρότατος καὶ ὁ δεύτερος καὶ ὁ μέσος. Πάνυ γ', ἔφη. Ὡς ἐγγύθεν τοίνυν ὁρωμένους λέγοντός μου διανοοῦ. ἀλλά μοι περὶ αὐτῶν τόδε σκόπει, Τὸ ποῖον; Δάκτυλος μὲν αὐτῶν φαίνεται ὁμοίως ἕκα-

obsecro, quemadmodum mecum ipse genera rerum ita distinguo, ut quaedam ad intelligentiam ducant, qualia nos dicimus, quaedam minime; et, quae dicam, confirma vel nega; ut clarius dignoscamus, an hoc tale sit, quale vaticinor, *Glau.* Ostende iam. *So.* Ecce ostendo: si modo res, quae sensus movent, vides partim tales esse, ut ad considerandum intelligentiam minime provocent, utpote quae sufficienter sunt a sensibus indicatae: partim tales, ut provocent, quasi sensus in eis nihil sincere diiudicet, *Glau.* Quae procul admodum prospiciuntur, dicis, et quae quodammodo adumbrata sunt. *So.* Haud satis, quaenam dixerim, coniecisti. *Glau.* Quaenam igitur? *So.* Ea porro dico mentem minime provocare, quaecunque in contrarium simul sensum non incidunt: quae vero subincidunt in contrarium, provocant, postquam sensus non hoc magis quam contrarium monstrat, sive eminus seu cominus intueatur, sic autem, quod dico, magis tibi patebit; Hos utique tres esse digitos dicimus, pollicem, indicem ac medium. *Glau.* Plane. *So.* Ita me loqui existimato, quasi proxime videantur: atque id in ipsis considera. *Glau.* Quid? *So.* Digitus quidem esse simi-

σος, καὶ ταύτῃ γε οὐδὲν διαφέρει, ἐάν τε ἐν μέσῳ ὁρᾶται ἐάν τ' ἐν ἐσχάτῳ, ἐάν τε λευκὸς ἐάν τε μέλας, ἐάν τε παχὺς ἐάν τε λεπτός, καὶ πᾶν ὅ τι τοιοῦτον. ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις οὐκ ἀναγκάζεται τῶν πολλῶν ἡ ψυχὴ τὴν νόησιν ἐπερέσθαι τί ποτ' ἔστι δάκτυλος· οὐδαμοῦ γὰρ ἡ ὄψις αὐτῇ ἅμα ἐσήμηνε τὸν δάκτυλον τοὐναντίον ἢ δάκτυλον εἶναι. Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, εἰκότως τό γε τοιοῦτον νοήσεως οὐκ ἂν παρακλητικὸν οὐδ' ἐγερτικὸν εἴη. Εἰκότως. Τί δὲ δή; τὸ μέγεθος αὐτῶν καὶ τὴν σμικρότητα ἡ ὄψις ἆρα ἱκανῶς ὁρᾷ, καὶ οὐδὲν αὐτῇ διαφέρει ἐν μέσῳ τινὰ αὐτῶν κεῖσθαι ἢ ἐπ' ἐσχάτῳ; καὶ ὡσαύτως πάχος καὶ λεπτότητα ἢ μαλακότητα καὶ σκληρότητα ἡ ἁφή; καὶ αἱ ἄλλαι αἰσθήσεις ἆρ' οὐκ ἐνδεεῖς τὰ τοιαῦτα δηλοῦσιν; ἢ ὧδε ποιεῖ ἑκάστη αὐτῶν, πρῶτον μὲν ἡ ἐπὶ τῷ σκληρῷ τεταγμένη αἴσθησις ἠνάγκασαι καὶ ἐπὶ τῷ μα- 526
λακῷ τετάχθαι, καὶ παραγγέλλει τῇ ψυχῇ ὡς ταὐτὸν σκληρόν τε καὶ μαλακὸν αἰσθανομένῃ. Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἀναγκαῖον ἐν τοῖς τοιούτοις αὖ τὴν ψυχὴν ἀπορεῖν τί ποτε σημαίνει αὐτῇ ἡ αἴσθησις τὸ σκληρόν, εἴ περ τὸ αὐτὸ καὶ μαλακὸν λέγει, καὶ

liter quisque eorum apparet: atque ad hoc nihil interest, sive medius offeratur sive postremus, albus seu niger, pinguis aut tenuis, et quicquid generis eiusdem. in omnibus siquidem huiuscemodi non cogitur animus intelligentiam ad disceptandum provocare, quid e multis sit digitus. neque enim sensus ei simul significavit digitum contrarium esse quam digitum. *Glau.* Non certe. *So.* Merito igitur, quod tale est, mentem nec movebit nec excitabit. *Glau.* Merito. *So.* Ipsorum vero magnitudinem et parvitatem nunquid aspectus satis cernit? nihilque ad eum refert, sive in medio quaedam illorum iaceant, sive in extremis? eodemque modo pingue, tenue, vel mollitiem et duritiem, tactus ipse? Atqui et alii sensus nunquid non imperfecte talia quaedam declarant? vel sic agit eorum quisque? nam primum quidem sensus, qui ad durum attinet, cogitur et ad molle pertingere, animoque ita renuntiat, quasi idem et molle et durum esse senserit. *Glau.* Ita certe. *So.* An non necessarium est in rebus huiusmodi animum dubitare, quid significet duri hic sensus, si quidem idem molle insuper asserit? item sensus ipsius gra-

ἢ τοῦ κούφου καὶ ἡ τοῦ βαρέος τί τὸ κοῦφον καὶ βαρύ, εἰ τό τε βαρὺ κοῦφον καὶ τὸ κοῦφον βαρὺ σημαίνει. Καὶ γάρ, ἔφη, αὗταί γε ἄτοποι τῇ ψυχῇ αἱ ἑρμηνεῖαι καὶ ἐπισκέψεως δεόμεναι. Εἰκότως ἄρ', ἦν δ' ἐγώ, ἐν τοῖς τοιούτοις πρῶτον μὲν πειρᾶται λογισμόν τε καὶ νόησιν ψυχὴ παρακαλοῦσα ἐπισκοπεῖν εἴτε ἓν εἴτε δύο ἐξὶν ἕκαστα τῶν εἰσαγγελλομένων. Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν ἐὰν δύο φαίνηται, ἕτερόν τε καὶ ἓν ἑκάτερον φαίνεται; Ναί. Εἰ ἄρα ἓν ἑκάτερον, ἀμφότερα δὲ δύο, τά γε δύο κεχωρισμένα νοήσει· οὐ γὰρ ἂν ἀχώριστά γε δύο ἐνόει, ἀλλ' ἕν. Ὀρθῶς. Μέγα μὴν καὶ ὄψις καὶ σμικρὸν ἑώρα, φαμέν, ἀλλ' οὐ κεχωρισμένον ἀλλὰ συγκεχυμένον τι. ἦ γάρ; Ναί. Διὰ δὲ τὴν τούτου σαφήνειαν μέγα αὖ καὶ σμικρὸν ἡ νόησις ἠναγκάσθη ἰδεῖν οὐ συγκεχυμένα ἀλλὰ διωρισμένα, τοὐναντίον ἢ ἐκείνη. Ἀληθῆ. Οὐκοῦν ἐντεῦθέν ποθεν πρῶτον ἐπέρχεται ἐρέσθαι ἡμῖν τί οὖν ποτ' ἔξι τὸ μέγα αὖ καὶ τὸ σμικρόν; Παντάπασι μὲν οὖν. Καὶ οὕτω δὴ τὸ μὲν νοητόν, τὸ δ' ὁρατὸν ἐκαλέσαμεν. Ὀρθότατ', ἔφη. Ταῦτα τοίνυν καὶ ἄρτι ἐπεχείρουν λέγειν, ὡς τὰ μὲν παρακλητικὰ τῆς διανοίας ἐξί, τὰ δ' οὔ,

vis et levis, quid grave et leve, si leve grave esse et grave leve significat. *Glau.* Absurde profecto hae ad animum interpretationes deveniunt et consideratione indigent. *So.* Merito igitur in his rebus primo quidem animus nititur rationem et intelligentiam provocans considerare, nunquid unum aut duo sint singula quae nuntiantur. *Glau.* Cur non? *So.* Nonne si duo apparent, alterum et unum apparet utrumque? *Glau.* Ita. *So.* Si ergo unum utrumque, ambo autem duo, separata duo intelliget animus. nam si indistincta perceperit, non duo, sed unum intelliget. *Glau.* Recte. *So.* Magnum quidem et parvum aspectum videre dicimus, non discretum aliquid, sed confusum. an non? *Glau.* Plane. *So.* Propter huius autem declarationem magnum rursus et parvum intelligentia cogitur intueri, non confusa, sed distincta potius, contra ac sensus. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Hinc ad sciscitandum protinus incitamur, quid magnum sit, quid parvum. *Glau.* Maxime vero. *So.* Atque ita aliud quidem intelligibile, visibile aliud nuncupavimus. *Glau.* Scite admodum. *So.* Haec sunt, quae nuper disserere aggressus sum, quod videlicet quaedam animum ad intelligentiam erigunt, quaedam mini-

ἃ μὲν εἰς τὴν αἴσθησιν ἅμα τοῖς ἐναντίοις ἑαυτοῖς ἐμπίπτει, παρακλητικὰ ὁριζόμενος, ὅσα δὲ μή, οὐκ ἐγερτικὰ τῆς νοήσεως. Μανθάνω τοίνυν ἤδη, ἔφη, καὶ δοκεῖ μοι οὕτως. Τί οὖν; ἀριθμός τε καὶ τὸ ἕν ποτέρων δοκεῖ εἶναι; Οὐ ξυννοῶ, ἔφη. Ἀλλ' ἐκ τῶν προειρημένων, ἔφην, ἀναλογίζου. εἰ μὲν γὰρ ἱκανῶς αὐτὸ καθ' αὑτὸ ὁρᾶται ἢ ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει λαμβάνεται τὸ ἕν, οὐκ ἂν ὁλκὸν εἴη ἐπὶ τὴν οὐσίαν, ὥς περ ἐπὶ τοῦ δακτύλου ἐλέγομεν· εἰ δ' ἀεί τι αὐτῷ ἅμα ὁρᾶται ἐναντίωμα, ὥστε μηδὲν μᾶλλον ἓν ἢ καὶ τοὐναντίον φαίνεσθαι, τοῦ ἐπικρινοῦντος δὴ δέοι ἂν ἤδη καὶ ἀναγκάζοιτ' ἂν ἐν αὐτῷ ψυχὴ ἀπορεῖν καὶ ζητεῖν, κινοῦσα ἐν ἑαυτῇ τὴν ἔννοιαν, καὶ ἀνερωτᾶν τί ποτ' ἔξιν αὐτὸ τὸ ἕν, καὶ οὕτω τῶν ἀγωγῶν ἂν εἴη καὶ μεταστρεπτικῶν ἐπὶ τὴν τοῦ ὄντος θέαν ἡ περὶ τὸ ἕν μάθησις. Ἀλλὰ μέντοι, ἔφη, τοῦτό γ' ἔχει οὐχ ἥκιστα ἡ περὶ αὐτὸ ὄψις· ἅμα γὰρ ταὐτὸν ὡς ἕν τε ὁρῶμεν καὶ ὡς ἄπειρα τὸ πλῆθος. Οὐκοῖν εἴ περ τὸ ἕν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ξύμπας ἀριθμὸς ταὐτὸν πέπονθε τοῦτο; Πῶς δ' οὔ; Ἀλλὰ μὴν λογιστική τε καὶ ἀριθμητικὴ περὶ ἀριθμὸν πᾶσα. Καὶ μάλα. Ταῦτα δέ γε φαί-

me: quodve ea erigunt, quae in sensus una cum suis contrariis incidunt: quae vero non ita, mentem non suscitant. *Glau.* Intelligo iam, atque ita mihi videtur. *So.* Quid vero numerus et unum, utro in genere tibi esse videntur? *Glau.* Haud intelligo. *So.* At ex supra dictis animadverte. si enim sufficienter ipsum secundum se ipsum inspicitur, aut alio quopiam sensu unum comprehenditur, haudquaquam ad essentiam mentem deducit: quemadmodum de digito diximus. sin autem aliquid semper contrarium illi simul suboritur, adeo ut nihil magis unum quam contrarium videatur, iudicis discretione iam indiget, cogiturque in ea animus dubitare atque perquirere, et movens in se ipso intelligentiam sciscitari, quidnam unum ipsum est. atque hoc pacto unius consideratio ex eorum numero erit, quae attollunt animum convertuntque ad eius, quod vere est, contemplationem. *Glau.* At enim tale nonnihil habet unius inspectio. simul namque ipsum ut unum cernimus et ut multitudinem infinitam. *So.* Si unum id patitur, idem omnis numerus patietur. *Glau.* Absque dubio. *So.* Enimvero computandi et numerandi scientia omnis circa numerum. *Glau.* Maxime. *So.* Haec autem ad verita-

νεται ἀγωγὰ πρὸς ἀλήθειαν. Ὑπερφυῶς μὲν οὖν, Ὧν ζητοῦμεν ἄρα, ὡς ἔοικε, μαθημάτων ἂν εἴη πολεμικῷ μὲν γὰρ διὰ τὰς τάξεις ἀναγκαῖον μαθεῖν ταῦτα, φιλοσόφῳ δὲ διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἅπτεσθαι εἶναι γενέσεως ἐξαναδύντι, ἢ μηδέποτε λογιστικῷ γενέσθαι. Ἔστι ταῦτ', ἔφη. Ὁ δέ γε ἡμέτερος φύλαξ πολεμικός τε καὶ φιλόσοφος τυγχάνει ὤν. Τί μήν; Προσῆκον δὴ τὸ μάθημα ἂν εἴη, ὦ Γλαύκων, νομοθετῆσαι καὶ πείθειν τοὺς μέλλοντας ἐν τῇ πόλει τῶν μεγίστων μεθέξειν, ἐπὶ λογιστικὴν ἰέναι καὶ ἁνθάπτεσθαι αὐτῆς μὴ ἰδιωτικῶς, ἀλλ' ἕως ἂν ἐπὶ θέαν τῆς τῶν ἀριθμῶν φύσεως ἀφίκωνται τῇ νοήσει αὐτῇ, οὐκ ὠνῆς οὐδὲ πράσεως χάριν ὡς ἐμπόρους ἢ καπήλους μελετῶντας, ἀλλ' ἕνεκα πολέμου τε καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς ῥᾳστώνης τε μεταστροφῆς ἀπὸ γενέσεως ἐπ' ἀλήθειάν τε καὶ οὐσίαν. Κάλλιστ', ἔφη, λέγεις. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, νῦν καὶ ἐννοῶ ῥηθέντος τοῦ περὶ τοὺς λογισμοὺς μαθήματος, ὡς κομψόν ἐστι καὶ πολλαχῇ χρήσιμον ἡμῖν πρὸς ὃ βουλόμεθα, ἐὰν τοῦ γνωρίζειν ἕνεκά τις αὐτὸ ἐπιτηδεύῃ ἀλλὰ μὴ τοῦ καπηλεύειν. Πῇ δή; ἔφη. Τοῦτό γε ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ὡς σφόδρα

tem conferre videntur. *Glau.* Mirum in modum. *So.* Haec itaque disciplina ex earum genere erit, quas quaerimus: militi quidem cognitu maxime necessaria ad acies ordinandas: philosopho autem, ut e fluctibus generationis emergat essentiamque attingat; sine qua disciplina computare ratiocinarique non poterunt. *Glau.* Est ita. *So.* Custos autem noster et miles est et philosophus. *Glau.* Nempe. *So.* Conveniens utique institutio erit, o Glauco, persuadere illis, qui civitatis muneribus functuri sunt, ut se ad computandi scientiam conferant: neque rudes adhuc inde discedant, sed persequantur, quoad ipsa mente ad numerorum naturam contemplandam perveniant: non vendendi emendique gratia, tanquam mercatores vel caupones; sed ut ad bellum instructi sint, facileque animum a generatione ad veritatem essentiamque convertant. *Glau.* Praeclare loqueris. *So.* Atqui his ita de ratiocinandi disciplina dictis, equidem mecum ipse cogito, quam numerorum cognitio decora sit utilisque nobis passim ad id, quod volumus, si quis eam cognoscendi, non cauponandi gratia sequitur. *Glau.* Qua ratione? *So.* Hoc ipsum, inquam, quod modo

ἄνω ποι ἄγει τὴν ψυχὴν καὶ περὶ αὐτῶν τῶν ἀριθμῶν ἀναγκάζει διαλέγεσθαι, οὐδαμῇ ἀποδεχόμενον ἐάν τις αὐτῇ ὁρατὰ ἢ ἁπτὰ σώματα ἔχοντας ἀριθμοὺς προτεινόμενος διαλέγηται. οἶσθα γάρ που τοὺς περὶ ταῦτα δεινούς, ὡς ἐάν τις αὐτὸ τὸ ἕν ἐπιχειρῇ τῷ λόγῳ τέμνειν, καταγελῶσί τε καὶ οὐκ ἀποδέχονται, ἀλλ' ἐὰν σὺ κερματίζῃς αὐτό, ἐκεῖνοι πολλαπλασιοῦσιν, εὐλαβούμενοι μή ποτε φανῇ τὸ ἓν μὴ ἓν ἀλλὰ πολλὰ μόρια. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Τί οὖν οἴει, ὦ Γλαύ- 526
Q κων, εἴ τις ἔροιτο αὐτοὺς Ὦ θαυμάσιοι, περὶ ποίων ἀριθμῶν διαλέγεσθε, ἐν οἷς τὸ ἓν οἷον ὑμεῖς ἀξιοῦτέ ἐστιν, ἴσον τε ἕκαστον πᾶν παντὶ καὶ οὐδὲ σμικρὸν διαφέρον, μόριόν τε ἔχον ἐν ἑαυτῷ οὐδέν; τί ἂν οἴει αὐτοὺς ἀποκρίνασθαι; Τοῦτο ἔγωγε, ὅτι περὶ τούτων λέγουσιν ὧν διανοηθῆναι μόνον ἐγχωρεῖ, ἄλλως δ' οὐδαμῶς μεταχειρίζεσθαι δυνατόν. Ὁρᾷς οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, ὅτι τῷ ὄντι ἀναγκαῖον [illegible]μῖν κινδυνεύει εἶναι τὸ μάθημα, ἐπειδὴ φαίνεταί γε προσαναγκάζον αὐτῇ τῇ νοήσει χρῆσθαι τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτὴν τὴν
10 ἀλήθειαν; Καὶ μὲν δή, ἔφη, σφόδρα γε ποιεῖ αὐτό. Τί δέ; τόδε ἤδη ἐπεσκέψω, ὡς οἵ τε φύσει λογιστικοὶ

diximus: quod videlicet vehementer sublevat animum, deque ipsis numeris disserere cogit, nullo modo admittentem, si quis disputando pro numeris corpora, quae et videntur et attrectantur, induxerit. nosti enim, quemadmodum qui in his periti sunt, quotiens aliquis ipsum unum verbis partiri nititur, subrident protinus, neque hoc tolerant. verum si tu secas, ipsi multiplicant, caventes, ne quando ipsum unum non unum appareat, sed particulae plurimae. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Si quis eos ita percontetur, O mirifici viri, de quibus numeris disputatis, quibus unum tale inest, quale vos traditis, aequale scilicet unumquodque, omne penitus omni, neque minimo quovis discrepans, partem tamen nullam continens in se ipso? quid eos ad haec, o Glauco, existimas responsuros? *Glau.* Reor equidem responsuros illos de ipsis se numeris loqui, qui excogitari duntaxat possunt, aliter autem attrectari nequaquam. *So.* Cernis igitur, o amice, hanc revera peritiam huius disciplinae nobis necessariam esse? quandoquidem, ut apparet, animum ad hoc inducit, ut ipsa intelligentia utatur ad veritatem ipsam percipiendam. *Glau.* Vehementer id efficit. *So.* An et hoc advertisti, quod homines

εἰς πάντα τὰ μαθήματα ὡς ἔπος εἰπεῖν ὀξεῖς φαίνονται, οἵ τε βραδεῖς, ἂν ἐν τούτῳ παιδευθῶσι καὶ γυμνάσωνται, κἂν μηδὲν ἄλλο ὠφεληθῶσιν, ὅμως εἴς γε τὸ ὀξύτεροι αὐτοὶ αὑτῶν γίγνεσθαι πάντες ἐπιδιδόασιν; Ἔστιν, ἔφη, οὕτως. Καὶ μήν, ὡς ἐγῷμαι, ἄ γε μείζω πόνον παρέχει μανθάνοντι καὶ μελετῶντι, οὐκ ἂν ῥᾳδίως οὐδὲ πολλὰ ἂν εὕροις ὡς τοῦτο. Οὐ γὰρ οὖν. Πάντων δὴ ἕνεκα τούτων οὐκ ἀφετέον τὸ μάθημα, ἀλλ' οἱ ἄριστοι τὰς φύσεις παιδευτέοι ἐν αὐτῷ. Ξύμφημι, ἦ δ' ὅς. 10

Τοῦτο μὲν τοίνυν, εἶπον, ἓν ἡμῖν κείσθω· δεύτερον δὲ τὸ ἐχόμενον τούτου σκεψώμεθα ἆρα τί προσήκει ἡμῖν. Τὸ ποῖον; ἢ γεωμετρίαν, ἔφη, λέγεις; Αὐτὸ τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ. Ὅσον μέν, ἔφη, πρὸς τὰ πολεμικὰ αὐτοῦ τείνει, δῆλον ὅτι προσήκει· πρὸς γὰρ τὰς στρατοπεδεύσεις καὶ καταλήψεις χωρίων καὶ συναγωγὰς καὶ ἐκτάσεις στρατιᾶς καὶ ὅσα δὴ ἄλλα σχηματίζουσι τὰ στρατόπεδα ἐν αὐταῖς τε ταῖς μάχαις καὶ πορείαις, διαφέροι ἂν αὐτὸς αὑτοῦ γεωμετρικὸς καὶ μὴ ὤν. Ἀλλ' οὖν δή, εἶπον, πρὸς μὲν τὰ τοιαῦτα βραχύ 20 τι ἂν ἐξαρκοῖ γεωμετρίας τε καὶ λογισμῶν μόριον·

natura arithmetici ad omnes doctrinas, ut ita dixerim, acuti videntur? quin etiam si qui ingenio tardiores huic se studio dederint, si nullam utilitatem aliam susceperint, tamen hoc assequuntur, ut acutiores quam antea sint. *Glau.* Sic est. *So.* Sed enim haud facile multa reperies, ut existimo, quae maiori cum difficultate quam ista discantur. *Glau.* Non profecto. *So.* Propter omnes, quas adduximus, rationes haudquaquam negligenda haec sunt: sed in his praecipue erudiendi, qui optimis sunt naturis. *Glau.* Assentior equidem. *So.* Hoc itaque nobis ita positum sit: post hoc, quod huic proximum est, consideremus, nunquid nobis conducat. *Glau.* Quid istud? num Geometriam dicis? *So.* Hanc ipsam. *Glau.* Quatenus enim ad bellicam rem confert, eatenus certe nobis convenit. nam ad castra ponenda, regionem occupandam, colligendas turmas vel etiam spargendas, et ad cetera machinamenta, quibus circa acies vel in obsidione vel itinere uti solent, permultum interest, Geometricusne aliquis sit an non. *So.* Ad haec utique exigua quaedam Geometriae Arithmeticaeque particula sufficit. inquirendum est autem, utrum

τὸ δὲ πολὺ αὐτῆς καὶ ποῤῥωτέρω προϊὸν σκοπεῖσθαι δεῖ, εἴ τι πρὸς ἐκεῖνο τείνει, πρὸς τὸ ποιεῖν κατιδεῖν ῥᾷον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν. τείνει δέ, φαμέν, πάντα αὐτόσε, ὅσα ἀναγκάζει ψυχὴν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον μεταῤῥέφεσθαι ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ εὐδαιμονέστατον τοῦ ὄντος, ὃ δεῖ αὐτὴν παντὶ τρόπῳ ἰδεῖν. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν εἰ μὲν οὐσίαν ἀναγκάζει θεάσασθαι, προσήκει, εἰ δὲ γένεσιν, οὐ προσήκει. Φαμέν γε δή. Οὐ τοίνυν τοῦτό γε, ἦν δ' ἐγώ, ἀμφισβητήσουσιν ἡμῖν ὅσοι καὶ 527
σμικρὰ γεωμετρίας ἔμπειροι, ὅτι αὕτη ἡ ἐπιστήμη πᾶν τοὐναντίον ἔχει τοῖς ἐν αὐτῇ λόγοις λεγομένοις ὑπὸ τῶν μεταχειριζομένων. Πῶς; ἔφη. Λέγουσι μέν που μάλα γελοίως τε καὶ ἀναγκαίως· ὡς γὰρ πράττοντές τε καὶ πράξεως ἕνεκα πάντας τοὺς λόγους ποιούμενοι λέγουσι, τετραγωνίζειν τε καὶ παρατείνειν καὶ προστιθέναι, καὶ πάντα οὕτω φθεγγόμενοι· τὸ δ' ἔξι που πᾶν τὸ μάθημα γνώσεως ἕνεκα ἐπιτηδευόμενον. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν τοῦτο ἔτι διομολογητέον; Τὸ ποῖον; Ὡς τοῦ ἀεὶ ὄντος γνώσεως, ἀλλ' οὐ τοῦ ποτέ τι γιγνομένου καὶ ἀπολλυμένου. Εὐομολόγητον, ἔφη· τοῦ γὰρ ἀεὶ ὄντος ἡ γεωμετρικὴ γνῶσίς ἐστιν. Ὁλκὸν ἄρα, ὦ γενναῖε, ψυχῆς πρὸς ἀλήθειαν εἴη ἂν καὶ ἀπεργαστικὸν

diuturnius studium uberiorque perceptio conferat ad ideam boni facile dignoscendam. conferunt vero ad hoc omnia, quae animum illuc convertunt, ubi est essentiae beatissimum, quod ipsi est penitus cognoscendum. *Glau.* Recte. *So.* Ergo si essentiam intueri Geometriae studium cogit, convenit quidem: sin autem generationem, non convenit. *Glau.* Ita dicimus. *So.* Profecto nobis hoc non negabunt, quicunque vel paulum quid Geometriae gustarunt, quin haec scientia contra omnino se habeat, quam de ea loquantur, qui in ipsa versantur. *Glau.* Quonam pacto? *So.* Quippe ridicule admodum et quasi coacti saepe loquuntur. nam velut agentes et actionis gratis verba faciunt, dum et quadrare aiunt et producere atque addere, ceteraque similiter. doctrina vero haec omnis cognitionis gratia quaeritur. *Glau.* Sic est omnino. *So.* An non istud quoque nobis est concedendum? *Glau.* Quid? *So.* Quod quaeritur cognoscendi illius gratia, quod semper est; non eius, quod et oritur quandoque et interit. *Glau.* Concedendum plane. nam Geometria eius, quod est semper, cognitio est. *So.* Attollet igitur, o generose vir, ad veritatem animum: atque ita ad philosophandum praeparabit cogitationem, ut

φιλοσόφου διανοίας πρὸς τὸ ἄνω σχεῖν ἃ νῦν κάτω οὐ δέον ἔχομεν. Ὡς οἷόν τε μάλιστα, ἔφη. Ὡς οἷόν τ' ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, μάλιστα προστακτέον ὅπως οἱ ἐν τῇ καλλιπόλει σοι μηδενὶ τρόπῳ γεωμετρίας ἀφέξονται. καὶ γὰρ τὰ πάρεργα αὐτοῦ οὐ σμικρά. Ποῖα; ἦ δ' ὅς. Ἃ τε δὴ σὺ εἶπες, ἦν δ' ἐγώ, τὰ περὶ τὸν πόλεμον· καὶ δὴ καὶ πρὸς πάσας μαθήσεις, ὥστε κάλλιον ἀποδέχεσθαι, ἴσμεν που ὅτι τῷ ὅλῳ καὶ παντὶ διοίσει ἠμμένος τε γεωμετρίας καὶ μή. Τῷ παντὶ μέντοι νὴ Δί', ἔφη. Δεύτερον δὴ τοῦτο τιθῶμεν μάθημα τοῖς νέοις; Τιθῶμεν, ἔφη.

Τί δέ; τρίτον θῶμεν ἀστρονομίαν; ἢ οὐ δοκεῖ; Ἐμοὶ γοῦν, ἔφη· τὸ γὰρ περὶ ὥρας εὐαισθητοτέρως ἔχειν καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν οὐ μόνον γεωργίᾳ οὐδὲ ναυτιλίᾳ προσήκει, ἀλλὰ καὶ στρατηγίᾳ οὐχ ἧττον. Ἡδὺς εἶ, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἔοικας δεδιότι τοὺς πολλούς, μὴ δοκῇς ἄχρηστα μαθήματα προστάττειν. τὸ δ' ἔστιν οὐ πάνυ φαῦλον ἀλλὰ χαλεπὸν πεισθῆναι, ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν ἑκάστοις ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκκαθαίρεταί τε καὶ ἀναζωπυρεῖται ἀπολλύμενον καὶ τυφλούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, κρεῖττον ὂν σωθῆναι

ad supera convertamus, quae nunc, contra quam decet, ad inferiora deiicimus. *Glau.* Quam maxime fieri potest. *So.* Quam maxime igitur praecipiendum est, ut qui praeclarissimam hanc habitant civitatem, nullo modo Geometriam spernant. nam et quae praeter ipsius propositum quodammodo esse videntur, haud exigua sunt. *Glau.* Qualia? *So.* Quae tu circa rem bellicam commemorabas. scimus quin etiam ad disciplinas omnes facilius perdiscendas interesse omnino, attigeritne Geometriam aliquis an non. *Glau.* Prorsus. *So.* Hanc ergo doctrinam secundo loco discendam iuvenibus statuamus. *Glau.* Statuamus. *So.* An tertio in loco ponemus Astronomiam? quid censes? *Glau.* Ponendam equidem. nam mutationes opportunitatesque temporum persentire non minus rei militari quam agriculturae navigationique convenit. *So.* Quam dulcis vir es. nempe vereri videris, ne multi te putent inutiles disciplinas inducere. est autem non leve istud, sed difficile admodum persuadere, quod ex huiusmodi disciplinis instrumentum quoddam cuiusque animi expurgatur reviviscitque, quod ante ex aliis studiis infectum occaecatumque fuerat: cum potius id servandum sit, quam oculorum corporis

μυρίων ὁμμάτων· μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται. οἷς μὲν οὖν ταῦτα ξυνδοκεῖ ἀμηχάνως ὡς εὖ δόξεις λέγειν, ὅσοι δὲ τούτου μηδαμῇ ἠσθημένοι εἰσίν, εἰκότως ἡγήσονταί σε λέγειν οὐδέν· ἄλλην γὰρ ἀπ' αὐτῶν οὐχ ὁρῶσιν ἀξίαν λόγου ὠφέλειαν. σκόπει οὖν αὐτόθεν, πρὸς ποτέρους διαλέγει· ἢ οὐ πρὸς οὐδετέρους ἀλλὰ σαυτοῦ 528
ἕνεκα τὸ μέγιστον ποιεῖ τοὺς λόγους, φθονοῖς· μὴν οὐδ' ἂν ἄλλῳ, εἴ τίς τι δύναιτο ἀπ' αὐτῶν ὄνασθαι. Οὕτως, ἔφη, αἱροῦμαι, ἐμαυτοῦ ἕνεκα τὸ πλεῖστον λέγειν
O τε καὶ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι. Ἀναγε τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, εἰς τοὐπίσω· νῦν δὴ γὰρ οὐκ ὀρθῶς τὸ ἑξῆς ἐλάβομεν τῇ γεωμετρίᾳ. Πῶς λαβόντες; ἔφη. Μετὰ ἐπίπεδον, ἦν δ' ἐγώ, ἐν περιφορᾷ ὂν ἤδη στερεὸν λαβόντες, πρὶν αὐτὸ καθ' αὑτὸ λαβεῖν· ὀρθῶς δὲ ἔχει ἑξῆς μετὰ δευτέραν αὔξην τρίτην λαμβάνειν. ἔστι δέ που τοῦτο περὶ τὴν τῶν κύβων αὔξην καὶ τὸ βάθους μετέχον. Ἔστι γάρ, ἔφη· ἀλλὰ ταῦτά γε, ὦ Σώκρατες, δοκεῖ οὔπω εὑρῆσθαι. Διττὰ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, τὰ αἴτια· ὅτι τε οὐδεμία πόλις ἐντίμως αὐτὰ ἔχει, ἀσθενῶς ζη-
O τεῖται χαλεπὰ ὄντα, ἐπιστάτου τε δέονται οἱ ζητοῦντες, ἄνευ οὗ οὐκ ἂν εὕροιεν, ὃν πρῶτον μὲν γενέσθαι χα-

decem milia. solo enim hoc inspicitur veritas. Eis ergo, qui idem hoc sentiunt, mirum in modum bene loqui videberis: qui autem id nunquam excogitarunt, merito nihil te dicere arbitrabuntur. aliam enim ab ipsis utilitatem aestimatione dignam non cernunt. Hic ergo tu videris, utris potissimum disseras. an forte cum neutris, verum tui gratia maxime verba facis: neque tamen ulla detineris invidia, si quis aliquam ex his utilitatem suscipiat. *Glau.* Hoc potius eligo, mei scilicet gratia in primis interrogando et respondendo disserere. *So.* Retrocede. nam nunc haud recte, quod Geometriae succedit, accepimus. *Glau.* Quare? *So.* Quia post planum statim solidum illud, quod circumfertur, accepimus, antequam ipsum secundum se ipsum comprehenderemus. decet autem statim post augmentum secundum tertium capere. est autem hoc circa cuborum augmentum atque id, quod profunditatis est particeps. *Glau.* Est certe. Sed haec, o Socrates, nondum reperta videntur. *So.* Huius duae sunt causae: quod videlicet nulla in civitate haec honorantur: et cum inventu difficilia sint, haud ardenter quaeruntur: et qui ista perquirunt, duce indigent, sine quo minime reperirent. quem esse primo difficile

λεπόν, ἔπειτά καὶ γενομένου, ὡς νῦν ἔχει, οὐκ ἂν πείθοιντο οἱ περὶ ταῦτα ζητητικοὶ μεγαλοφρονούμενοι. εἰ δὲ πόλις ὅλη ξυνεπιζατοῖ ἐντίμως ἄγουσα αὐτά, οὗτοί τε ἂν πείθοιντο καὶ ξυνεχῶς τε ἂν καὶ ἐντόνως ζητούμενα ἐκφανῆ γένοιτο ὅπῃ ἔχει, ἐπεὶ καὶ νῦν ὑπὸ μὲν τῶν πολλῶν ἀτιμαζόμενα καὶ κολουόμενα, ὑπὸ δὲ τῶν ζητούντων λόγον οὐκ ἐχόντων καθ' ὅ τι χρήσιμα, ὅμως πρὸς ἅπαντα ταῦτα βίᾳ ὑπὸ χάριτος αὐξάνεται, καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν αὐτὰ φανῆναι. Καὶ μὲν δή, ἔφη, τό γε ἐπίχαρι καὶ διαφερόντως ἔχει. ἀλλά μοι σαφέστερον εἰπὲ ἃ νῦν δὴ ἔλεγες. τὴν μὲν γάρ που τοῦ ἐπιπέδου πραγματείαν γεωμετρίαν ἐτίθης. Ναί, ἦν δ' ἐγώ. Εἶτά γ', ἔφη, τὸ μὲν πρῶτον ἀστρονομίαν μετ' αὐτήν, ὕστερον δ' ἀνεχώρησας. Σπεύδων γάρ, ἔφην, ταχὺ πάντα διεξελθεῖν μᾶλλον βραδύνω· ἐξῆς γὰρ οὖσαν τὴν βάθους αὔξης μέθοδον, ὅτι τῇ ζητήσει γελοίως ἔχει, ὑπερβὰς αὐτὴν μετὰ γεωμετρίαν ἀστρονομίαν ἔλεγον, φορὰν οὖσαν βάθους. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Τέταρτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τιθῶμεν μάθημα ἀστρονομίαν, ὡς ὑπαρχούσης τῆς νῦν παραλειπομένης, ἐὰν αὐτὴν πόλις μετίῃ. Εἰκός, ἦ δ' ὅς. καὶ ὅ γε νῦν δή μοι,

est: deinde, etiamsi esset, dum tamen ita se habent, ut nunc, qui haec indagant, fastu elati nequaquam parerent. Sin autem civitas tota huic operi praesideat, honorifice ista ducens, et isti obtemperabunt quidem, et haec sedulo studioseque discussa clarius emicabunt. quippe etiam nunc, quanquam et vulgus ista contemnit et prohibet, et qui haec perscrutantur, qua ratione utilia sint, ignorant: tamen vi gratiae cuiusdam vigent. neque mirum, si haec ita apparuerint. *Glau.* Nempe quod gratum est, id praecipuum. sed mihi apertius, quae nunc dicebas, explana. studium, quod circa planum versatur, Geometriam vocabas. *So.* Equidem. *Glau.* Post Geometriam continuo Astronomiam ponebas: sed paulo post retro retulisti pedem. *So.* Enimvero, quo magis propero, eo pervenio serior. nam cum mox illi succederet facultas illa, quae de augmento in profundum agit, quia ridiculosa eius habetur investigatio, eam transgressus post Geometriam Astronomiam protinus attigi, quae in profundi ipsius agitatione consistit. *Glau.* Probe loqueris. *So.* Ergo quarto in loco ponamus Astronomiam, tanquam adsit ea facultas, qua nunc fuerat praetermissa, si modo in civitate suscipiatur. *Glau.* Sic decet. Atque eam Astronomiae

ὦ Σώκρατες, ἐπέπληξας περὶ ἀστρονομίας ὡς φορτικῶς ἐπαινοῦντι, νῦν ᾗ σὺ μετέρχει ἐπαινῶ. παντὶ γάρ μοι δοκεῖ δῆλον ὅτι αὕτη γε ἀναγκάζει ψυχὴν εἰς τὸ ἄνω 529
ὁρᾶν καὶ ἀπὸ τῶν ἐνθένδε ἐκεῖσε ἄγει. Ἴσως, ἦν δ ἐγώ, παντὶ δῆλον πλὴν ἐμοί· ἐμοὶ γὰρ οὐ δοκεῖ οὕτως. Ἀλλὰ πῶς; ἔφη. Ὡς μὲν νῦν αὐτὴν μεταχειρίζονται οἱ εἰς φιλοσοφίαν ἀνάγοντες, πάνυ ποιεῖν κάτω βλέπειν. Πῶς, ἔφη, λέγεις; Οὐκ ἀγεννῶς μοι δοκεῖς, ἦν δ' ἐγώ, τὴν περὶ τὰ ἄνω μάθησιν λαμβάνειν παρὰ
5 σαυτῷ ἢ ἔξι· κινδυνεύεις γὰρ καὶ εἴ τις ἐν ὀροφῇ ποικίλματα θεώμενος ἀνακύπτων καταμανθάνοι τι, ἡγεῖσθαι ἂν αὐτὸν νοήσει ἀλλ' οὐκ ὄμμασιν θεωρεῖν. ἴσως οὖν καλῶς ἡγεῖ, ἐγὼ δ' εὐηθικῶς. ἐγὼ γὰρ αὖ οὐ δύναμαι ἄλλο τι νομίσαι ἄνω ποιοῦν ψυχὴν βλέπειν μάθημα ἢ ἐκεῖνο ὃ ἂν περὶ τὸ ὂν τε ᾖ καὶ τὸ ἀόρατον, ἐάν τέ τις ἄνω κεχηνὼς ἢ κάτω συμμεμυκὼς τούτων τι μανθάνῃ· ἐὰν δ' ἄνω που κεχηνὼς ὑτιοῦν τῶν αἰσθητῶν ἐπιχειρῇ μανθάνειν, οὔτε μαθεῖν ἄν ποτέ φημι αὐτόν, ἐπιστήμην γὰρ οὐδὲν ἔχειν τῶν τοιούτων,
10 οὔτε ἄνω ἀλλὰ κάτω αὐτοῦ βλέπειν τὴν ψυχήν, κἂν ἐξ ὑπτίας νέων ἐν γῇ ἢ ἐν θαλάττῃ μανθάνῃ. Δίκην, ἔφη,

laudationem, o Socrates, in qua tu me interpellasti, quasi importunius ipsam extollerem, ex tuo progressu nunc prosequor. nam cuique patere existimo, hanc animi oculos ad superiora dirigere et hunc illuc ipsum perducere. *So.* Forte hoc omnibus praeterquam mihi perspicuum: quoniam mihi quidem non ita videtur. *Glau.* At quonam modo? *So.* Porro ut nunc eam tractant, qui philosophiae ipsam jungunt, ad inferiora deiicere animi oculos mihi videntur. *Glau.* Qua ratione id ais? *So.* Non ingenerose mihi videris tecum ipse supernorum intelligentiam definire, constat enim quod si quis laquearia variis coloribus depicta suspiciens quicquam perceperit, eum non oculis intueri, sed intelligere arbitraberis. ac forte recte sentis, ego autem inepte. reor equidem nullam aliam disciplinam ad supernam inspectionem animum excitare, nisi eam, quae circa essentiam et id, quod videri non potest, versatur. Quod si quis sursum inhians, nunquam conversus deorsum, sensibile aliquid percipere studet, discere ipsum nequaquam, assero scientiam enim adipisci hunc nego, et eius animum non sursum, sed deorsum aspicere censeo, etiamsi resupinus in terrae litore vel maris aequore iacens quicquam perceperit. *Glau.* Haud

ἔχω· ὀρθῶς γάρ μοι ἐπέπληξας. ἀλλὰ πῶς δὴ ἔλεγες δεῖν ἀστρονομίαν μανθάνειν παρὰ ἃ νῦν μανθάνουσιν, εἰ μέλλοιεν ὠφελίμως πρὸς ἃ λέγομεν μαθήσεσθαι; Ὧδε, ἦν δ' ἐγώ. ταῦτα μὲν τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ ποικίλματα, ἐπεί περ ἐν ὁρατῷ πεποίκιλται, κάλλιστα μὲν ἡγεῖσθαι καὶ ἀκριβέστατα τῶν τοιούτων ἔχειν, τῶν δὲ ἀληθινῶν πολὺ ἐνδεῖν, ἃς τὸ ὂν τάχος καὶ ἡ οὖσα βραδυτὴς ἐν τῷ ἀληθινῷ ἀριθμῷ καὶ πᾶσι τοῖς ἀληθέσι σχήμασι φοράς τε πρὸς ἄλληλα φέρεται καὶ τὰ ἐνόντα φέρει. ἃ δὴ λόγῳ μὲν καὶ διανοίᾳ ληπτά, ὄψει δ' οὔ. ἢ σὺ οἴει; Οὐδαμῶς, ἔφη. Οὐκοῦν, εἶπον, τῇ περὶ τὸν οὐρανὸν ποικιλίᾳ παραδείγμασι χρηστέον τῆς πρὸς ἐκεῖνα μαθήσεως ἕνεκα, ὁμοίως ὥς περ ἂν εἴ τις ἐντύχοι ὑπὸ Δαιδάλου ἢ τινος ἄλλου δημιουργοῦ ἢ γραφέως γεγραμμένοις καὶ ἐκπεπονημένοις διαγράμμασιν. ἡγήσαιτο γὰρ ἄν πού τις ἔμπειρος γεωμετρίας, ἰδὼν τὰ τοιαῦτα, κάλλιστα μὲν ἔχειν ἀπεργασίᾳ, γελοῖον μὴν ἐπισκοπεῖν ταῦτα σπουδῇ ὡς τὴν ἀλήθειαν ἐν αὐ-
514 τοῖς λῃψόμενον ἴσων ἢ διπλασίων ἢ ἄλλης τινὸς συμμετρίας. Τί δ' οὐ μέλλει γελοῖον εἶναι; ἔφη. Τῷ ὄντι δὴ ἀστρονομικόν, ἦν δ' ἐγώ, ὄντα οὐκ οἴει ταὐτὸν

iniuria me corripuisti. verum quae ratio discendae Astronomiae praeter eam, quam isti sequuntur, si eius nobis perceptio sit ad ea, quae dicimus, profutura? *So.* Haec utique: Existimandum est has, quae in coelo sunt, varietates, postquam in loco visibili sunt, si ad ceteras eiusmodi comparentur, optime integerrimeque dispositas: sin autem ad veras, longe deficere. veras inquam varietates et motiones, quibus ipsa, quae vere est velocitas, et ipsa, quae vere est tarditas, in vero numero verisque figuris omnibus et invicem feruntur et, quae insunt, ferunt. quae quidem omnia ratione et cogitatione comprehendi possunt, visu vero nequaquam. quid censes? *Glau.* Idem prorsus. *So.* Nonne igitur coelesstium varietate utendum est velut exemplo quodam ad supernarum rerum contemplationem? perinde ac si quis videat figuras a Daedalo vel alio artifice vel pictore praecipue compositas et elaboratas. Nempe si esset is, qui eas videt, in Geometria peritus, artificium ipsum laudaret, ridiculum tamen esse censeret, si quis attentius talia consideraret tanquam in ipsis veritatem aequalium vel duplorum vel alicuius proportionis alterius reperturus. *Glau.* Cur non absurdum id videatur? *So.* Idem quoque facturum putare debem ve-

πείσεσθαι εἰς τὰς τῶν ἄστρων φοράς ἀποβλέποντα; νομιεῖν μέν, ὡς οἷόν τε κάλλιστα τὰ τοιαῦτα ἔργα συστήσασθαι, οὕτω ξυνεστάναι τῷ τοῦ οὐρανοῦ δημιουργῷ αὐτόν τε καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· τὴν δὲ νυκτὸς πρὸς ἡμέραν ξυμμετρίαν καὶ τούτων πρὸς μῆνα καὶ μηνὸς πρὸς ἐνιαυτὸν καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων πρός τε ταῦτα καὶ πρὸς ἄλληλα, οὐκ ἄτοπον, οἶει, ἡγήσεται τὸν νομίζοντα γίγνεσθαί τε ταῦτα ἀεὶ ὡσαύτως καὶ οὐδαμῇ οὐδὲν παραλλάττειν, σώματά τε ἔχοντα καὶ ὁρώμενα, καὶ ζητεῖν παντὶ τρόπῳ τὴν ἀλήθειαν αὐτῶν λαβεῖν; Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ, ἔφη, σοῦ νῦν ἀκούοντι. Προβλήμασιν ἄρ', ἦν δ' ἐγώ, χρώμενοι ὥς περ γεωμετρίαν, οὕτω καὶ ἀστρονομίαν μέτιμεν· τὰ δ' ἐν τῷ οὐρανῷ ἐάσομεν, εἰ μέλλομεν ὄντως ἀστρονομίας μεταλαμβάνοντες χρήσιμον τὸ φύσει φρόνιμον ἐν τῇ ψυχῇ ἐξ ἀχρήστου ποιήσειν. Ἢ πολλαπλάσιον, ἔφη, τὸ ἔργον ἢ ὡς νῦν ἀστρονομεῖται προστάττεις. Οἶμαι δέ γε, εἶπον, καὶ τἆλλα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον προστάξειν ἡμᾶς, ἐάν τι ἡμῶν ὡς νομοθετῶν ὄφελος ᾖ.

Ἀλλὰ γὰρ τί ἔχεις ὑπομνῆσαι τῶν προσηκόντων μαθημάτων; Οὐκ ἔχω, ἔφη, νῦν γ' οὑτωσί. Οὐ μὴν

rum Astronomum, quando motus siderum intuebitur: arbitraturum scilicet, quoad in operibus huiusmodi possibile est, quam pulcherrime ab ipso coeli conditore et coelum ipsum et quae in eo sunt, fabricata: absurdum tamen existimaturum, si quis noctis ad diem comparationem, horumque ad mensem, mensisque ad annum, et aliorum astrorum invicem et ad ista, semper similiter fieri censeat; neque unquam quoquo modo mutare tenorem, cum et corpus habeant et videantur: quaeratque in his omni studio veritatem. *Glau.* Mihi certe in praesentia te audienti idem videtur. *So.* Itaque propositionibus utemur, ut in Geometria, ita et in ipsa Astronomia: et quae in coelo sunt, dimittemus, si modo ita percepturi sumus Astronomiam, ut quod in nobis sapientiae compos natura exsistit, utile ex inutili efficiatur. *Glau.* Quam multiplicem praecipis operam ad eam, quae nunc astronomiae datur! *So.* Arbitror autem et alia nos praecipere eodem modo debere, si qua ex nobis, tanquam legum conditoribus, sit utilitas proventura. At quam nunc ex convenientibus disciplinis commemorabis? *Glau.* Nullam ad praesens habeo, quam commemorem. *So.* Attamen

ἓν ἀλλὰ πλείω, ἦν δ' ἐγώ, εἴδη παρέχεται ἡ φορά, ὡς ἐγῷμαι. τὰ μὲν οὖν πάντα ἴσως, ὅς τις σοφός, ἕξει εἰπεῖν· ἃ δὲ καὶ ἡμῖν προφανῆ, δύο. *Ποῖα δή; Πρὸς τούτῳ, ἦν δ' ἐγώ, ἀντίστροφον αὐτοῦ. Τὸ ποῖον; Κινδυνεύει, ἔφην, ὡς πρὸς ἀστρονομίαν ὄμματα πέπηγεν, ὡς πρὸς ἐναρμόνιον φορὰν ὦτα παγῆναι, καὶ αὗται ἀλλήλων ἀδελφαί τινες αἱ ἐπιστῆμαι εἶναι, ὡς οἵ τε Πυθαγόρειοί φασι καὶ ἡμεῖς, ὦ Γλαύκων, συγχωροῦμεν. ἢ πῶς ποιοῦμεν; Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἐπειδὴ πολὺ τὸ ἔργον, ἐκείνων πευσόμεθα πῶς λέγουσι περὶ αὐτῶν καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς τούτοις· ἡμεῖς δὲ παρὰ πάντα ταῦτα φυλάξομεν τὸ ἡμέτερον. Ποῖον; Μή ποτ' αὐτῶν τι ἀτελὲς ἐπιχειρῶσιν ἡμῖν μανθάνειν ἃ οὗς θρέψομεν, καὶ οὐκ ἐξῆκον ἐκεῖσε ἀεὶ οἷ πάντα δεῖ ἀφήκειν, οἷον ἄρτι περὶ τῆς ἀστρονομίας ἐλέγομεν. ἢ* 531 *οὐκ οἶσθ' ὅτι καὶ περὶ ἁρμονίας ἕτερον τοιοῦτον ποιοῦσι; τὰς γὰρ ἀκουομένας αὖ συμφωνίας καὶ φθόγγους ἀλλήλοις ἀναμετροῦντες ἀνήνυτα, ὥς περ οἱ ἀστρονόμοι, πονοῦσιν. Νὴ τοὺς θεούς, ἔφη, καὶ γελοίως γε, πυκνώματ' ἄττα ὀνομάζοντες καὶ παραβάλλοντες* 20

non unam tantum, sed plures species motus praebet. omnes quidem, quisquis sapiens fuerit, depromere poterit: quae vero nobis occurrunt, duae sunt. *Glau.* Quales? *So.* Una quaedam Astronomiae consimilis, iuxta illam per comparationem conversionemque opposita. *Glau.* Qualis? inquam. *So.* Quemadmodum ad Astronomiam oculi, sic ad harmonicum motum videntur aures fabricatae. unde et hae invicem esse germanae scientiae, ut et Pythagorei putant et nos, o Glauco, assentimur. vel quidnam agemus? *Glau.* Ita prorsus. *So.* Nonne postquam grande hoc opus, eos percontabimur, quo pacto de ipsis loquuntur, et nunquid aliud praeter ista: nos autem ad haec omnia nostrum illud servabimus? *Glau.* Quid? *So.* Ne quando dent operam, ut nostros alumnos quicquam ex his minus perfectum doceant, quod non illuc tendat semper, quo proficisci omnia debent: quemadmodum nuper de Astronomia narravimus. An ignoras, quod circa harmoniam tale aliquid agunt? nam dum concentus et tonos, qui percipiuntur auribus, metiuntur et comparant, irrito labore, quemadmodum Astronomi, tempus conterunt. *Glau.* Per deos ridicule admodum crebriores quasdam vocum congestiones inducunt, et aures adhibent

τὰ ὦτα, οἷον ἐκ γειτόνων φωνὴν θηρευόμενοι, οἱ μέν φασιν ἔτι κατακούειν. ἐν μέσῳ τινὰ ἠχὴν καὶ σμικρότατον εἶναι τοῦτο διάζημα ᾧ μετρητέον, οἱ δὲ ἀμφισβητοῦντες ὡς ὅμοιον ἤδη φθεγγομένων, ἀμφότεροι, ὦτα τοῦ νοῦ προησάμενοι. Σὺ μέν, ἦν δ' ἐγώ, τοὺς χρηστοὺς λέγεις τοὺς ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχοντας καὶ βασανίζοντας, ἐπὶ τῶν κολλόπων στρεβλοῦντας. ἵνα δὲ μὴ μακροτέρα ἡ εἰκὼν γίγνηται πλήκτρῳ τε πληγῶν γιγνομένων καὶ κατηγορίας πέρι καὶ ἐξαρνήσεως καὶ ἀλαζονείας χορδῶν, παύομαι τῆς εἰκόνος καὶ οὔ φημι τούτους λέγειν, ἀλλ' ἐκείνους οὓς ἔφαμεν νῦν δὴ περὶ ἁρμονίας ἐρήσεσθαι. ταὐτὸν γὰρ ποιοῦσι τοῖς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ· τοὺς γὰρ ἐν ταύταις ταῖς συμφωνίαις ταῖς ἀκουομέναις ἀριθμοὺς ζητοῦσιν, ἀλλ' οὐκ εἰς προβλήματα ἀνίασιν, ἐπισκοπεῖν τίνες ξύμφωνοι ἀριθμοὶ καὶ τίνες οὔ, καὶ διὰ τί ἑκάτεροι. Δαιμόνιον γάρ, ἔφη, πρᾶγμα λέγεις. Χρήσιμον μὲν οὖν, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ ζήτησιν, ἄλλως δὲ μεταδιωκόμενον ἄχρηστον. Εἰκός γ', ἔφη. Οἶμαι δέ γ', ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ τούτων πάντων ὧν διεληλύθαμεν μέθοδος ἐὰν μὲν ἐπὶ τὴν ἀλλήλων κοινωνίαν ἀφίκηται καὶ ξυγγένειαν, καὶ ξυλλογισθῇ ταῦτα ᾗ ἐστὶν ἀλλήλοις

comparantque, velut viciniore loco vocem ipsam venantes. Atque eorum alii dicunt in medio adhuc sonitum aliquem se audire, minimumque esse intervallum istud, quo metiri quis debeat: alii vero ambigunt, quasi sonus iam similis audiatur: et utrique aures menti praeponunt. *So.* Tu vero utilesne eos musicos vocas, qui chordas ingiter vexant examinantque, et claviculis tum intendendo, tum remittendo pulsationes contorquent? Sed ne longius haec provehatur similitudo circa plectri accusationemque et negationem ac elationem chordarum, imagini iam huic finem impono: neque his dicendum assero, sed illis, quos diximus modo de harmonia interrogandos. nam idem faciunt, quod et illi, qui in Astronomia versantur. nempe numeros eos sectantur, qui in concentibus ad aures pertinentibus insunt. sed ad investigandum inde non transeunt, qui consonantes numeri sint, qui non, et quam ob causam utrique sint tales. *Glau.* Rem egregiam narras. *So.* Adde et utilem ad boni ipsius pulchrique indaginem: quae si aliter quaeratur, fit prorsus inutilis. *Glau.* Probabile istud quidem. *So.* Arbitror autem supra dictorum omnium tractationem, si mutuam ipsorum communionem cognatio nemque attigerit, investigaveritque qua secum ista invicem ra-

οἰκεῖα, φέρειν τι αὐτῶν εἰς ἃ βουλόμεθα τὴν πραγματείαν καὶ οὐκ ἀνόνητα πονεῖσθαι, εἰ δὲ μή, ἀνόνητα. Καὶ ἐγώ, ἔφη, οὕτω μαντεύομαι· ἀλλὰ πάμπολυ ἔργον λέγεις, ὦ Σώκρατες. Τοῦ προοιμίου, ἦν δ' ἐγώ, ἢ τίνος λέγεις; ἢ οὐκ ἴσμεν ὅτι πάντα ταῦτα προοίμιά ἐστιν αὐτοῦ τοῦ νόμου ὃν δεῖ μαθεῖν; οὐ γάρ που δοκοῦσί γέ σοι οἱ ταῦτα δεινοὶ διαλεκτικοὶ εἶναι. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη, εἰ μὴ μάλα γέ τινες ὀλίγοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα. Ἀλλ' ἤδη, εἶπον, μὴ δυνατοί τινες ὄντες δοῦναί τε καὶ ἀποδέξασθαι λόγον εἴσεσθαί ποτέ τι ὧν φαμὲν δεῖν εἰδέναι; Οὐδ' αὖ, ἔφη, τοῦτό γε. Οὐκοῦν, εἶπον, ὦ Γλαύκων, οὗτος ἤδη αὐτός ἐστιν ὁ νόμος ὃν τὸ διαλέγεσθαι περαίνει; ὃν καὶ ὄντα νοητὸν μιμοῖτ' ἂν ἡ τῆς ὄψεως δύναμις, ἣν ἐλέγομεν πρὸς αὐτὰ ἤδη τὰ ζῶα ἐπιχειρεῖν ἀποβλέπειν καὶ πρὸς αὐτὰ ἄστρα τε καὶ τελευταῖον δὴ πρὸς αὐτὸν τὸν ἥλιον. οὕτω καὶ ὅταν τις τῷ διαλέγεσθαι ἐπιχειρῇ, ἄνευ πασῶν τῶν αἰσθήσεων διὰ τοῦ λόγου ἐπ' αὐτὸ ὃ ἔστιν ἕκαστον ὁρμᾷ καὶ μὴ ἀποστῇ πρὶν ἂν αὐτὸ ὃ ἔστιν ἀγαθὸν αὐτῇ νοήσει λάβῃ, ἐπ' αὐτῷ γίγνεται τῷ τοῦ νοητοῦ τέλει, ὡς περ ἐκεῖνος τότε ἐπὶ τῷ τοῦ ὁρατοῦ,

tione cohaerent, ad ea quae expetimus conducturam: neque frustra in his homines, sed utiliter admodum versaturos: inutiliter autem, si aliter actum fuerit. *Glau.* Atqui et ego ita vaticinor; sed magnum est, quod iubes, o Socrates. *So.* De prooemio istud, an de alio quodam inquis? an ignoramus haec omnia esse ipsius prooemia legis, quam discere decet? nondum enim homines in his rebus periti esse dialectici, id est ad disserendum idonei tibi videntur. *Glau.* Non per Iovem: nisi perpauci quidam omnium, quos unquam cognoverim. *So.* At enim, nisi quis et accipere possit et reddere rationem, nunquam sciet quicquam eorum, quae esse dicimus cognoscenda. *Glau.* Nunquam prorsus. *So.* Nonne haec iam lex est, o Glauco, quae per disserendi artem ostenditur: quam rursus, intelligibilem, ea vis imitatur aspectus, quam supra diximus, ad ipsam iam animalia sese convertere et ad stellas et ad ipsum denique solem? haud secus cum quis ad dialecticam artem disserendi se confert absque sensibus, ratione duntaxat ad ipsum, quod est, quodlibet nititur: qui si non destiterit prius, quam ipsum, quod est bonum, intelligentia ipsa perceperit, tunc demum ad finem intelligibilis ipsius ita pervenit, ut ille alter ad visibilis fi-

Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Τί οὖν; οὐ διαλεκτικὴν ταύτην τὴν πορείαν καλεῖς; Τί μήν; Ἡ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, λύσις τε ἀπὸ τῶν δεσμῶν καὶ μεταστροφὴ ἀπὸ τῶν σκιῶν ἐπὶ τὰ εἴδωλα καὶ τὸ φῶς καὶ ἐκ τοῦ καταγείου εἰς τὸν ἥλιον ἐπάνοδος, καὶ ἐκεῖ πρὸς μὲν τὰ ζῶά τε καὶ φυτὰ καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ἐπ' ἀδυναμίᾳ βλέπειν, πρὸς δὲ τὰ ἐν ὕδασι φαντάσματα, ἐνταῦθα δὲ πρὸς φαντάσματα θεῖα καὶ σκιὰς τῶν ὄντων, ἀλλ' οὐκ εἰδώλων σκιὰς δι' ἑτέρου τοιούτου φωτὸς ὡς πρὸς ἥλιον κρίνειν ἀποσκιαζομένας, — πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία τῶν τεχνῶν ἃς διήλθομεν ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν καὶ ἐπαναγωγὴν τοῦ βελτίστου ἐν ψυχῇ πρὸς τὴν τοῦ ἀρίστου ἐν τοῖς οὖσι θέαν, ὥς περ τότε τοῦ σαφεστάτου ἐν σώματι πρὸς τὴν τοῦ φανοτάτου ἐν τῷ σωματοειδεῖ τε καὶ ὁρατῷ τόπῳ. Ἐγὼ μέν, ἔφη, ἀποδέχομαι οὕτω. καί τοι παντάπασί γέ μοι δοκεῖ χαλεπὰ μὲν ἀποδέχεσθαι εἶναι, ἄλλον δ' αὖ τρόπον χαλεπὰ μὴ ἀποδέχεσθαι. ὅμως δέ — οὐ γὰρ ἐν τῷ νῦν παρόντι μόνον ἀκουστέα, ἀλλὰ καὶ αὖθις πολλάκις ἐπανιτέον — ταῦτα θέντες ἔχειν ὡς νῦν λέγεται, ἐπ' αὐτὸν δὴ τὸν νόμον ἴω-

nem ascendit. *Glau.* Omnino sic accidit. *So.* Nonne dialecticam hanc progressionem vocas? *Glau.* Quid prohibet? *So.* Atqui quemadmodum solutio illa a vinculis, conversioque ab umbris ad simulacra ac lumen, et ex antro ad solis lumen exitus, ibique animalium et plantarum inspectio solisque, et siderum in aqua propter imbecillitatem oculorum intuitus, ipsum, quod in corporibus est clarissimum, ad id convertunt, quod est in corporali et visibili regione omnium fulgentissimum: ita omnium supra dictarum artium studium deducit animum per umbras non simulacrorum, sed eorum potius, quae vere sunt: iudicareque eas efficit apparentes ad aliud quoddam lumen, tanquam ad solem; habetque vim quandam extollendi id, quod est in animo praestantissimum, ad contemplationem eius, quod in ordine rerum est optimum. *Glau.* Equidem sic accipio: quanquam mihi talia haec esse videntur, ut neque facile admitti possint neque facile reiici. veruntamen cum non in praesentia solum audienda, sed deinceps saepius repetenda sint, his ita positis, ut nunc traditum est, ad ipsam iam legem deveniamus, atque ita eam percurra-

μεν, καὶ διέλθωμεν οὕτως ὥς περ τὸ προοίμιον διήλθομεν. λέγε οὖν τίς ὁ τρόπος τῆς τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμεως, καὶ κατὰ ποῖα δὴ εἴδη διέῤῥηκε, καὶ τίνες αὖ ὁδοί. αὗται γὰρ ἂν ἤδη, ὡς ἔοικεν, αἱ πρὸς αὐτὸ ἄγουσαι εἶεν, οἱ ἀφικομένῳ ὥς περ ὁδοῦ ἀνάπαυλα ἂν εἴη καὶ τέλος τῆς πορείας. Οὐκέτ', ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Γλαύκων, οἷός τ' ἔσει ἀκολουθεῖν, ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδὲν ἂν προθυμίας ἀπολίποι, οὐδ' εἰκόνα ἂν ἔτι οὗ λέγομεν ἴδοις, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἀληθές, ὅ γε δὴ ἐμοὶ φαίνεται· εἰ δ' ὄντως ἢ μή, οὐκέτ' ἄξιον τοῦτο διισχυρίζεσθαι. ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ τοιοῦτόν τι, ἰσχυριστέον. ἢ γάρ; Τί μήν; Οὐκοῦν καὶ ὅτι ἡ τοῦ διαλέγεσθαι δύναμις μόνη ἂν φήνειεν ἐμπείρῳ ὄντι ὧν νῦν δὴ διήλθομεν, ἄλλῃ δὲ οὐδαμῇ δυνατόν; Καὶ τοῦτ', ἔφη, ἄξιον διισχυρίζεσθαι. Τόδε γοῦν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδεὶς ἡμῖν ἀμφισβητήσει λέγουσιν ὡς αὐτοῦ γε ἑκάστου πέρι, ὃ ἔστιν ἕκαστον, οὐκ ἄλλη τις ἐπιχειρεῖ μέθοδος ὁδῷ περὶ παντὸς λαμβάνειν, ἀλλ' αἱ μὲν ἄλλαι πᾶσαι τέχναι ἢ πρὸς δόξας ἀνθρώπων καὶ ἐπιθυμίας εἰσὶν ἢ πρὸς γενέσεις τε καὶ συνθέσεις, ἢ καὶ πρὸς θεραπείαν τῶν φυομένων τε καὶ συντιθεμένων ἅπασαι τετράφαται· αἱ

533

mus, ut prooemium nuper transegimus. Quare dic, amabo, quis potentiae disserendi modus, et quas in species distribuitur, et quae viae sint. hae namque sunt, ut videtur, quae illuc perducunt, quo quisquis pervenerit, illic demum tanquam in itineris termino requiescet. *So.* Nondum, o amice Glauco, assequi poteris. profecto, quantum in me est, nihil tibi deerit studii, quo voti compos efficiaris: neque imaginem amplius eius, quo de agimus, sed rem ipsam veram, qualis mihi videtur, aspicies. utrum autem revera talis sit necne, haudquaquam affirmare decet: sed illud duntaxat asseverandum, quod tale aliquid est cognoscendum. nonne? *Glau.* Nihil prohibet. *So.* Quin etiam et istud, quod sola disserendi facultas homini in his, quae diximus, erudito id ostendet: aliter vero cognosci penitus impossibile. *Glau.* Hoc quoque asseverandum. *So.* Nemo autem adversabitur nobis dicentibus, quod disserendi facultas duntaxat conatur ordine certo circa unumquodque, quid ipsum sit, invenire. siquidem ceterae artes aut ad opiniones hominum cupiditatesque respiciunt, vel ad generationes et compositiones, vel ad culturam eorum quae generantur et componuntur: reliquae vero, quas diximus verarum rerum quoque

δὲ λοιπαί, ἃς τοῦ ὄντος τι ἔφαμεν ἐπιλαμβάνεσθαι, γεωμετρίαν τε καὶ τὰς ταύτῃ ἑπομένας, ὁρῶμεν ὡς ὀνειρώττουσι μὲν περὶ τὸ ὄν, ὕπαρ δὲ ἀδύνατον αὐταῖς ἰδεῖν, ἕως ἂν ὑποθέσεσι χρώμεναι ταύτας ἀκινήτους ἐῶσι, μὴ δυνάμεναι λόγον διδόναι αὐτῶν. ᾧ γὰρ ἀρχὴ μὲν ὃ μὴ οἶδε, τελευτὴ δὲ καὶ τὰ μεταξὺ ἐξ οὗ μὴ οἶδε συμπέπλεκται, τίς μηχανὴ τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν ποτὲ ἐπιστήμην γενέσθαι; Οὐδαμῶς, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἡ διαλεκτικὴ μέθοδος μόνη ταύτῃ πορεύεται, τὰς ὑποθέσεις ἀναιροῦσα ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχήν, ἵνα βεβαιώσηται, καὶ τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυχμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω, συνερίθοις καὶ συμπεριαγωγοῖς χρωμένη αἷς διήλθομεν τέχναις· ἃς ἐπιστήμας μὲν πολλάκις προσείπομεν διὰ τὸ ἔθος, δέονται δὲ ὀνόματος ἄλλου, ἐναργεστέρου μὲν ἢ δόξης, ἀμυδροτέρου δὲ ἢ ἐπιστήμης. διάνοιαν δὲ αὐτὴν ἔν γε τῷ πρόσθεν που ὡρισάμεθα. ἔξι δ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐ περὶ ὀνόματος ἡ ἀμφισβήτησις, οἷς τοσούτων πέρι σκέψις ὅσων ἡμῖν πρόκειται. Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη· ἀλλ' ὃ ἂν μόνον δηλοῖ πρὸς τὴν λέξιν σαφηνεία, ὃ λέγοι ἐν ψυχῇ. Ἀρέ-

modo participes esse, Geometria scilicet eiusque comites, circa ipsam essentiam quodammodo somniant; sincere autem quicquam ab illis cernere impossibile est, quousque suppositionibus haerent, easque ratas et immobiles adeo servant, ut illarum rationem reddere nequeant. nam ubi principium quidem ponitur id, quod est ignotum, finis autem et media ex ignoto tracta invicem connectuntur: inde collectam assertionem quonam pacto scientiam nominabimus? *Glau.* Nullo. *So.* Dialectica vero sola sublatis suppositionibus omnibus, ad ipsum principium confirmandum pergit, ac revera animi oculum, coeno barbarico obrutum, paulatim sursum trahit ac ducit, tanquam adiutricibus ac ministris quibusdam utens his artibus, quas narravimus. eas porro nos saepe scientias propter consuetudinem nominavimus. indigent autem alio nomine, clariore quidem quam sit opinio, obscuriore vero quam scientia. cogitationem certe nos in superioribus earum notionem cognominavimus. Neque tamen est de nomine controversia inter eos, quibus de rebus tantis, quantis nobis ad praesens, est disceptatio. *Glau.* Non certe, nam solam exigunt ad rerum habitum interni

σκει οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὡς περ τὸ πρότερον, τὴν μὲν πρώτην μοῖραν ἐπιστήμην καλεῖν, δευτέραν δὲ διάνοιαν, τρίτην δὲ πίστιν καὶ εἰκασίαν τετάρτην· καὶ ξυναμφότερα μὲν ταῦτα δόξαν, ξυναμφότερα δ' ἐκεῖνα νόησιν· καὶ δόξαν μὲν περὶ γένεσιν, νόησιν δὲ περὶ οὐσίαν· καὶ ὅ τι οὐσίαν πρὸς γένεσιν, νόησιν πρὸς δόξαν ἐπιστήμην πρὸς πίστιν καὶ διάνοιαν πρὸς εἰκασίαν. τὴν δ' ἐφ' οἷς ταῦτα ἀναλογίαν καὶ διαίρεσιν διχῇ ἑκατέρου, δοξαστοῦ τε καὶ νοητοῦ, ἐῶμεν, ὦ Γλαύκων, ἵνα μὴ ἡμᾶς πολλαπλασίων λόγων ἐμπλήσῃ ἢ ὅσων οἱ παρεληλυθότες. Ἀλλὰ μὴν ἔμοιγ', ἔφη, τά γε ἄλλα, καθ' ὅσον δύναμαι ἕπεσθαι, ξυνδοκεῖ. Ἦ καὶ διαλεκτικὸν καλεῖς τὸν λόγον ἑκάστου λαμβάνοντα τῆς οὐσίας; καὶ τὸν μὴ ἔχοντα, καθ' ὅσον ἂν μὴ ἔχῃ λόγον αὑτῷ τε καὶ ἄλλῳ διδόναι, κατὰ τοσοῦτον νοῦν περὶ τούτου οὐ φήσεις ἔχειν; Πῶς γὰρ ἄν, ἦ δ' ὅς, φαίην; Οὐκοῦν καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ὡσαύτως· ὃς ἂν μὴ ἔχῃ διορίσασθαι τῷ λόγῳ ἀπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἀφελὼν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν, καὶ ὡς περ ἐν μάχῃ διὰ πάντων ἐλέγχων διεξιών, μὴ κατὰ δό-

conceptus expressionem. *So.* Placet igitur, quemadmodum supra, primam portionem vocare scientiam, secundam cogitationem, tertiam fidem, postremam imaginationem vel assimilationem: et ambo illa simul intelligentiam, haec autem ambo simul opinionem: et opinionem quidem circa generationem, intelligentiam vero circa essentiam esse. Quod autem est ad generationem essentia, id ad opinionem intelligentia: quodve intelligentia est ad opinionem, id et ad fidem scientia, et ad imaginationem denique cogitatio. Comparationem vero illorum, in quibus ista versantur, divisionemque utriusque geminam, opinabilis scilicet intelligibilisque, o Glauco, omittamus, ne prolixior de his oratio quam de superioribus habeatur. *Glau.* Equidem aliis quantum capere mea mens potest, assentior. *So.* An non dialecticum vocas eum, qui rationem cuiuslibet capit essentiae? illum vero, qui hanc rationem non habet quatenus nec sibi nec alteri potest reddere rationem, eatenus intelligentiam circa hoc habere negabis? *Glau.* Certe non aliter est dicendum. *So* De bono etiam similiter iudicandum. nam quicunque boni ideam ratione definire non potest, a ceteris omnibus eam distinguens, et tanquam in proelio, per omnia penetrando, cetera

ξαν ἀλλὰ κατ' οὐσίαν προθυμούμενος ἐλέγχειν, ἐν πᾶσι τούτοις ἀπτῶτι τῷ λόγῳ διαπορεύηται, οὔτε αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν φήσεις εἰδέναι τὸν οὕτως ἔχοντα οὔτε ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν, ἀλλ' εἴ πῃ εἰδώλου τινὸς ἐφάπτεται, δόξῃ οὐκ ἐπιστήμῃ ἐφάπτεσθαι, καὶ τὸν νῦν βίον ὀνειροπολοῦντα καὶ ὑπνώττοντα, πρὶν ἐνθάδ' ἐξεγρεσθαι, εἰς Ἅιδου πρότερον ἀφικόμενον τελέως ἐπικαταδαρθάνειν; Νὴ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, σφόδρα γε πάντα ταῦτα φήσω. Ἀλλὰ μὴν τούς γε σαυτοῦ παῖδας, οὓς τῷ λόγῳ τρέφεις τε καὶ παιδεύεις, εἴ ποτε ἔργῳ τρέφοις, οὐκ ἂν ἐάσαις, ὡς ἐγῷμαι, ἀλόγους ὄντας ὥς περ γραμμάς, ἄρχοντας ἐν τῇ πόλει κυρίους τῶν μεγίστων εἶναι. Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη. Νομοθετήσεις δὴ αὐτοῖς ταύτης μάλιστα τῆς παιδείας ἀντιλαμβάνεσθαι ἐξ ἧς ἐρωτᾷν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστημονέστατα οἷοί τ' ἔσονται; Νομοθετήσω, ἔφη, μετά γε σοῦ. Ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι, ἔφην ἐγώ, ὡς περ θριγκὸς τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι, καὶ οὐκέτ' ἄλλο τούτου μάθημα ἀνωτέρω ὀρθῶς ἂν ἐπιτίθεσθαι, ἀλλ' ἔχειν ἤδη τέλος τὰ τῶν μαθημάτων; Ἔμοιγ', ἔφη. 535

Διανομὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ λοιπόν σοι, τίσι

cuncta reiicere, non secundum opinionem, sed secundum substantiam arguens et refellens perque haec omnia stabili et inconcussa progredi ratione: hunc tu ita affectum neque bonum ipsum dices cognoscere neque aliud quicquam bonum, verum si quod forte simulacrum attigerit, opinione potius quam scientia illud attingere, atque hac in vita insomniis dormitantem illudi, et antequam expergiscatur, ad inferos descendentem extremo tandem occupari sopore. *Glau.* Per Iovem, omnia haec prorsus asseverabo. *So.* Ceterum pueros tuos, quos nunc oratione instruis, si quando re ipsa erudires, ut arbitror, non permitteres maximarum rerum in civitate potestatem habere, dum linearum instar non possent cuiusque reddere rationem. *Glau.* Non certe. *So.* Legem itaque feres, qua iubeantur eam potissimum disciplinam capessere, ex qua ad interrogandum et respondendum, ut scientem decet, aptissimi sint. *Glau.* Tecum una istud praecipiam. *So.* An ergo videtur tibi doctrinis omnibus dialectica velut apex esse praeposita: nec ulla doctrina ulterius ac eminentior reperiri; sed hic iam doctrinarum omnium esse finis? *Glau.* Mihi quidem videtur. *So.* Restat ergo deinceps aperiendum, qui-

ταῦτα τὰ μαθήματα δώσομεν καὶ τίνα τρόπον. Δῆλον, ἔφη. Μέμνησαι οὖν τὴν προτέραν ἐκλογὴν τῶν ἀρχόντων, οἵους ἐξελέξαμεν; Πῶς γάρ, ἦ δ' ὅς, οὔ; Τὰ μὲν ἄλλα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἐκείνας τὰς φύσεις οἷόν δεῖν ἐκλεκτέας εἶναι· τούς τε γὰρ βεβαιοτάτους καὶ τοὺς ἀνδρειοτάτους προαιρετέον, καὶ κατὰ δύναμιν τοὺς εὐειδεστάτους· πρὸς δὲ τούτοις ζητητέον μὴ μόνον γενναίους τε καὶ βλοσυροὺς τὰ ἤθη, ἀλλὰ καὶ ἃ τῇδε τῇ παιδείᾳ τῆς φύσεως πρόσφορα ἐκτέον αὐτοῖς. Ποῖα δὴ διαξέλλει; Δριμύτητα, ὦ μακάριε, ἔφην, δεῖ αὐτοῖς πρὸς τὰ μαθήματα ὑπάρχειν, καὶ μὴ χαλεπῶς μανθάνειν, πολὺ γάρ τοι μᾶλλον ἀποδειλιῶσι ψυχαὶ ἐν ἰσχυροῖς μαθήμασιν ἢ ἐν γυμνασίοις· οἰκειότερος γὰρ αὐταῖς ὁ πόνος, ἴδιος ἀλλ' οὐ κοινὸς ὢν μετὰ τοῦ σώματος. Ἀληθῆ, ἔφη. Καὶ μνήμονα δὲ καὶ ἀρρᾴστων καὶ πάντῃ φιλόπονον ζητητέον. ἢ τίνι τρόπῳ οἴει τά τε τοῦ σώματος ἐθελήσειν τινὰ διαπονεῖν καὶ τοσαύτην μάθησίν τε καὶ μελέτην ἐπιτελεῖν; Οὐδένα, ἦ δ' ὅς, ἐὰν μὴ παντάπασί γ' ἦ εὐφυής. Τὸ γοῦν νῦν ἁμάρτημα, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ ἀτιμία φιλοσοφία διὰ ταῦτα προσπέπτωκεν, ὃ καὶ πρότερον εἴπομεν, ὅτι οὐ κα-

bus distribuendae hac disciplinae sint, et quomodo. *Glau.* Videlicet. *So.* Recordaris, in prima illa optione quales delegerimus principes? *Glau.* Quidni recorder? *So.* Quoad alia quidem naturas illas eligendas existimato. nam et gravissimos homines et fortissimos decet eligere, et, quoad fieri potest, speciosissimos. neque solum quaerendi sunt homines generosi atque terribiles: sed qui insuper eas habeant naturae dotes, quas disciplina haec exigit. *Glau.* Quas? *So.* Acumen inquam facilitatemque ingenii oportere ad doctrinarum perceptionem adesse. magis enim absterret animum disciplinarum quam exercitationum corporis difficultas. siquidem magis proprius illi labor est, qui soli competit, quam qui corpori etiam est communis. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Quaerendus itaque vir est memoriosus, integerrimus, tolerantissimus. nam quem alium censes libenter labores corporis subiturum, tamque arduum doctrinae meditationisque studium ad finem usque prosecuturum? *Glau.* Neminem prorsus, nisi qui optima natura sit praeditus. *So.* Ex eo quippe errore, ut supra dicebam, adversus philosophiam oborta est infamia, quod non pro dignitate ipsam attin-

τ' ἀξίαν αὐτῆς ἅπτονται. οὐ γὰρ νόθους ἔδει ἅπτεσθαι ἀλλὰ γνησίους. Πῶς; ἔφη. Πρῶτον μέν, εἶπον, φιλοπονίᾳ οὐ χωλὸν δεῖ εἶναι τὸν ἁψόμενον, τὰ μὲν ἡμίσεα φιλόπονον, τὰ δὲ ἥμισεα ἄπονον. ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν τις φιλογυμναστὴς μὲν καὶ φιλόθηρος ᾖ καὶ πάντα τὰ διὰ τοῦ σώματος φιλοπονῇ, φιλομαθὴς δὲ μὴ μηδὲ φιλήκοος μηδὲ ζητητικός, ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις μισοπονῇ. χωλὸς δὲ καὶ ὁ ταναντία τούτου μεταβεβληκὼς τὴν φιλοπονίαν. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν καὶ πρὸς ἀλήθειαν, ἦν δ' ἐγώ, ταὐτὸν τοῦτο ἀνάπηρον ψυχὴν θήσομεν, ἣ ἂν τὸ μὲν ἑκούσιον ψεῦδος μισῇ καὶ χαλεπῶς φέρῃ αὐτή τε καὶ ἑτέρων ψευδομένων ὑπεραγανακτῇ, τὸ δ' ἀκούσιον εὐκόλως προσδέχηται καὶ ἀμαθαίνουσά που ἁλισκομένη μὴ ἀγανακτῇ, ἀλλ' εὐχερῶς ὥς περ θηρίον ὕειον ἐν ἀμαθίᾳ μολύνηται; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Καὶ πρὸς σω- 537
φροσύνην, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἀνδρίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν καὶ πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς μέρη οὐχ ἥκιστα δεῖ φυλάττειν τὸν νόθον τε καὶ τὸν γνήσιον. ὅταν γάρ τις μὴ ἐπίσηται πάντα τὰ τοιαῦτα σκοπεῖν καὶ ἰδιώτης καὶ πόλις, λανθάνουσι χωλοῖς τε καὶ νόθοις χρώμενοι πρὸς ὅ τι ἂν τύχωσι τούτων, οἱ μὲν

gunt. neque enim a spuriis, sed legitimis est attrectanda. *Glau.* Quo pacto? *So.* Principio ad labores suscipiendos claudus esse non debet, quisquis est philosophiae sacris initiandus, ut partim eos adeat, partim recuset. contingit autem hoc, quotiens aliquis gymnasiis et venationi et reliquis corporis exercitationibus deditus disciplinarum studium refugit, neque audiendo delectatur nec inquirendo, sed omnem hanc odit curam. claudus praeterea et ille est, qui exercitationibus animi delectatus contemnit alias. *Glau.* Vera narras. *So.* An non et quoad veritatem similiter mancum eum ponemus animum, qui voluntarium mendacium odit et aegre fert ipse secum, et aliis mentientibus indignatur, involuntarium vero mendacium facile tolerat, et si ignorare aliquid deprehendatur, haud graviter perfert, sed libenter veluti sus ignorantiae sordibus volutatur? *Glau.* Omnino quidem. *So.* Quin etiam circa temperantiam et fortitudinem magnificentiamque et reliquas virtutis partes non minus observandum est, quinam legitimus sit, qui spurius. quando enim haec minus considerant et privati et civitas, ignari utuntur mancis et spuriis, ad quodcun-

φίλοις, οἱ δὲ ἄρχουσιν. Καὶ μάλα, ἔφη, οὕτως ἔχει. Ἡμῖν δή, ἦν ἐγώ, πάντα τὰ τοιαῦτα διευλαβητέον, ὡς ἐὰν μὲν ἀρτιμελεῖς τε καὶ ἀρτίφρονας ἐπὶ τοσαύτην μάθησιν καὶ τοσαύτην ἄσκησιν κομίσαντες παιδεύωμεν, ἥ τε δίκη ἡμῖν οὐ μέμψεται αὐτὴ τήν τε πόλιν καὶ πολιτείαν σώσομεν, ἀλλοίους δὲ ἄγοντες ἐπὶ ταῦτα τἀναντία πάντα καὶ πράξομεν καὶ φιλοσοφίας ἔτι πλείω γέλωτα καταντλήσομεν. Αἰσχρὸν μέντ' ἄν εἴη, ἦ δ' ὅς. Πάνυ μὲν οὖν, εἶπον. γελοῖον δ' ἔγωγε καὶ ἐν τῷ παρόντι ἔοικα παθεῖν. Τὸ ποῖον; ἔφη. Ἐπελαθόμην, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἐπαίζομεν, καὶ μᾶλλον ἐντεινάμενος εἶπον. λέγων γὰρ ἅμα ἔβλεψα πρὸς φιλοσοφίαν, καὶ ἰδὼν προπεπηλακισμένην ἀναξίως ἀγανακτήσας μοι δοκῶ καὶ ὡς περ θυμωθεὶς τοῖς αἰτίοις σπουδαιότερον εἰπεῖν ἃ εἶπον. Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὔκουν ὡς γ' ἐμοὶ ἀκροατῇ. Ἀλλ' ὡς ἐμοί, ἦν δ' ἐγώ, ῥήτορι. τόδε δὲ μὴ ἐπιλανθανώμεθα, ὅτι ἐν μὲν τῇ προτέρᾳ ἐκλογῇ πρεσβύτας ἐξελέγομεν, ἐν δὲ ταύτῃ οὐκ ἐγχωρήσει· Σόλωνι γὰρ οὐ πειστέον ὡς γηράσκων τις πολλὰ δυνατὸς μανθάνειν, ἀλλ' ἧττον ἢ τρέχειν, νέων δὲ πάντες οἱ μεγάλοι καὶ οἱ πολλοὶ πόνοι. Ἀνάγκη, ἔφη. Τὰ μὲν τοίνυν λογισμῶν τε καὶ γεω-

que istorum contigerit, privati quidem amicis, res publica vero principibus. *Glau.* Sic accidit prorsus. *So.* Nobis haec omnia praecavenda sunt. nam si homines, quoad corporis ac mentis habitum integerrimos, ad tantam doctrinam exercitationemque ducemus atque erudiemus, et Ius ipsum nobis minime succensebit, et civitatem rem publicamque servabimus. sin aliter affectos homines ad ista ducemus, contraria faciemus omnia, et philosophiam multo etiam magis dedecorabimus. *Glau.* Turpe quidem id esset. *So.* Mirum in modum. ceterum nonnihil mihi in praesentia risu dignum contigisse videtur. *Glau.* Quid istud? *So.* Latuit me nimirum, quod iocabamur: quare acrius egi quam deceret. quippe inter loquendum ad philosophiam ipsam conversus eam dedecore affectam aspexi. quod et graviter perpessus fuisse videor, et his, qui in culpa sunt, tanquam indignatus severius haec dixisse. *Glau.* Non per Iovem, ut mihi audienti videtur. *So.* Mihi tamen dicenti sic apparet. Hoc autem ne nos fugiat, quod in priori electione senes elegimus, in hac vero nequaquam licebit. Neque Soloni credendum est hominem senescentem posse in dies plurima discere: qui minus id potest quam currere. iuvenibus enim conveniunt multi maximique labores. *Glau.* Necesse est. *So.* Illa

μετριῶν καὶ πάσης τῆς προπαιδείας, ἣν τῆς διαλεκτικῆς δεῖ προπαιδευθῆναι, παισὶν οὔσι χρὴ προβάλλειν, οὐχ ὡς ἐπάναγκες μαθεῖν τὸ σχῆμα τῆς διδαχῆς ποιουμένους. Τί δή; Ὅτι, ἦν δ' ἐγώ, οὐδὲν μάθημα μετὰ δουλείας τὸν ἐλεύθερον χρὴ μανθάνειν. οἱ μὲν γὰρ τοῦ σώματος πόνοι βίᾳ πονούμενοι χεῖρον οὐδὲν τὸ σῶμα ἀπεργάζονται, ψυχῇ δὲ βίαιον οὐδὲν ἔμμονον μάθημα. Ἀληθῆ, ἔφη. Μὴ τοίνυν βίᾳ, εἶπον, ὦ ἄριστε, τοὺς παῖδας ἐν τοῖς μαθήμασιν ἀλλὰ παίζοντας τρέφε, ἵνα καὶ μᾶλλον οἷός τ' ᾖς καθορᾶν ἐφ' ὃ ἕκαστος πέφυκεν. Ἔχει ὃ λέγεις, ἔφη, λόγον. Οὐκοῦν μνημονεύεις, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι καὶ εἰς τὸν πόλεμον ἔφαμεν δεῖν τοὺς παῖδας εἶναι ἀκτέον ἐπὶ τῶν ἵππων θεωροὺς, καὶ ἐάν που ἀσφαλὲς ᾖ, προσακτέον ἐγγὺς καὶ γευστέον αἵματος, ὥς περ τοὺς σκύλακας; Μέμνημαι, ἔφη. Ἐν πᾶσι δὴ τούτοις, ἦν δ' ἐγώ, τοῖς τε πόνοις καὶ μαθήμασι καὶ φόβοις ὃς ἂν ἐντρεχέστατος ἀεὶ φαίνηται, εἰς ἀριθμόν τινα ἐγκριτέον. Ἐν τίνι, ἔφη, ἡλικίᾳ; Ἡνίκα, ἦν δ' ἐγώ, τῶν ἀναγκαίων γυμνασίων μεθίενται. οὗτος γὰρ ὁ χρόνος, ἐάν τε δύο ἐάν τε τρία ἔτη γί- 537

igitur, quae ad Arithmeticam et Geometriam omnemque eruditionem eam pertinent, quae dialecticam antecedere debet, pueris tradenda sunt: atque is docendi modus accipiendus est, quo minime coacti ad discendum esse videantur. *Glau.* Cur istud? *So.* Quoniam non decet liberum hominem cum servitute disciplinam aliquam discere. quippe ingentes labores corporis vi suscepti nihilo deterius corpus efficiunt: nulla vero animae violenta est stabilis disciplina. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Ergo non tanquam coactos pueros in disciplinis, o vir optime, sed quasi ludentes enutrias: ut et magis, ad quod quisque natura sit aptus, possis agnoscere. *Glau.* Consentaneum est, quod dicis. *So.* An non recordaris a nobis in superioribus dictum, pueros esse equis spectandi gratia in castra ducendos: et, si tuto id tentari possit, proprius admovendos, ut catulorum instar sanguinem incipiant degustare? *Glau.* Recordor equidem. *So.* Quicunque vero ad hos labores, disciplinas, pericula, promptiores acrioresque apparent, in numerum aliquem seligendi sunt. *Glau.* Qua in aetate? *So.* Quando a necessariis negotiis exercitationibusque soluti sunt. in hoc siquidem tempore, sive biennium sit seu triennium, facere aliud neque-

γνηται, ἀδύνατός τι ἄλλο πρᾶξαι· κόποι γὰρ καὶ ὕπνοι μαθήμασι πολέμιοι· καὶ ἅμα μία καὶ αὕτη τῶν βασάνων οὐκ ἐλαχίστη, τίς ἕκαστος ἐν τοῖς γυμνασίοις φανεῖται. Πῶς γὰρ οὔκ; ἔφη. Μετὰ δὴ τοῦτον τὸν χρόνον, ἦν δ' ἐγώ, ἐκ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν οἱ προκριθέντες τιμάς τε μείζους τῶν ἄλλων οἴσονται, τά τε χύδην μαθήματα παισὶν ἐν τῇ παιδείᾳ γενόμενα τούτοις συναχτέον εἰς σύνοψιν οἰκειότητος ἀλλήλων τῶν μαθημάτων καὶ τῆς τοῦ ὄντος φύσεως. Μόνη γοῦν, εἶπεν, ἡ τοιαύτη μάθησις βέβαιος ἐν οἷς ἂν ἐγγένηται. Καὶ μεγίστη γε, ἦν δ' ἐγώ, πεῖρα διαλεκτικῆς φύσεως καὶ μή· ὁ μὲν γὰρ συνοπτικὸς διαλεκτικός, ὁ δὲ μὴ οὔ. Ξυνοίομαι, ἦ δ' ὅς. Ταῦτα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ζητήσει σε ἐπισκοποῦντα, οἳ ἂν μάλιστα τοιοῦτοι ἐν αὐτοῖς· ὥσι καὶ μόνιμοι μὲν ἐν μαθήμασι, μόνιμοι δ' ἐν πολέμῳ καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις, τούτους αὖ, ἐπειδὰν τὰ τριάκοντα ἔτη ἐκβαίνωσιν, ἐκ τῶν προκρίτων προκρινάμενον εἰς μείζους τε τιμὰς καθιζάναι καὶ σκοπεῖν, τῇ τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμει βασανίζοντα, τίς ὀμμάτων καὶ τῆς ἄλλης αἰσθήσεως δυνατὸς μεθιέμενος ἐπ' αὐτὸ τὸ ὂν μετ' ἀληθείας ἰέναι. καὶ ἐνταῦθα δὴ πολλῆς

umt. labor enim ac somnus disciplinis adversi sunt. et simul haec examinatio aliarum non minima esse videtur, qualis videlicet quisque in gymnasiis ipsis apparebit. *Glau.* Quidni? *So.* Post id tempus quicunque ex viginti annis ut ceteris praestantiores electi fuerint maioribus quam ceteri afficiantur honoribus: et quae disciplinae istis in pueritia sparsim ostensae sunt, una his iterum offerantur, ad ipsam disciplinarum inter se cognationem et ipsius, quod vere est, naturam conspiciendam. *Glau.* Sola haec cognitio quibuscunque traditur, stabilis permanet. *So.* Atqui et hac experientia cognoscitur maxime, qui ad dialecticam optime a natura est institutus, qui non. nempe quisquis ad hoc dignoscendum est perspicax, dialecticus est: qui vero hebes, nequaquam. *Glau.* Teneo equidem. *So.* His igitur animadversis oportebit eos, qui apprime tales in ipsis reperientur, stabiles in disciplinis, constantes in bello, in aliis legitimis officiis perseverantes, postquam trigesimum legerint, ex electis praeelectos in maioribus honoribus constituere, et ipsa disserendi facultate diligenter examinare, quis eorum possit sine oculorum et aliorum sensuum ministerio ad ipsum, quod vere exsistit, cum veritate transcendere. in quo maxima,

φυλακῆς ἔργον, ὦ ἑταῖρε. Τί μάλιστα; ἦ δ' ὅς. Οὐκ ἐννοεῖς, ἦν δ' ἐγώ, τὸ νῦν περὶ τὸ διαλέγεσθαι κακὸν γιγνόμενον ὅσον γίγνεται; Τὸ ποῖον; ἔφη. Παρανομίας που, ἔφην ἐγώ, ἐμπίπλαται. Καὶ μάλα, ἔφη. Θαυμαστὸν οὖν τι οἴει, εἶπον, πάσχειν αὐτούς, καὶ οὐ ξυγγιγνώσκεις; Πῇ μάλιστ'; ἔφη. Οἷον, ἦν δ' ἐγώ, εἴ τις ὑποβολιμαῖος τραφείη ἐν πολλοῖς μὲν χρήμασι, πολλῷ δὲ καὶ μεγάλῳ γένει καὶ κόλαξι πολλοῖς, ἀνὴρ δὲ γε- 538
νόμενος αἴσθοιτο ὅτι οὐ τούτων ἐστὶ τῶν φασκόντων
o γονέων, τοὺς δὲ τῷ ὄντι γεννήσαντας μὴ εὕροι, τοῦτον ἔχεις μαντεύσασθαι πῶς ἂν διατεθείη πρός τε τοὺς κόλακας καὶ πρὸς τοὺς ὑποβαλομένους ἐν ἐκείνῳ τε τῷ χρόνῳ ᾧ οὐκ ᾔδει τὰ περὶ τῆς ὑποβολῆς καὶ ἐν ᾧ αὖ ᾔδει; ἢ βούλει ἐμοῦ μαντευομένου ἀκοῦσαι; Βούλομαι, ἔφη. Μαντεύομαι τοίνυν, εἶπον, μᾶλλον αὐτὸν τιμᾶν ἂν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους δοκοῦντας ἢ τοὺς κολακεύοντας, καὶ ἧττον μὲν ἂν περιιδεῖν ἐνδεεῖς τινός, ἧττον δὲ παράνομόν τι δρᾶσαι ἢ εἰπεῖν εἰς αὐτούς, ἧττον δὲ ἀπει-
80 θεῖν τὰ μεγάλα ἐκείνοις ἢ τοῖς κόλαξιν, ἐν ᾧ χρόνῳ τὸ ἀληθὲς μὴ εἰδείη. Εἰκός, ἔφη. Αἰσθόμενος τοί-

o amice, opus est cautione. *Glau.* Curnam? *So.* Non animadvertis, quantum nunc malum circa disserendi peritiam insolescat? *Glau.* Quale istud? *So.* Iniquitate prorsus abundant. *Glau.* Summopere. *So.* Mirum aliquid perpeti ipsos existimas, nec ignoscis? *Glau.* Qua ratione maxime? *So.* Si quis suppositus puer multis in deliciis nutriatur a nobili familia, inter adulatores complurimos: adultus autem persentiat, quod ex eis, quos parentes existimat, natus non fuerit; veros tamen genitores nusquam reperiat: nunquid vaticinari potes, qualis huic animi affectus futurus sit erga adulatores et erga eos, qui ipsum supposuerunt, tam in eo tempore, in quo nihil de suppositione suspicabatur, quam postquam rem ipsam agnovit? an vis praesagium meum audire? *Glau.* Volo equidem. *So.* Vaticinor itaque illum, dum suppositionem penitus ignorabit, magis eos honoraturum, quos parentes et propinquos existimat, quam assentatores; minusque eos in indigentia neglecturum, tardioremque fore ad iniuriam ipsis inferendam vel convicium dicendum, magisque illis in rebus gravibus quam adulatoribus paiturum. *Glau.* Verisimile id quidem. *So.* Sin persenserit, hos certe minus hono-

νυν τὸ ὄν, μαντεύομαι αὖ περὶ μὲν τούτους ἀνεῖναι ἂν τὸ τιμᾶν τε καὶ σπουδάζειν, περὶ δὲ τοὺς κόλακας ἐπιτεῖναι, καὶ πείθεσθαί τε αὐτοῖς διαφερόντως ἢ πρότερον καὶ ζῆν ἂν ἤδη κατ' ἐκείνους, ξυνόντα αὐτοῖς ἀπαρακαλύπτως, πατρὸς δὲ ἐκείνου καὶ τῶν ἄλλων ποιουμένων οἰκείων, εἰ μὴ πάνυ εἴη φύσει ἐπιεικής, μέλειν τὸ μηδέν. Πάντ', ἔφη, λέγεις οἷά περ ἂν γένοιτο. ἀλλὰ πῇ πρὸς τοὺς ἀπτομένους τῶν λόγων αὖτῃ φέρει ἡ εἰκών; Τῇδε. ἔστι που ἡμῖν δόγματα ἐκ παίδων περὶ δικαίων καὶ καλῶν, ἐν οἷς ἐκτεθράμμεθα ὥς περ ὑπὸ γονεῦσι, πειθαρχοῦντές τε καὶ τιμῶντες αὐτά. Ἔστι γάρ. Οὐκοῦν καὶ ἄλλα ἐναντία τούτων ἐπιτηδεύματα ἡδονὰς ἔχοντα, ἃ κολακεύει μὲν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καὶ ἕλκει ἐφ' ἑαυτά, πείθει δ' οὔ τοὺς καὶ ὁπηοῦν μιτρίους· ἀλλ' ἐκεῖνα τιμῶσι τὰ πάτρια καὶ ἐκείνοις πειθαρχοῦσιν. Ἔστι ταῦτα. Τί οὖν; ἦν δ' ἐγώ· ὅταν τὸν οὕτως ἔχοντα ἐλθὸν ἐρώτημα ἔρηται τί ἐστὶ τὸ καλόν, καὶ ἀποκρινάμενον ὃ τοῦ νομοθέτου ἤκουεν ἐξελέγχῃ ὁ λόγος, καὶ πολλάκις καὶ πολλαχῇ ἐλέγχων εἰς δόξαν καταβάλῃ ὡς τοῦτο οὐδὲν μᾶλλον καλὸν ἢ αἰσχρόν, καὶ περὶ δικαίου ὡσαύτως καὶ ἀγαθοῦ καὶ ἃ

rabit curabitque: assentatores vero magis quam antea colet illis propensius obsequetur, ad eorum exemplum vitam instituet suam, cum illis palam ac libere conversabitur. de his vero, quos parentes et propinquos putaverat, nisi valde natura quis aequus sit, nihil prorsus curabit. *Glau.* Omnia prorsus, ut narras, contingerent. sed quid haec similitudo ad eos, qui disputationes sectantur? *So.* Audies modo. Sunt nobis a pueritia opiniones de honestis iustisque officiis, sub quibus tanquam parentibus educati sumus: his paremus, has prae ceteris honoramus. *Glau.* Sunt plane. *So.* Offerunt se nobis et voluptates, quae ad contraria nos alliciunt, et dum animae blandiuntur, ad illa detorquent. non tamen ab his flectuntur, qui vel paulo quam ceteri moderatiores sunt: sed illa veluti paterna colunt eisque obtemperant. *Glau.* Sic evenit. *So.* Si dialectica vis aggressa aliquem ita affectum interroget, quid honestum sit, ac respondentem id, quod ex legislatore perceperat, ratio confutet, crebrisque et variis redargutionibus eo deducat, ut opinetur illud non magis honestum esse quam turpe, deque iusto ac bono similiter arguat,

μάλιστα ἦγεν ἐν τιμῇ, μετὰ τοῦτο τί οἴει ποιήσειν αὐτὸν πρὸς αὐτὰ τιμῆς τε πέρι καὶ πειθαρχίας; Ἀνάγκη, ἔφη, μήτε τιμᾷν ἔτι ὁμοίως μήτε πείθεσθαι. Ὅταν οὖν, ἦν δ' ἐγώ, μήτε ταῦτα ἡγῆται τίμια καὶ οἰκεῖα ὡς περ πρὸ τοῦ, τά τε ἀληθῆ μὴ εὑρίσκῃ, ἔξι πρὸς ὁποῖον βίον ἄλλον ἢ τὸν κολακεύοντα εἰκότως προσχωρήσεται; Οὐκ ἔξιν, ἔφη. Παράνομος δή, οἶμαι, δόξει γεγονέναι ἐκ νομικοῦ. Ἀνάγκη. Οὐκοῦν, ἔφην, εἰκὸς τὸ πάθος τῶν οὕτω λόγων ἁπτομένων, καὶ ὃ ὃ ἄρτι ἔλεγον; πολλῆς συγγνώμης ἄξιον; Καὶ ἐλέου γ', ἔφη. Οὐκοῦν ἵνα μὴ γίγνηται ὁ ἔλεος οὗτος περὶ τοὺς τριακοντούτας σοι, εὐλαβουμένῳ παντὶ τρόπῳ τῶν λόγων ἁπτέον; Καὶ μάλ'; ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν οὐ μία μὲν εὐλάβεια αὕτη συχνή, τὸ μὴ νέους ὄντας αὐτῶν γεύεσθαι; οἶμαι γάρ σε οὐ λελῆθέναι ὅτι οἱ μειρακίσκοι, ὅταν τὸ πρῶτον λόγων γεύωνται, ὡς παιδιᾷ αὐτοῖς καταχρῶνται, ἀεὶ εἰς ἀντιλογίαν χρώμενοι, καὶ μιμούμενοι τοὺς ἐξελέγχοντας αὐτοὶ ἄλλους ἐλέγχουσι, χαίροντες ὡς περ σκυλάκια τῷ ἕλκειν τε καὶ σπαράτ- ὃ τειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί. Ὑπερφυῶς μὲν οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν ὅταν δή πολλοὺς μὲν αὐτοὶ ἐλέγξωσιν,

et de ceteris, quae summo in honore ante habebat? parine illa posthac honore et observantia prosecuturum putas? *Glau.* Minori admodum puto. *So.* Quando igitur neque ista quis censet domestica ut antea vel honoranda, neque reperit vera; in vitam potius blandam quam in aliam, ut consentaneum est, prolabitur. *Glau.* Verisimile id quidem. *So.* Ex iusto igitur fiet iniquus. *Glau.* Necesse est. *So.* An non merito, ut nuper dicebam, affectio eorum, qui ita se ad disserendum comparant, talis est, ut plurimam exigat veniam? *Glau.* Et misericordiam insuper. *So.* Ut igitur miserabilis hic eventus vitetur, triginta annos nati duntaxat caute admodum dialecticas argumentationes degustent. *Glau.* Ita prorsus. *So.* An non haec prudens cautio est, ut eas videlicet iuniores homines non attingant? neque enim te latet, ut arbitror, quod, cum primum adolescentuli disputationis artificium gustant, eo protinus quasi ludo quodam ad refellendum utuntur, eosque, qui confutant alios, studiose sectantes, et ipsi alios quoque redarguunt, ac distrahendis lacerandisque proximis catulorum more assidue delectantur. *Glau.* Mirum in modum. *So.* Cum vero plures convicerint et a pluribus ipsi convicti fuerint,

ὑπὸ πολλῶν δὲ ἐλεγχθῶσι, σφόδρα καὶ ταχὺ ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι ὧν περ πρότερον· καὶ ἐκ τούτων δὴ αὐτοί τε καὶ τὸ ὅλον φιλοσοφίας πέρι εἰς τοὺς ἄλλους διαβέβληνται. Ἀληθέςατα, ἔφη. Ὁ δὲ δὴ πρεσβύτερος, ἦν δ' ἐγώ, τῆς μὲν τοιαύτης μανίας οὐκ ἂν ἐθέλοι μετέχειν, τὸν δὲ διαλέγεσθαι ἐθέλοντα καὶ σκοπεῖν τἀληθὲς μᾶλλον μιμήσεται ἢ τὸν παιδιᾶς χάριν παίζοντα καὶ ἀντιλέγοντα, καὶ αὐτός τε μετριώτερος ἔςαι καὶ τὸ ἐπιτήδευμα τιμιώτερον ἀντὶ ἀτιμοτέρου ποιήσει. Ὀρθῶς, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τὰ προειρημένα τούτου ἐπ' εὐλαβείᾳ πάντα προείρηται, τὸ τὰς φύσεις κοσμίους εἶναι καὶ ςασίμους οἷς τις μεταδώσει τῶν λόγων, καὶ μή, ὡς νῦν ὁ τυχὼν καὶ οὐδὲν προςήκων ἔρχεται ἐπ' αὐτό; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἀρκεῖ δὴ ἐπὶ λόγων μεταλήψει μεῖναι ἐνδελεχῶς καὶ ζυντόνως μηδὲν ἄλλο πράττοντι, ἀλλ' ἀντιςρόφως γυμναζομένῳ τοῖς περὶ τὸ σῶμα γυμνασίοις, ἔτη διπλάσια ἢ τότε; Ἕξ, ἔφη, ἢ τέτταρα λέγεις; Ἀμέλει, εἶπον, πέντε θές. μετὰ γὰρ τοῦτο καταβιβαςέοι ἔσονταί σοι εἰς τὸ σπήλαιον πάλιν ἐκεῖνο, καὶ ἀναγκαςέοι ἄρχειν τά τε περὶ τὸν πόλεμον καὶ ὅσαι νέων ἀρχαί, ἵνα μη-

eo confestim deveniunt, ut ex pristinis opinionibus ratam nullam habeant. atque ex his et ipsi et omnis philosophia apud alios calumniam reportarunt. *Glau.* Vera refers. *So.* At vir natu grandior ab hac insania diligentius declinabit, ac hominem investigandae veritatis gratia disserentem imitabitur potius quam eum, qui iocandi causa versutiis captiunculisque incumbit: quin et ipse modestius sese geret, et disputandi studium ex infami reddet illustrius. *Glau.* Scite. *So.* Ad eiusmodi praeterea cautionem superiora dicta sunt omnia, oportere videlicet moderatos et graves esse illos, qui ad disputationis studium adsciscuntur: neque communicandum esse id ineptis hominibus, et, ut nunc fit, omnibus, quoscunque sors obtulerit. *Glau.* Summopere. *So.* Si quis disputationi diligenter assidueque det operam, nihilve agat aliud, nisi quod vicissim quandoque gymnasiis corpus exerceat, huic ad perceptionem huiusmodi anni duplices superiorum sufficient. *Glau.* Nunquid sex dicis an quatuor? *So.* Quinque adhibeas. deinde ad antrum illud erunt iterum deducendi, cogendique eos principatus assumere, qui ad bellum spectant, et si qui

δ' ἐμπειρίᾳ ὑστερῶσι τῶν ἄλλων. καὶ ἔτι καὶ ἐν τούτοις βασανιστέοι, εἰ ἐμμενοῦσιν ἑλκόμενοι πανταχόσε ἤ τι καὶ παρακινήσουσιν. Χρόνον δέ, ἦ δ' ὅς, πόσον 540
τοῦτον τίθης; Πεντεκαίδεκα ἔτη, ἦν δ' ἐγώ. γενομένων δὲ πεντηκοντούτων τοὺς διασωθέντας καὶ ἀριστεύσαντας πάντα πάντῃ ἐν ἔργοις τε καὶ ἐπιστήμαις πρὸς τέλος ἤδη ἀκτέον, καὶ ἀναγκαστέον ἀνακλίναντας τὴν τῆς ψυχῆς αὐγὴν εἰς αὐτὸ ἀποβλέψαι τὸ πᾶσι φῶς παρέχον, καὶ ἰδόντας τὸ ἀγαθὸν αὐτό, παραδείγματι χρω-
μένους ἐκείνῳ, καὶ πόλιν καὶ ἰδιώτας καὶ ἑαυτοὺς κατακοσμεῖν τὸν ἐπίλοιπον βίον ἐν μέρει ἑκάστους, τὸ μὲν πολὺ πρὸς φιλοσοφίαν διατρίβοντας, ὅταν δὲ τὸ μέρος ἥκῃ, πρὸς πολιτικοῖς ἐπιταλαιπωροῦντας καὶ ἄρχοντας ἑκάστους τῆς πόλεως ἕνεκα, οὐχ ὡς καλόν τι ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον πράττοντας, καὶ οὕτως ἄλλους ἀεὶ παιδεύσαντας τοιούτους, ἀντικαταλιπόντας τῆς πόλεως φύλακας, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντας οἰκεῖν· μνημεῖα δ' αὐτοῖς καὶ θυσίας τὴν πόλιν δημοσίᾳ ποιεῖν, ἐὰν καὶ ἡ Πυθία ξυναναιρῇ, ὡς δαίμοσιν, εἰ δὲ μή, ὡς εὐδαίμοσί τε καὶ θείοις. Παγ-

sunt iuvenum principatus, ne usu rerum ab aliis superentur. atque in his quoque examinandi sunt, utrum constantes permaneant, dum trahuntur undique, aut nutent. *Glau.* Quot autem annos istis adscribis? *So.* Quinque ac decem. cum vero ad quinquagesimum annum pervenerint, quicunque integri inter eos rebusque gestis et scientiis praecellentes apparent, ad finem iam perducendi sunt, cogendique, ut animi radium ad supera dirigentes ipsum, quod omnibus lumen praebet, suspiciant: cumque ipsum bonum noverint, exemplo illius freti civitatem, privatos seque ipsos per omnem sequentem vitam et singula vicissim exornent. ac plurimum quidem in philosophia versentur: cum vero ad magistratus accersentur, in civilibus negotiis invigilent sigillatimque gubernent rei publicae gratia, ita ut non tanquam bonum aliquid et optandum ministerium, sed necessarium potius exsequi videantur. Atque ita cum alios similiter ipsi instruxerint, eos vicissim rei publicae custodes relinquent: ipsi vero in beatorum insulas transmittentur. monumenta vero illis et sacra tanquam daemonibus, si Pythias oraculo confirmaverit, publice dicabuntur: sin minus, saltem ut beatis atque divinis. *Glau.*

κάλους, ἔφη, τοὺς ἄρχοντας, ὦ Σώκρατες, ὡς περ ἀνδριαντοποιὸς ἀπεργάσαι. Καὶ τὰς ἀρχούσας γε, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων. μηδὲν γάρ τι οἷον με περὶ ἀνδρῶν εἰρηκέναι μᾶλλον ἃ εἴρηκα ἢ περὶ γυναικῶν, ὅσαι ἂν αὐτῶν ἱκαναὶ τὰς φύσεις ἐγγίγνωνται. Ὀρθῶς, ἔφη, εἴ περ ἴσα γε πάντα τοῖς ἀνδράσι κοινωνήσουσιν, ὡς διήλθομεν. Τί οὖν; ἔφην· ξυγχωρεῖτε περὶ τῆς πόλεώς τε καὶ πολιτείας μὴ παντάπασιν ἡμᾶς εὐχὰς εἰρηκέναι, ἀλλὰ χαλεπὰ μέν, δυνατὰ δέ πῃ, καὶ οὐκ ἄλλῃ ἢ εἰρηται, ὅταν οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφοι δυνάξαι, ἢ πλείους ἢ εἷς, ἐν πόλει γενόμενοι τῶν μὲν νῦν τιμῶν καταφρονήσωσιν, ἡγησάμενοι ἀνελευθέρους εἶναι καὶ οὐδενὸς ἀξίας, τὸ δὲ ὀρθὸν περὶ πλείστου ποιησάμενοι καὶ τὰς ἀπὸ τούτου τιμάς, μέγιστον δὲ καὶ ἀναγκαιότατον τὸ δίκαιον, καὶ τούτῳ δὴ ὑπηρετοῦντές τε καὶ αὔξοντες αὐτὸ διασκευωρήσωνται τὴν ἑαυτῶν πόλιν; Πῶς; ἔφη. Ὅσοι μὲν ἄν, ἦν δ' ἐγώ, πρεσβύτεροι τυγχάνωσι δεκετῶν ἐν τῇ πόλει, πάντας ἐκπέμψωσιν εἰς τοὺς ἀγρούς, τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν παραλαβόντες ἐκτὸς τῶν νῦν ἠθῶν, ἃ καὶ οἱ γονῆς ἔχουσι, θρέψωνται ἐν τοῖς σφετέροις τρόποις καὶ νόμοις, οὗ-

Mirificos prorsus, o Socrates, principes, quasi sculptor, figurasse videris. *So.* Quod de viris dixi, idem et de mulieribus intelligendum. neque putes, o Glaucon, magis me de viris quam de mulieribus fuisse locutum, quaecunque videlicet natura aptae ad haec officia sunt. *Glau.* Recte se id habet, siquidem pariter in omnibus, ut narravimus, cum viris communicabunt. *So.* Num conceditis nos de re publica omnia non quasi pro desiderio effinxisse, sed pro veritate locutos, difficilia quidem factu, possibilia tamen, ea duntaxat ratione qua diximus? quando scilicet homines re vera philosophi, vel unus vel plures, nacti in civitate potentiam, praesentes honores despicient illiberalesque eos et nullius existimabunt, ipsum autem quod rectum est, et honores, qui ab eo proficiscuntur, plurimi facient; maximum vero et summopere necessarium, quod iustum: et huic ministrantes idque adaugentes civitatem suam rite disponent. *Glau.* Quo pacto? *So.* Omnes, quicunque in urbe decem annos impleverint, in agros transmittent: filios autem ipsorum suscipientes, procul ab his moribus quibus hodie parentes utuntur in suis moribus ac legibus educa-

σιν οἵοις διεληλύθαμεν τότε. καὶ οὕτω τάχιστά τε καὶ ῥᾷστα πόλιν τε καὶ πολιτείαν, ἣν ἐλέγομεν, καταστᾶσαν αὐτήν τε εὐδαιμονήσειν καὶ τὸ ἔθνος, ἐν ᾧ ἂν ἐγγένηται, πλεῖστα ὀνήσειν. Πολύ γ', ἔφη· καὶ ὡς ἂν γένοιτο, εἴ πέρ ποτε γίγνοιτο, δοκεῖς μοι, ὦ Σώκρατες, εὖ εἰρηκέναι. Οὐκοῦν ἄδην ἤδη, εἶπον ἐγώ, ἔχουσιν ἡμῖν οἱ λόγοι περί τε τῆς πόλεως ταύτης καὶ τοῦ ὁμοίου ταύτῃ ἀνδρός; δῆλος γάρ που καὶ οὗτος, οἷον φήσομεν δεῖν αὐτὸν εἶναι. Δῆλος, ἔφη· καὶ ὃ περ ἐρωτᾷς, δοκεῖ μοι τέλος ἔχειν.

bunt: quales vero sint, enarravimus. Atque ita celerrime atque facillime ea civitas et respublica orietur, quam supra diximus, si quando exstiterit, beatam fore, et genus hominum, in quo condita fuerit, plurimum iuvaturam. *Glau.* Maxime quidem. Atque ut constitui possit eiusmodi civitas, si quando constituatur, o Socrates, adinvenisse videris. *So.* Nonne ergo abunde tum de hac civitate tum de homine eius persimili iam nobis dictum? constat enim, qualem eius similem esse debere dicemus. *Glau.* Constat plane: et quod quaeris, finem mihi iam habere videtur.

H.

543 Εἶεν· ταῦτα μὲν δὴ ὡμολόγηται, ὦ Γλαύκων, τῇ μελλούσῃ ἄκρως οἰκεῖν πόλει κοινὰς μὲν γυναῖκας, κοινοὺς δὲ παῖδας εἶναι καὶ πᾶσαν παιδείαν· ὡσαύτως δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα κοινὰ ἐν πολέμῳ τε καὶ εἰρήνῃ, βασιλέας δὲ αὐτῶν εἶναι τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ τε καὶ πρὸς τὸν πόλεμον γεγονότας ἀρίστους. Ὡμολόγηται, ἔφη. Καὶ μὴν καὶ τάδε ξυνεχωρήσαμεν, ὡς ὅταν δὴ καταξῶσιν οἱ ἄρχοντες, ἄγοντες τοὺς στρατιώτας κατοικιοῦσιν εἰς οἰκήσεις οἵας προείπομεν, ἰδιον μὲν οὐδὲν οὐδενὶ ἐχούσας, κοινὰς δὲ πᾶσι. πρὸς δὲ ταῖς τοιαύταις οἰκήσεσι καὶ τὰς κτήσεις, εἰ μνημονεύεις, διωμολογησάμεθά που οἵαι ἔσονται αὐτοῖς. Ἀλλὰ μνημονεύω, ἔφη, ὅτι γε

Constitit iam inter nos, o Glauco, in civitate optime instituta communes esse debere mulieres et filios, communem quoque omnem eruditionem: communia similiter omnia tum belli tum pacis officia. Reges autem ipsorum esse homines in philosophiae et rei militaris studio praestantissimos. *Glau.* Constitit plane. *So.* Quin et haec concessimus, quod scilicet, cum tales principes iam fuerint constituti, in expeditionem euntes habitationes militibus, quales praediximus, assignabunt: communes scilicet omnibus, in quibus nihil cuiusquam sit proprium, neque de habitatione solum, verum etiam de supellectili et possessionibus, si recordaris, quales deberent esse, convenimus. *Glau.* Me-

οὐδὲν οὐδένα ᾠόμεθα δεῖν κεκτῆσθαι ὧν νῦν οἱ ἄλλοι, ὥς περ δὲ ἀθλητάς τε πολέμου καὶ φύλακας, μισθὸν τῆς φυλακῆς δεχομένους εἰς ἐνιαυτὸν τὴν εἰς ταῦτα τροφὴν παρὰ τῶν ἄλλων, αὐτῶν τε δεῖν καὶ τῆς ἄλλης πόλεως ἐπιμελεῖσθαι. Ὀρθῶς, ἔφην, λέγεις. Ἀλλ' ἄγε, ἐπειδὴ τοῦτ' ἀπετελέσαμεν, ἀναμνησθῶμεν πόθεν δεῦρο ἐξετραπόμεθα, ἵνα πάλιν τὴν αὐτὴν ἴωμεν. Οὐ χαλεπόν, ἔφη. σχεδὸν γάρ, καθά περ νῦν, ὡς διεληλυθὼς περὶ τῆς πόλεως τοὺς λόγους ἐποιοῦ, λέγων ὡς ἀγαθὴν μὲν τὴν τοιαύτην οἵαν τότε διῆλθες τιθείης πόλιν καὶ ἄνδρα τὸν ἐκείνῃ ὅμοιον, καὶ ταῦτα, ὡς ἔοικας, καλλίω ἔτι ἔχων εἰπεῖν πόλιν τε καὶ ἄνδρα. ἀλλ' οὖν δὴ τὰς ἄλλας ἡμαρτημένας ἔλεγες, εἰ αὕτη ὀρ- 544
θή. τῶν δὲ λοιπῶν πολιτειῶν ἔφησθα, ὡς μνημονεύω, τέτταρα εἴδη εἶναι, ὧν καὶ περὶ λόγον ἄξιον εἴη ἔχειν καὶ ἰδεῖν αὐτῶν τὰ ἁμαρτήματα καὶ τοὺς ἐκείναις αὖ ὁμοίους, ἵνα πάντας αὐτοὺς ἰδόντες, καὶ ὁμολογησάμενοι τὸν ἄριστον καὶ τὸν κάκιστον ἄνδρα, ἐπισκεψαίμεθα εἰ ὁ ἄριστος εὐδαιμονέστατος καὶ ὁ κάκιστος ἀθλιώτατος, ἢ ἄλλως ἔχει, καὶ ἐμοῦ ἐρομένου τίνας λέγοις τὰς τέτταρας πολιτείας, ἐν τούτῳ ὑπέλαβε Πολέμαρχός τε καὶ

mini equidem censuisse nos nihil eorum, quae nunc possident alii, esse ab aliquo possidendum. sed tanquam belli athletas atque custodes in mercedem custodiae annua ab aliis alimenta suscipientes eos oportere se ipsos civitatemque tueri. *So.* Probe loqueris. Sed postquam haec absolvimus, repetamus iam, unde huc digressi sumus, ut per eadem rursus proficiscamur. *Glau.* Haudquaquam difficile istud. ferme enim, quemadmodum nunc, quasi de civitate satis egisses, adiecisti, quod talem civitatem bonam vocares, qualem descripseras, bonumque virum, quicunque illius foret persimilis: cum tamen posses adhuc, ut apparuit, meliorem civitatem virumque referre. Dixisti praeterea, si haec recta sit res publica, ceteras aberrare. Relinquarum vero rerum publicarum, ut memini, species esse quatuor, de quibus verba facere oportere, earumque defectus inspicere, et homines ipsarum similes declarare; ut eos omnes intuiti, et quis optimus sit vir, quis pessimus, declarantes consideraremus, nunquid vir optimus felicissimus, pessimus autem sit miserrimus, an se res aliter habeat. Cum vero abs te ipse quaererem, quas potissimum quatuor res publicas diceres, tunc sane Polemar-

Ἀδείμαντος· καὶ οὕτω δὴ σὺ ἀναλαβὼν τὸν λόγον δεῦρο ἀφῖξαι. Ὀρθότατα, εἶπον, ἐμνημόνευσας. Πάλιν τοίνυν, ὥς περ παλαιστής, τὴν αὐτὴν λαβὴν πάρεχε, καὶ τὸ αὐτὸ ἐμοῦ ἐρομένου πειρῶ εἰπεῖν ἃ περ τότε ἔμελλες λέγειν. Ἐάν περ, ἦν δ' ἐγώ, δύνωμαι. Καὶ μήν, ἦ δ' ὅς, ἐπιθυμῶ καὶ αὐτὸς ἀκοῦσαι τίνας ἔλεγες τὰς τέτταρας πολιτείας. Οὐ χαλεπῶς, ἦν δ' ἐγώ, ἀκούσει. εἰσὶ γὰρ ἃς λέγω αἵ περ καὶ ὀνόματα ἔχουσιν, ἥ τε ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπαινουμένη, ἡ Κρητική τε καὶ Λακωνικὴ αὕτη· καὶ δευτέρα καὶ δευτέρως ἐπαινουμένη, καλουμένη δ' ὀλιγαρχία, συχνῶν γέμουσα κακῶν πολιτεία· ἥ τε ταύτῃ διάφορος καὶ ἐφεξῆς γιγνομένη δημοκρατία, καὶ ἡ γενναία δὴ τυραννὶς καὶ πασῶν τούτων διαφέρουσα, τέταρτόν τε καὶ ἔσχατον πόλεως νόσημα. ἢ τίνα ἄλλην ἔχεις ἰδέαν πολιτείας, ἥ τις καὶ ἐν εἴδει διαφανεῖ τινὶ κεῖται; δυνασεῖαι γὰρ καὶ ὠνηταὶ βασιλεῖαι καὶ τοιαῦταί τινες πολιτεῖαι μεταξύ τι τούτων πού εἰσιν, εὕροι δ' ἄν τις αὐτὰς οὐκ ἐλάττους περὶ τοὺς βαρβάρους ἢ τοὺς Ἕλληνας. Πολλαὶ γοῦν καὶ ἄτοποι, ἔφη, λέγονται. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι καὶ ἀνθρώπων εἴδη τοσαῦτα ἀνάγκη τρόπων εἶναι,

chus et Adimantus mihi sermonem intercedunt: unde tu orationem sumens huc denique pervenisti. *So.* Recte admodum meministi. *Glau.* Ergo rursus tanquam luctator eandem causam praebe, et me idem interrogante conare nunc ea dicere, quae tunc eras declaraturus. *So.* Si quidem potero. *Glau.* Equidem audire percupio, quasnam respublicas quatuor supra dicebas. *So.* Haud difficile istud audies. Sunt enim, quas dico, illae, quae et nomina habent: ipsa videlicet, quae a multis laudatur, Cretensis et Laconica. Secunda vero, et secundo loco laudata, ea quae paucorum potentia nominatur, plurimis plena malis res publica. item quae ab hac differt plurimum, eamque sequitur, gubernatio popularis. praeterea generosa tyrannis, ab his omnibus differens, quartus civitatis extremusque morbus. An aliam habes rei publicae formam, quae in perspicua et distincta quadam specie iaceat? Nam et minores quidam principatus, et regna venalia, et tales quaedam civiles potentiae, inter ista quodammodo medium obtinent. quarum non pauciores inter barbaros quam inter Graecos reperiuntur. *Glau.* Multae certe et absurdae memorantur. *So.* Totidem quoque sunt hominum quodammodo species

ὅσα περ καὶ πολιτειῶν; ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν, οἱ ἂν ὥς περ ῥέψαντα τἆλλα ἐφελκύσηται; Οὐδαμῶς ἔγωγ', ἔφη, ἄλλοθεν ἢ ἐντεῦθεν. Οὐκοῦν εἰ τὰ τῶν πόλεων πέντε, καὶ αἱ τῶν ἰδιωτῶν κατασκευαὶ τῆς ψυχῆς πέντε ἂν εἶεν. Τί μήν; Τὸν μὲν δὴ τῇ ἀριστοκρατίᾳ ὅμοιον διεληλύθαμεν ἤδη· ὃν ἀγαθόν τε καὶ δίκαιον ὀρθῶς φαμὲν εἶναι, Διεληλύθαμεν. Ἆρ' οὖν 545
τὸ μετὰ τοῦτο διιτέον τοὺς χείρους, τὸν φιλόνεικόν τε
O καὶ φιλότιμον, κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἑξῆς πολιτείαν, καὶ ὀλιγαρχικὸν αὖ καὶ δημοκρατικὸν καὶ τὸν τυραννικόν, ἵνα τὸν ἀδικώτατον ἰδόντες ἀντιθῶμεν τῷ δικαιοτάτῳ καὶ ἡμῖν τελέα ἡ σκέψις ᾖ, πῶς ποτὲ ἡ ἄκρατος δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν τὴν ἄκρατον ἔχει εὐδαιμονίας
P περί τοῦ ἔχοντος καὶ ἀθλιότητος, ἵνα ἢ Θρασυμάχῳ πειθόμενοι διώκωμεν ἀδικίαν ἢ τῷ νῦν προφαινομένῳ λόγῳ δικαιοσύνην; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη, οὕτω ποιητέον. Ἆρ' οὖν ὥς περ ἠρξάμεθα ἐν ταῖς πολιτείαις πρότερον σκοπεῖν τὰ ἤθη ἢ ἐν τοῖς ἰδιώταις, ὡς ἐναργέ-
Q στερον ὄν, καὶ νῦν οὕτω πρῶτον μὲν τὴν φιλότιμον σκεπτέον πολιτείαν — ὄνομα γὰρ οὐκ ἔχω λεγόμενον

atque mores. An ex quercu forte existimas aut silice res publicas fieri potius quam ex civium moribus, qui quocunque fluxerint, cetera secum rapiunt? *Glau.* Ex moribus procul dubio. *So.* Quare si gubernationum species quinque sunt, privatorum quoque animorum affectus quinque erunt. *Glau.* Nil obstat. *So.* Virum certe similem optimatum gubernationi exposuimus: quem bonum et iustum recte asseruimus. *Glau.* Exposuimus. *So.* Deteriores deinceps narrare decet, contentiosum ambitiosumque hominem, secundum Lacedaemoniorum rem publicam institutum: praeterea paucorum imperii cupidum, et popularem hominem, et tyrannicum: ut iniustissimum discernentes cum iustissimo comparemus, perfecteque dignoscamus, quomodo summa meraque iustitia ad summam se ac meram iniustitiam habeat, quo ad hominis iusti vel iniusti beatitudinem vel miseriam pertinet: ut vel Thrasymacho obtemperantes iniustitiam prosequamur, vel praesentibus rationibus persuasi iustitiam. *Glau.* Ita prorsus agendum. *So.* Num sicuti coepimus ante in rebus publicis mores animadvertere quam in privatis personis, quia illic magis pateant: ita et nunc in primis consideranda est ambitiosa res publica? cuius nullum habeo nomen praeter ambitiosam po-

ἄλλο· ἢ τιμοκρατίαν ἢ τιμαρχίαν αὐτὴν κλητέον —, πρὸς δὲ ταύτην τὸν τοιοῦτον ἄνδρα σκεψόμεθα, ἔπειτα ὀλιγαρχίαν καὶ ἄνδρα ὀλιγαρχικόν, αὖθις δὲ εἰς δημοκρατίαν ἀποβλέψαντες θεασόμεθα ἄνδρα δημοκρατικόν, τὸ δὲ τέταρτον εἰς τυραννουμένην πόλιν ἐλθόντες καὶ ἰδόντες, πάλιν εἰς τυραννικὴν ψυχὴν βλέποντες, πειρασόμεθα περὶ ὧν προυθέμεθα ἱκανοὶ κριταὶ γενέσθαι; Κατὰ λόγον γέ τοι ἄν, ἔφη, οὕτω γίγνοιτο ἥ τε θέα καὶ ἡ κρίσις.

Φέρε τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πειρώμεθα λέγειν τίνα τρόπον τιμοκρατία γένοιτ' ἂν ἐξ ἀριστοκρατίας. ἢ τόδε μὲν ἁπλοῦν, ὅτι πᾶσα πολιτεία μεταβάλλει ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔχοντος τὰς ἀρχάς, ὅταν ἐν αὐτῷ τούτῳ στάσις ἐγγένηται; ὁμονοοῦντος δέ, κἂν πάνυ ὀλίγον ᾖ, ἀδύνατον κινηθῆναι; Ἔξι γὰρ οὕτως. Πῶς οὖν δή, εἶπον, ὦ Γλαύκων, ἡ πόλις ἡμῖν κινηθήσεται, καὶ πῇ στασιάσουσιν οἱ ἐπίκουροι καὶ οἱ ἄρχοντες πρὸς ἀλλήλους τε καὶ πρὸς ἑαυτούς; ἢ βούλει, ὥς περ Ὅμηρος, εὐχώμεθα ταῖς Μούσαις εἰπεῖν ἡμῖν ὅπως δὴ πρῶτον στάσις ἔμπεσε, καὶ φῶμεν αὐτὰς τραγικῶς, ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας καὶ ἐρεσχηλούσας, ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας,

tentiam et principatum: post eam vero virum talem excogitabimus: deinde paucorum potentiam talemque virum: postea multitudinis gubernationem et hominem popularem: demum tyrannide pressam civitatem considerantes, et inde tyrannicum cognoscentes animum, conabimur ea, quae proposuimus, sufficienter diiudicare? *Glau.* Recte in hunc modum inspectio iudiciumque procedet. *So.* Age itaque explicare conemur, quo pacto ambitiosum imperium ex optimatum gubernatione nascatur. Quin hoc simpliciter verum est omnem rem publicam ex eo, quod dominatur, mutari, quando in ipso seditio oritur: dum vero secum ipso consentit, etiamsi valde exiguum sit, mutari impossibile est. *Glau.* Est ita. *So.* At vero quonam pacto, o Glauco, civitas haec nostra e suo statu movebitur? principes et defensores invicem et inter se dissidebunt? An vis imitantes Homerum Musas oremus, ut nobis explicent, qua ratione seditio primum incidat? dicamusque ipsas Tragicorum ritu nobiscum veluti pueris iocantes nugantesque ita loqui, ut, dum nugantur, quasi se

ὑψηλολογουμένας λέγειν; Πῶς; Ὧδέ πως. χαλεπὸν
μὲν κινηθῆναι πόλιν οὕτω ξυνῳκισμένην· ἀλλ' ἐπεὶ γενομένῳ 546
παντὶ φθορά ἐστιν, οὐδ' ἡ τοιαύτη ξύστασις τὸν ἅπαντα μενεῖ χρόνον ἀλλὰ λυθήσεται. λύσις δὲ ἥδε. οὐ μόνον φυτοῖς ἐγγείοις ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπιγείοις ζώοις φορὰ καὶ ἀφορία ψυχῆς τε καὶ σωμάτων γίγνονται, ὅταν περιτροπαὶ ἑκάστοις κύκλων περιφορὰς ξυνάπτωσι, βραχυβίοις μὲν βραχυπόρους, ἐναντίοις δὲ ἐναντίας. γένους δὲ ὑμετέρου εὐγονίας τε καὶ ἀφο-
ρίας, καὶ περ ὄντες σοφοί, οὓς ἡγεμόνας πόλεως ἐπαιδεύσασθε, οὐδὲν μᾶλλον λογισμῷ μετ' αἰσθήσεως τεύξονται, ἀλλὰ πάρεισιν αὐτοὺς καὶ γεννήσουσι παῖδας ποτε οὐ δέον. ἔστι δὲ θείῳ μὲν γεννητῷ περίοδος ἣν ἀριθμὸς περιλαμβάνει τέλειος, ἀνθρωπείῳ δὲ ἐν ᾧ πρώτῳ αὐξήσεις δυνάμεναί τε καὶ δυναζευόμεναι τρεῖς ὑποβάσεις, τέτταρας δὲ ὅρους λαβοῦσαι ὁμοιούντων τε καὶ ἀνομοιούντων καὶ αὐξόντων καὶ φθινόντων, πάντα προσήγορα καὶ ῥητὰ πρὸς ἄλληλα ἀπέφηναν· ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται

rio agant, altius eloquantur? *Glau.* Quonam pacto? *So.* Ita ferme. Difficile quidem est ita constitutam civitatem e suo statu moveri: verum cum omne, quod genitum est, corruptioni sit obnoxium, talis etiam constitutio semper manere non poterit, sed solvetur. solutio vero haec est: non solum circa plantas, sed terrena etiam animalia fertilitas et sterilitas animae corporumque contingit, quando revolutiones singulis circulorum coniunxerint ambitus: his quidem, quae brevis sunt aevi, ambitus breviores, contrariis vero contrarios. Illi vero, quos ad civitatis gubernationem educavistis, quamvis sapientes fuerint, nihilo magis vestri generis fecundam generationem vel sterilem ratione una cum sensu comprehendent: sed latebit eos opportunitas generandi, et plerumque cum non opportunum fuerit, gignendis filiis operam dabunt. Est autem ei, quod divinitus generandum est, circuitus, quem numerus continet perfectus: humanae vero geniturae is utique, in quo primo augmentationes superantes et superatae tres distantiae, atque quatuor terminos accipientes, simulantium et dissimilantium, et crescentium et decrescentium, cuncta correspondentia et comparabilia invicem effecerunt: quorum sesquitertia radix quinitati coniuncta duas harmonias praebet tes-

τρὶς αὐξηθείς, τὴν μὲν ἴσην ἰσάκις, ἑκατὸν τοσαυτάκις; τὴν δὲ ἰσομήκη μέν, τῇ προμήκει δὲ, ἑκατὸν μὲν ἀριθμῶν ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμπάδος, δεομένων ἑνὸς ἑκάστων; ἀῤῥήτων δὲ δυεῖν, ἑκατὸν δὲ κύβων τριάδος. ξύμπας δὲ οὗτος ἀριθμὸς γεωμετρικὸς, τοιούτου κύριος, ἀμεινόνων τε καὶ χειρόνων γενεσέων, ἃς ὅταν ἀγνοήσαντες ὑμῖν οἱ φύλακες συνοικίζωσι νύμφας νυμφίοις παρὰ καιρὸν, οὐκ εὐφυεῖς οὐδ' εὐτυχεῖς παῖδες ἔσονται. ὧν καταξήσονται μὲν τοὺς ἀρίζους οἱ πρότεροι, ὅμως δὲ ὄντες ἀνάξιοι, εἰς τὰς τῶν πατέρων αὖ δυνάμεις ἐλθόντες, ἡμῶν πρῶτον ἄρξονται ἀμελεῖν φύλακες ὄντες, παρ' ἔλαττον τοῦ δέοντος ἠγησάμενοι τὰ μουσικῆς; δεύτερον δὲ τὰ γυμναστικῆς. ὅθεν ἀμουσότεροι γενήσονται ὑμῖν οἱ νέοι. ἐκ δὲ τούτων ἄρχοντες οὐ πάνυ φυλακικοὶ καταξήσονται πρὸς τὸ δοκιμάζειν τὰ Ἡσιόδου τε καὶ τὰ παρ' ὑμῖν γένη; χρυσοῦν τε καὶ ἀργυροῦν καὶ χαλκοῦν καὶ σιδηροῦν. ὁμοῦ δὲ μιγέντος σιδήρου ἀργύρῳ καὶ χαλκοῦ χρυσῷ ἀνομοιότης ἐγγενήσεται καὶ ἀνωμαλία ἀνάρμοστος; ἃ γενόμενα, οὗ ἂν ἐγγένηται, ἀεὶ τίκτει πόλεμον

auctа: unam quidem aequalem aequaliter, centum centies: alteram vero aequalis quidem longitudinis, sed oblongioris, centum quidem numerorum ex diametris comparabilibus invicem quinitatis. indigentibus uno ex singulis; duobus vero, qui invicem dici nequeant; centum vero cuborum trinitatis ipsius. Universus autem iste numerus geometricus, talem auctoritatem habens. ad potiorem deterioremque generationem vim habet. quod si civitatis vestrae custodes ignoraverint, nec opportuno in tempore sponsas sponsis coniunxerint, haudquaquam ingeniosi felicesve pueri inde nascentur. Ac licet maiores ipsi eos constituant principes, qui inter illos praestantiores fuerint: tamen quia indigni erunt parentum successione, in ipsis magistratibus subiectos negligent: neque musicae curam, ut decet, habebunt, neque gymnasticae: unde iuvenes nimis erunt a musica alieni. Ex his autem principes constituentur negligentiores, quam decet. ad examinandum genera illa, quae apud Hesiodum et quae apud vos referuntur. aureum scilicet genus, argenteum et aeneum atque ferreum. quoniam vero mixtum erit argento ferrum et aes auro, dissimilitudo et inaequalitas discors exorientur. quae ubicunque nascuntur, bel-

καὶ ἔχθραν. ταύτης τοι γενεῆς χρὴ φάναι εἶναι σάσιν, ὅπου ἂν γίγνηται ἀεί. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη, αὐτὰς ἀποκρίνασθαι φήσομεν. Καὶ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, ἀνάγκη Μούσας γε οὔσας. Τί οὖν, ἦ δ' ὅς, τὸ μετὰ τοῦτο λέγουσιν αἱ Μοῦσαι; Στάσεως, ἦν δ' ἐγώ, γενομένης εἰλκέτην ἄρα ἑκατέρω τὼ γένη, τὸ μὲν σιδηροῦν καὶ χαλκοῦν ἐπὶ χρηματισμὸν καὶ γῆς κτῆσιν καὶ οἰκίας χρυσίου τε καὶ ἀργύρου, τὸ δ' αὖ χρυσοῦν τε καὶ ἀργυροῦν, ἅτε οὐ πενομένω ἀλλὰ φύσει ὄντε πλουσίω, τὰς ψυχὰς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἀρχαίαν κατάσασιν ἠγέτην· βιαζομένων δὲ καὶ ἀντιτεινόντων ἀλλήλοις εἰς μέσον ὡμολόγησαν γῆν μὲν καὶ οἰκίας κατανειμαμένους ἰδιώσασθαι, τοὺς δὲ πρὶν φυλαττομένους ὑπ' αὐτῶν ὡς ἐλευθέρους, φίλους τε καὶ τροφέας, δουλωσαμένοι τότε περιοίκους τε καὶ οἰκέτας ἔχοντες, αὐτοὶ πολέμου τε καὶ φυλακῆς αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. Δοκεῖ μοι, ἔφη, αὕτη ἡ μετάβασις ἐντεῦθεν γίγνεσθαι. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἐν μέσῳ τις ἂν εἴη ἀριστοκρατίας τε καὶ ὀλιγαρχίας αὕτη ἡ πολιτεία; Πάνυ μὲν οὖν.

Μεταβήσεται μὲν δὴ οὕτω· μεταβᾶσα δὲ πῶς οἰκήσει; ἢ φανερὸν ὅτι τὰ μὲν μιμήσεται τὴν προτέραν

lum semper et inimicitias pariunt. genus autem huiusmodi hominum ubicunque adest semper seditionibus agitatur. *Glau.* Recte admodum respondere illas dicemus. *So.* Necesse est enim, cum Musae sint. *Glau.* Quid vere posthac Musae dicent? *So.* Postquam orta seditio fuerit, utraque genera ferentur, ferreum quidem et aeneum ad quaestum, agrorumque et domorum possessionem, aurique et argenti copiam: quod vero inest aureum et argenteum, quasi non inopi, sed opulenta natura, ad virtutem statumque pristinum, pugnantia vero invicem et in contraria retrahentia in medium tandem conveniunt, ut divisis agris et domibus privatim quaeque possideantur: illi vero, qui ante ab eis servabantur tanquam liberi, amici et nutritores, in servitutem redigantur, et velut subditi atque servi belli custodiaeque ipsorum curam gerere compellantur. *Glau.* Hinc et mihi certe videtur mutatio haec accedere. *So.* Haec utique gubernatio inter optimates et paucorum potentiam erit media. *Glau.* Erit certe. *So.* Mutabitur quidem ita. cum vero in id fuerit permutata, quem potissimum gubernationis modum servabit? Vel constat, quod partim priorem rem publicam imitabitur, partim paucorum po-

πολιτείαν, τὰ δὲ τὴν ὀλιγαρχίαν, ἅτ' ἐν μέσῳ οὖσα, τὸ δέ τι καὶ αὐτῆς ἕξει ἴδιον; Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν τῷ μὲν τιμᾷν τοὺς ἄρχοντας καὶ γεωργιῶν ἀπέχεσθαι τὸ προπολεμοῦν αὐτῆς καὶ χειροτεχνιῶν καὶ τοῦ ἄλλου χρηματισμοῦ, ξυσσίτια δὲ κατεσκευάσθαι καὶ γυμναστικῆς τε καὶ τῆς τοῦ πολέμου ἀγωνίας ἐπιμελεῖσθαι, πᾶσι τοῖς τοιούτοις τὴν προτέραν μιμήσεται; Ναί. Τὸ δέ γε φοβεῖσθαι τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἄγειν, ἅτε οὐκέτι κεκτημένην ἁπλοῦς τε καὶ ἀτενεῖς τοὺς τοιούτους ἄνδρας ἀλλὰ μικτούς, ἐπὶ δὲ τοὺς θυμοειδεῖς τε καὶ ἁπλουστέρους ἀποκλίνειν τοὺς πρὸς πόλεμον μᾶλλον πεφυκότας ἢ πρὸς εἰρήνην, καὶ τοὺς περὶ ταῦτα δό- 548 λους τε καὶ μηχανὰς ἐντίμως ἔχειν, καὶ πολεμοῦσα τὸν ἀεὶ χρόνον διάγειν αὐτὴ ἑαυτῇ αὖ, τὰ πολλὰ τῶν τοιούτων ἴδια ἕξει; Ναί. Ἐπιθυμητὰ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, χρημάτων οἱ τοιοῦτοι ἔσονται, ὥς περ οἱ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις, καὶ τιμῶντες ἀγρίως ὑπὸ σκότου χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, ἅτε κεκτημένοι ταμιεῖα καὶ οἰκείους θησαυρούς, οἳ θέμενοι ἂν αὐτὰ κρύψειαν, καὶ αὖ περιβόλους οἰκήσεων, ἀτεχνῶς νεοττιὰς ἰδίας, ἐν αἷς ἀνα- λίσκοντες γυναιξί τε καὶ οἷς ἐθέλοιεν ἄλλοις πολλὰ ἂν

tentiam, utpote quae in medio locata est, partim etiam quiddam sui proprium obtinebit? *Glau.* Ita prorsus. *So.* Et priorem quidem imitabitur in eo, quod principes honorabuntur, et milites ab agricultura mechanicisque artibus et allis quaestibus abstinebunt, et communia fient convivia, gymnasticique ludi et belli certamina frequentabuntur. *Glau.* Profecto. *So.* Sui autem ipsius propria, talia quaedam habebit, quod sapientes metuet ad principatus admittere, quia non simplices neque integerrimos huiusmodi viros, sed mixtos possideat: et animosiores potius simplicioresque homines ad gubernandum adsciscet, qui ad bellum potius quam ad pacem nati videantur. dolos quin etiam et machinamenta belli plurimi faciet, semperque pugnabit. *Glau.* Certe. *So.* Atqui pecuniarum cupidi erunt isti, quemadmodum qui in paucorum potentia vitam agunt: et tenebris obruti aurum et argentum rusticius honorabunt, utpote qui aeraria propriosque thesauros habeant, quibus ista recondant; ac etiam circumsepta domorum, ceu proprios nidos, in quibus multa cum mulieribus et aliis pro libidine erogabunt. *Glau.* Vera loqueris.

δαπανῶντο. Ἀληθέστατα, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ φειδωλοὶ χρημάτων, ἅτε τιμῶντες καὶ οὐ φανερῶς κτώμενοι, φιλοναλῶται δὲ ἀλλοτρίων δι' ἐπιθυμίαν, καὶ λάθρᾳ τὰς ἡδονὰς καρπούμενοι, ὥς περ παῖδες πατέρα τὸν νόμον ἀποδιδράσκοντες, οὐχ ὑπὸ πειθοῦς ἀλλ' ὑπὸ βίας πεπαιδευμένοι διὰ τὸ τῆς ἀληθινῆς Μούσης τῆς μετὰ λόγων τε καὶ φιλοσοφίας ἠμελημέναι καὶ πρεσβυτέρως γυμναστικὴν μουσικῆς τετιμηκέναι. Παντάπασιν, ἔφη, λέγεις μεμιγμένην πολιτείαν ἐκ κακοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ. Μέμικται γάρ, ἦν δ' ἐγώ· διαφανέστατον δ' ἐν αὐτῇ ἐστὶν ἕν τι μόνον ὑπὸ τοῦ θυμοειδοῦς κρατοῦντος, φιλονεικίαι καὶ φιλοτιμίαι. Σφόδρα γε, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, αὕτη μὲν ἡ πολιτεία οὕτω γεγονυῖα καὶ τοιαύτη ἂν τις εἴη, ὡς λόγῳ σχῆμα πολιτείας ὑπογράψαντα μὴ ἀκριβῶς ἀπεργάσασθαι διὰ τὸ ἐξαρκεῖν μὲν ἰδεῖν καὶ ἐκ τῆς ὑπογραφῆς τόν τε δικαιότατον καὶ τὸν ἀδικώτατον, ἀμήχανον δὲ μήκει ἔργον εἶναι πάσας μὲν πολιτείας, πάντα δὲ ἤθη μηδὲν παραλιπόντα διελθεῖν; Καὶ ὀρθῶς, ἔφη.

Τίς οὖν ὁ κατὰ ταύτην τὴν πολιτείαν ἀνήρ; πῶς τε γενόμενος, ποῖός τέ τις ὤν; Οἶμαι μέν, ἔφη ἐγὼ

So. Nonne et in rebus propriis parciores erunt quam deceat? quippe qui magnificiant, pecunias nec palam acquirant? in alienis autem propter libidinem profusiores, et clanculum voluptatibus indulgebunt, haud secus legem passim refugientes ac pueri patris aspectum, non persuasione, sed vi educati: ex eo quod veram musam, quae cum sermonibus et philosophia coniuncta est, neglexerint, multoque magis ac prius gymnasticam quam musicam honoraverint? *Glau.* Rem publicam ex malo bonoque mixtam refers. *So.* Mixta est profecto. prae ceteris autem in ipsa propter animositatis iracundiaeque imperium contentionis ambitionisque studia invalescunt. *Glau.* Vehementer. *So.* An non haec respublica ita coalescet, talisque erit, quantum licet sermone rei publicae figuram describere sine operis exacta nimium diligentia, quia sufficiat ex ipsa descriptionis summula virum iustissimum iniustissimumve discernere, sitque ferme opus inextricabile, si quis omnes res publicas omnesque mores, nihilo penitus praetermisso, enarrare aggrediatur. *Glau.* Probe. *So.* Quis igitur secundum hanc rem publicam vir? quomodo ortus?

Ἀδείμαντος, ἐγγύς τι αὐτὸν Γλαύκωνος τουτουῖ τεί-
νειν ἕνεκά γε φιλονεικίας. Ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτό γε·
ἀλλά μοι δοκεῖ τάδε οὐ κατὰ τοῦτον πεφυκέναι. Τὰ
ποῖα; Αὐθαδέστερόν τε δεῖ αὐτόν, ἦν δ' ἐγώ, εἶναι καὶ
ὑποαμουσότερον, φιλόμουσον δέ, καὶ φιλήκοον μέν,
ῥητορικὸν δ' οὐδαμῶς. καὶ δούλοις μέν τισιν ἄγριος
549 εἴη ὁ τοιοῦτος, οὐ καταφρονῶν δούλων ὥς περ ὁ ἱκα-
νῶς πεπαιδευμένος, ἐλευθέροις δὲ ἥμερος, ἀρχόντων
δὲ σφόδρα ὑπήκοος, φίλαρχος δὲ καὶ φιλότιμος, οὐκ
ἀπὸ τοῦ λέγειν ἀξιῶν ἄρχειν οὐδ' ἀπὸ τοιούτου οὐδε- 10
νός, ἀλλὰ ἀπὸ ἔργων τῶν τε πολεμικῶν καὶ τῶν περὶ
τὰ πολεμικά, φιλογυμναστής τέ τις ὢν καὶ φιλόθηρος.
Ἔοικε γάρ, ἔφη, τοῦτο τὸ ἦθος ἐκείνης τῆς πολιτείας.
Οὐκοῦν καὶ χρημάτων, ἦν δ' ἐγώ, ὁ τοιοῦτος νέος μὲν
ὢν καταφρονοῖ ἄν, ὅσῳ δὲ πρεσβύτερος γίγνοιτο, μᾶλ-
λον ἀεὶ ἀσπάζοιτο ἂν τῷ τε μετέχειν τῆς τοῦ φιλο-
χρημάτου φύσεως καὶ μὴ εἶναι εἰλικρινὴς πρὸς ἀρετήν
διὰ τὸ ἀπολειφθῆναι τοῦ ἀρίστου φύλακος; Τίνος; ἦ
δ' ὅς ὁ Ἀδείμαντος. Λόγου, ἦν δ' ἐγώ, μουσικῇ κε-
κραμένου· ὃς μόνος ἐγγενόμενος σωτὴρ ἀρετῆς διὰ βί- 20
ου ἐνοικεῖ τῷ ἔχοντι. Καλῶς, ἔφη, λέγεις. Καὶ ἔξι

tur? qualis exsistit? *Adi.* Reor equidem similem esse Glauconis istius, contentionis gratia. *So.* Forte in hoc est similis. verum in his haud natura similis esse videtur. *Adi.* In quibus? *So.* Contumaciorem sane esse eum necesse est, et a musica quodammodo alieniorem, musicae tamen cupidum: et audiendi quidem studiosum, rhetoricum vero nequaquam. Atqui et adversus servos agrestis erit huiusmodi vir, haud servos despiciens, quemadmodum vir ad sufficientiam eruditus: erga liberos autem erit mitis: erga principes quidem obediens maxime, sed et principatus et honorum avidior, oportere existimans non ab arte dicendi vel alia quavis simili facultate praeesse, sed a rebus bellicis et similibus, cum sit et gymnasticae et venationis admodum studiosus. *Adi.* Est certe mos hic illius rei publicae. *So.* Nonne et pecunias iste in iuventute contemnet? quo vero senescet magis, eo magis pecunias diliget? ex eo quod avarae naturae sit particeps, neque sit integer ad virtutem, quia ab optimo custode deficiat. *Adi.* A quonam? *So.* Ratione et oratione, inquam, musicae mixta, quae sola cum adest, per omnem vitam virtutem in eo, cui praeest, servat. *Adi.* Praeclare loqueris. *So.* Est utique ta-

μέν γ', ἦν δ' ἐγώ, τοιοῦτος ὁ τιμοκρατικὸς νεανίας, τῇ τοιαύτῃ πόλει ἐοικώς. Πάνυ μὲν οὖν. Γίγνεται δέ γ', εἶπον, οὗτος ὧδέ πως. ἐνίοτε πατρὸς ἀγαθοῦ ὢν νέος υἱός, ἐν πόλει οἰκοῦντος οὐκ εὖ πολιτευομένῃ, φεύγοντος τάς τε τιμὰς καὶ ἀρχὰς καὶ δίκας καὶ τὴν τοιαύτην πᾶσαν φιλοπραγμοσύνην καὶ ἐθέλοντος ἐλαττοῦσθαι, ὥστε πράγματα μὴ ἔχειν. Πῇ δή, ἔφη, γίγνεται; Ὅταν, ἦν δ' ἐγώ, πρῶτον μὲν τῆς μητρὸς ἀκούῃ ἀχθομένης ὅτι οὐ τῶν ἀρχόντων αὐτῇ ὁ ἀνήρ ο ἐστι, καὶ ἐλαττουμένης διὰ ταῦτα ἐν ταῖς ἄλλαις γυναιξίν, ἔπειτα ὁρώσης μὴ σφόδρα περὶ χρήματα σπουδάζοντα μηδὲ μαχόμενον καὶ λοιδορούμενον ἰδίᾳ τε ἐν δικαστηρίοις καὶ δημοσίᾳ, ἀλλὰ ῥᾳθύμως πάντα τὰ τοιαῦτα φέροντα· καὶ ἑαυτῷ μὲν τὸν νοῦν προσέχοντα ἀεὶ αἰσθάνηται, ἑαυτὴν δὲ μήτε πάνυ τιμῶντα μήτε ἀτιμάζοντα· ἐξ ἁπάντων τούτων ἀχθομένης τε, καὶ λεγούσης ὡς ἄνανδρός τε αὐτῷ ὁ πατὴρ καὶ λίαν ἀνειμένος, καὶ ἄλλα δὴ ὅσα καὶ οἷα φιλοῦσιν αἱ γυναῖκες περὶ τῶν τοιούτων ὑμνεῖν. Καὶ μάλ', ἔφη ὁ Ἀδείο μαντος, πολλά τε καὶ ὅμοια ἑαυταῖς. Οἶσθα οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι καὶ οἱ οἰκέται τῶν τοιούτων ἐνίοτε λάθρᾳ

lis adolescens ambitiosi imperii cupidus, tali similis civitati. *Adi.* Prorsus. *So.* Efficitur autem hic talis hunc in modum: interdum videlicet cum iuvenis aliquis filius est patris boni, in civitate non bene gubernata habitantis, honores, principatus et iudicia fugientis, et reliquam huiuscemodi negotiorum curam, libenterque se demittentis, ut labores vitet. *Adi.* Quonam pacto efficitur? *So.* Quando scilicet matrem audit aegre ferentem, quod vir suus magistratibus minime fungitur, auditque inter alias mulieres ob hoc contemptui esse: et graviter patientem, quotiens virum aspicit pecuniis cumulandis minime indulgentem, neque pro illis pugnantem litigantemque privatim in iudiciis et publice sed ad haec omnia negligentiorem, talemque, ut secum ipse vivat ut plurimum, uxorem vero nec aspernetur quidem neque admodum colat. ex quibus saepe filio mater praedicet ignavum sibi esse patrem nimisque remissum: et alia, quaecunque de talibus garrire mulieres consueverunt. *Adi.* Multa profecto talia sibi convenientia obloqui mulieres solent. *So.* Neque te latet, quod et servi et domestici, praesertim qui maxime videntur

πρὸς τοὺς υἱεῖς τοιαῦτα λέγουσιν, οἱ δοκοῦντες εὖνοι εἶναι, καὶ ἐάν τινα ἴδωσιν ἢ ὀφείλοντα χρήματα, ᾧ μὴ ἐπεξέρχεται ὁ πατήρ, ἤ τι ἄλλο ἀδικοῦντα, διακελεύονται ὅπως, ἐπειδὰν ἀνὴρ γένηται, τιμωρήσεται πάντας τοὺς τοιούτους καὶ ἀνὴρ μᾶλλον ἔσται τοῦ πατρός. καὶ ἐξιὼν ἕτερα τοιαῦτα ἀκούει καὶ ὁρᾷ, τοὺς μὲν τὰ αὑτῶν πράττοντας ἐν τῇ πόλει ἠλιθίους τε καλουμένους καὶ ἐν σμικρῷ λόγῳ ὄντας, τοὺς δὲ μὴ τὰ αὑτῶν τιμωμένους τε καὶ ἐπαινουμένους. τότε δὴ ὁ νέος πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκούων τε καὶ ὁρῶν, καὶ αὖ τοὺς τοῦ πατρὸς λόγους ἀκούων τε καὶ ὁρῶν τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ ἐγγύθεν παρὰ τὰ τῶν ἄλλων, ἑλκόμενος ὑπ' ἀμφοτέρων τούτων, τοῦ μὲν πατρὸς αὐτοῦ τὸ λογιστικὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἄρδοντός τε καὶ αὔξοντος, τῶν δὲ ἄλλων τό τε ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸ θυμοειδές, διὰ τὸ μὴ κακοῦ ἀνδρὸς εἶναι τὴν φύσιν, ὁμιλίαις δὲ ταῖς τῶν ἄλλων κακαῖς κεχρῆσθαι, εἰς τὸ μέσον ἑλκόμενος ὑπ' ἀμφοτέρων τούτων ἦλθε, καὶ τὴν ἐν ἑαυτῷ ἀρχὴν παρέδωκε τῷ μέσῳ τε καὶ φιλονείκῳ καὶ θυμοειδεῖ καὶ ἐγένετο ὑψηλόφρων τε καὶ φιλότιμος ἀνήρ. Κομιδῇ μοι, ἔφη, δοκεῖς τὴν τούτου γένεσιν διεληλυθέναι. Ἔχομεν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, τήν τε δευτέραν πολιτείαν καὶ τὸν δεύτερον ἄνδρα. Ἔχομεν, ἔφη.

benivoli, talia quaedam ad aures puerorum saepe susurrant: et si quem viderint vel pecunias patri debentem, quem ipse nequaquam conveniat, vel in alio quodam iniuriantem, edicunt puero, cum vir fuerit, haec omnia ulcisci debere, virumque magis fore, quam pater eius exstiterit. Quin etiam domo egressus alia horum similia audit et videt: homines scilicet, qui sua in civitate officia servant alienorum minime curiosi, stolidos vocitari penitusque contemni; horum vero dissimiles honorari atque laudari. cum haec adolescentulus audit et videt, rursusque patris audit sermones, eiusque officia proxime ultra studia ceterorum animadvertit, ab utrisque distrahitur: a patre quidem rationalis eius vis fovetur et augetur, ab aliis autem concupiscendi et irascendi natura. quapropter cum non malo ingenio natus, mala tamen ceterorum consuetudine usus fuerit, in medium ab his tractus descendit, seque mediae cuidam potentiae contentiosae iracundaeque subiicit, fitque vir elato animo gloriaeque cupidior. *Adi.* Naturam istius sufficienter enarrasse mihi videris. *So.* Habemus itaque secundam rempublicam virumque secundum. *Adi.* Habemus profecto. *So.* An non post haec

Οὐκοῦν μετὰ τοῦτο, τὸ τοῦ Αἰσχύλου, λέγωμεν

ἄλλον ἄλλῃ πρὸς πόλει τεταγμένον;

μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν προτέραν τὴν πόλιν; Ἰάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Εἴη δέ γ' ἄν, ὡς ἐγῷμαι, ὀλιγαρχία ἡ μετὰ τὴν τοιαύτην πολιτείαν. Λέγεις δέ, ἦ δ' ὅς, τὴν ποίαν κατάστασιν ὀλιγαρχίαν; Τὴν ἀπὸ τιμημάτων, ἦν δ' ἐγώ, πολιτείαν, ἐν ᾗ οἱ μὲν πλούσιοι ἄρχουσι, πένησι δὲ οὐ μέτεστιν ἀρχῆς. Μανθάνω, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν ὡς μεταβαίνει πρῶτον ἐκ τῆς τιμαρχίας εἰς τὴν ὀλιγαρχίαν, ῥητέον; Ναί. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τυφλῷ γε δῆλον ὡς μεταβαίνει. Πῶς; Τὸ ταμιεῖον, ἦν δ' ἐγώ, ἐκεῖνο ἑκάστῳ χρυσίου πληρούμενον ἀπόλλυσι τὴν τοιαύτην πολιτείαν. πρῶτον μὲν γὰρ δαπάνας αὐτοῖς ἐξευρίσκουσι, καὶ τοὺς νόμους ἐπὶ τοῦτο παράγουσιν, ἀπειθοῦντες αὐτοί τε καὶ γυναῖκες αὐτῶν. Εἰκός, ἔφη. Ἔπειτά γε, οἶμαι, ἄλλος ἄλλον ὁρῶν καὶ εἰς ζῆλον ἰών, τὸ πλῆθος τοιοῦτον αὐτῶν ἀπειργάσαντο. Εἰκός. Τοὐντεῦθεν τοίνυν, εἶπον, προϊόντες εἰς τὸ πρόσθεν τοῦ χρηματίζεσθαι, ὅσῳ ἂν τοῦτο τιμιώτερον ἡγῶνται, τοσούτῳ ἀρετὴν ἀτιμοτέραν. ἢ οὐχ οὕτω πλού-

Aeschyli illud dicimus, *Alterum hominem alteri civitati convenientem?* immo vero secundum superiorem illam suppositionem alteram civitatem alteri congruam? *Adi.* Ita prorsus. *So.* Quae vero huiuscemodi rem publicam sequitur, paucorum, ut arbitror, potentia est. *Adi.* Quam potissimum rei publicae institutionem paucorum vocas potentiam? *So.* Eam in qua magistratus a census aestimatione civibus tribuuntur, et in qua divites dominantur, pauperibus vero nulla rei publicae est communio. *Adi.* Intelligo equidem. *So.* Nonne dicendum, quo pacto a gubernatione ambitiosa in hanc transgressio fit? *Adi.* Dicendum certe. *So.* Vel caeco id quidem perspicuum est, quo pacto transgressio fiat. *Adi.* Quonam pacto? *So.* Aerarium illud cuiusque auro plenum talem perdit rem publicam. nam primum quidem novos sumptus reperiunt, et ad hoc leges deducunt, quibus neque ipsi neque mulieres ipsorum obtemperant. *Adi.* Consentaneum istud quidem. *So.* Deinde alter alterius exemplo et aemulatione perciti, multi tandem tales evadunt. *Adi.* Verisimile. *So.* Hinc effusius ad pecunias cumulandas delapsi, quanto id pretiosius aestimant, tanto virtutem existimant viliorem. An non ita virtus a divitiis discrepat, quasi

του ἀρετὴ διέσηκεν, ὥς περ ἐν πλάσιγγι ζυγοῦ κειμένου, ἑκατέρου ἀεὶ τοὐναντίον ῥέποντε; Καὶ μάλ', ἔφη. 551 Τιμωμένου δὴ πλούτου ἐν πόλει καὶ τῶν πλουσίων ἀτιμοτέρα ἀρετή τε καὶ οἱ ἀγαθοί. Δῆλον. Ἀσκεῖται δὴ τὸ ἀεὶ τιμώμενον, ἀμελεῖται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον. Οὕτως. Ἀντὶ δὴ φιλονείκων καὶ φιλοτίμων ἀνδρῶν φιλοχρημάτισαί καὶ φιλοχρήματοι τελευτῶντες ἐγένοντο, καὶ τὸν μὲν πλούσιον ἐπαινοῦσί τε καὶ θαυμάζουσι καὶ εἰς τὰς ἀρχὰς ἄγουσι, τὸν δὲ πένητα ἀτιμάζουσιν. Πάνυ γε. Οὐκοῦν τότε δὴ νόμον τίθενται ὅρον πολιτείας ὀλιγαρχικῆς, ταξάμενοι πλῆθος χρημάτων, οὗ μὲν μᾶλλον ὀλιγαρχία, πλέον, οὗ δ' ἧττον, ἔλαττον, προεισπόντες ἀρχῶν μὴ μετέχειν ᾧ ἂν μὴ ᾖ οὐσία εἰς τὸ ταχθὲν τίμημα; ταῦτα δὲ ἢ βίᾳ μεθ' ὅπλων διαπράττονται, ἢ καὶ πρὸ τούτου φοβήσαντες κατεσήσαντο τὴν τοιαύτην πολιτείαν. ἢ οὐχ οὕτως; Οὕτω μὲν οὖν. Ἡ μὲν δὴ κατάστασις ὡς ἔπος εἰπεῖν αὕτη. Ναί, ἔφη· ἀλλὰ τίς δὴ ὁ τρόπος τῆς πολιτείας; καὶ ποῖά ἐστιν ἃ ἔφαμεν αὐτὴν ἁμαρτήματα ἔχειν;

Πρῶτον μέν, ἔφην, τοῦτο αὐτό, ὁ ὅρος αὐτῆς οἷός ἐστιν· ἄθρει γάρ· εἰ νεῶν οὕτω τις ποιοῖτο κυβερ-

utraque in lance staterae sint posita, semperque in contrariam partem declinent? *Adi.* Ita prorsus. *So.* Quando igitur in civitate divitiae ac divites honorantur, virtus probique viri despiciuntur. *Adi.* Constat. *So.* Incendunturque ad ea studia omnes, quae in honore sunt, eaque frequentant: quae vero nullo honore censentur, apud quosque iacere solent. Atque ita ex victoriae honorisque cupidis quaestus et pecuniarum avidi tandem efficiuntur, et divites quidem viros laudant et admirantur et ad magistratus evehunt, pauperes vero despiciunt. *Adi.* Omnino sic accidit. *So.* An non et lege statuunt principatus fines, dum statuunt, ubi maior est pecuniarum copia, ibi talem principatum esse maiorem: ubi minor, contra minorem: prohibentque aliquem imperare, qui non ad certum aliquem censum pervenerit? haec autem aut vi cum armis efficiunt: aut postquam metum incusserint, talem constituerunt rem publicam. nonne ita? *Adi.* Ita prorsus. *So.* Constitutio quidem, ut ita dicam, haec est. *Adi.* Est certe. sed quisnam rei publicae modus, quive defectus sunt, quos habere eam rem publicam dicebamus? *So.* Principio, qualis sit praescriptus hic in ea terminus, aspice. Si quis in navis gubernatione a census

νήτας ἀπὸ τιμημάτων, τῷ δὲ πένητι; εἰ καὶ κυβερνητικώτερος εἴη, μὴ ἐπιτρέποι. Πονηράν, ἦ δ' ὅς, τὴν ναυτιλίαν αὐτοὺς ναυτίλλεσθαι. Οὐκοῦν καὶ περὶ ἄλλου οὕτως ὁτουοῦν, ἢ τινὸς ἀρχῆς; Οἶμαι ἔγωγε. Πλὴν πόλεως, ἦν δ' ἐγώ· ἢ καὶ πόλεως πέρι; Πολύ γ', ἔφη, μάλιστα, ὅσῳ χαλεπωτάτη καὶ μεγίστη ἡ ἀρχή. Ἐν μὲν δὴ τοῦτο τοσοῦτον ὀλιγαρχία ἂν ἔχοι ἁμάρτημα. Φαίνεται. Τί δέ; τόδε ἆρά τι τούτου ἔλαττον; Τὸ ποῖον; Τὸ μὴ μίαν ἀλλὰ δύο ἀνάγκη εἶναι τὴν τοιαύτην πόλιν, τὴν μὲν πενήτων, τὴν δὲ πλουσίων, οἰκοῦντας ἐν τῷ αὐτῷ, ἀεὶ ἐπιβουλεύοντας ἀλλήλοις. Οὐδὲν μὰ Δί', ἔφη, ἔλαττον. Ἀλλὰ μήν τόδε καλόν, τὸ ἀδυνάτους εἶναι ἴσως πόλεμόν τινα πολεμεῖν διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι ἢ χρωμένους τῷ πλήθει ὡπλισμένῳ δεδιέναι μᾶλλον ἢ τοὺς πολεμίους, ἢ μὴ χρωμένους ὡς ἀληθῶς ὀλιγαρχικοὺς φανῆναι ἐν αὐτῷ τῷ μάχεσθαι, καὶ ἅμα χρήματα μὴ ἐθέλειν εἰσφέρειν, ἅτε ὄντας φιλοχρημάτους. Οὐ καλόν. Τί δέ; ὃ πάλαι ἐλοιδορούμεν, τὸ πολυπραγμονεῖν γεωργοῦντας καὶ χρηματιζομένους καὶ πολεμοῦντας ἅμα τοὺς αὐτοὺς 552

aestimatione gubernatores eligat, pauperem vero, licet gubernandi peritiorem, haudquaquam admittat, quid ex hoc secuturum censes? *Adi.* Ut male navem ducant. *So.* An non eodem pacto in quovis alio principatu? *Adi.* Sic equidem arbitror. *So.* Sicne in omnibus praeterquam in civitate? an et in civitate praeterea? *Adi.* Multo etiam magis, quoniam haec gravissima est et maxima gubernatio. *So.* Unum quidem hunc et tantum paucorum potentia defectum patitur. *Adi.* Apparet. *So.* Quid autem hoc? nunquid levius? *Adi.* Quale istud? *So.* Quod necesse est non unam hanc, sed duas esse res publicas: unam quidem pauperum, divitum alteram: et homines intra moenia eadem habitantes sibi invicem semper insidiari. *Adi.* Certe non levius istud. *So.* Sed neque hoc honestum est, ut bellum gerere nequeant: quia coguntur, sive populo utantur armato, eum formidare magis quam hostes, sive non utantur, re vera in ipso proelio paucorum potentiae studiosi videri: ac etiam pecunias expendere nolle eos tanquam avaros homines, haud decorum est? *Adi.* Non certe. *So.* Nunquid recte fieri illud existimas, quod supra vituperavimus, ut in huiusmodi civitate iidem homines in variis versentur officiis, ter-

ἐν τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ, ἢ δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν; Οὐδ' ὁπωστιοῦν. Ὅρα δή, τούτων πάντων τῶν κακῶν εἰ τόδε μέγιστον αὕτη πρώτη παραδέχεται. Τὸ ποῖον; Τὸ ἐξεῖναι πάντα τὰ αὑτοῦ ἀποδόσθαι, καὶ ἄλλῳ κτήσασθαι τὰ τούτου, καὶ ἀποδόμενον οἰκεῖν ἐν τῇ πόλει μηδὲν ὄντα τῶν τῆς πόλεως μερῶν, μήτε χρηματιστὴν μήτε δημιουργὸν μήτε ἱππέα μήτε ὁπλίτην, ἀλλὰ πένητα καὶ ἄπορον κεκλημένον. Πρώτη, ἔφη. Οὔκουν διακωλύεταί γε ἐν ταῖς ὀλιγαρχουμέναις τὸ τοιοῦτον. οὐ γὰρ ἂν οἱ μὲν ὑπέρπλουτοι ἦσαν, οἱ δὲ παντάπασι πένητες. Ὀρθῶς. Τόδε δὲ ἄθρει. ἆρα ὅτε πλούσιος ὢν ἀνήλισκεν ὁ τοιοῦτος, μᾶλλόν τι τότ' ἦν ὄφελος τῇ πόλει εἰς ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν; ἢ ἐδόκει μὲν τῶν ἀρχόντων εἶναι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ οὔτε ἄρχων οὔτε ὑπηρέτης ἦν αὐτῆς, μᾶλλα τῶν ἑτοίμων ἀναλωτής; Οὕτως, ἔφη, ἐδόκει· ἦν δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀναλωτής. Βούλει οὖν, ἦν δ' ἐγώ, φῶμεν αὐτόν, ὡς ἐν κηρίῳ κηφὴν ἐγγίγνεται, σμήνους νόσημα, οὕτω καὶ τὸν τοιοῦτον ἐν οἰκίᾳ κηφῆνα ἐγγίγνεσθαι νόσημα πόλεως; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Οὐκοῦν, ὦ Ἀδείμαντε, τοὺς μὲν πτηνοὺς κηφῆνας πάντας ἀκέντρους ὁ θεὸς πε-

yam colant, pecunias cumulent, militent? *Adi.* Nullo modo certe. *So.* Vide utique, si horum malorum omnium haec prima id gravissimum patitur. *Adi.* Quale id? *So.* Ut liceat cuiquam sua omnia alienare, alteri vero illius omnia possidere: atque ei, qui alienavit, habitare in civitate, dum nulla civitatis pars exsistat: neque nummularius, neque opifex, neque eques, neque armiger, sed pauper et egenus passim cognominatus. *Adi.* Prima haec certe. *So.* Hoc profecto in civitatibus, quae paucorum subiiciuntur imperio, minime prohibetur. neque enim alii opulentiores essent quam decet, alii prorsus mendici. *Adi.* Recte loqueris. *So.* Hoc autem considera: nunquid quando dives huiusmodi erogabat, eratne magis aliqua utilitas civitati ad quae paulo ante dicebamus? an videbatur quidem e principum numero esse, re vera autem neque princeps neque minister erat, sed propriorum commodorum consumptor? *Adi.* Sic utique visum est. erat autem nihil aliud quam consumptor. *So.* An vis dicamus, quemadmodum in favo fucus ortus examinis apum morbus est, ita et hominem huiuscemodi domi natum pestem rei publicae fore? *Adi.* Prorsus, o Socrates. *So.* Nonne volatiles fucos omnes sine stimulis Deus fecit? hos au-

πολιγκε, τοὺς δὲ πεζοὺς τούτους, ἐνίους μὲν αὐτῶν ἀκέντρους, ἐνίους δὲ δεινὰ κέντρα ἔχοντας; καὶ ἐκ μὲν τῶν ἀκέντρων πτωχοὶ πρὸς τὸ γῆρας τελευτῶσιν, ἐκ δὲ τῶν κεκεντρωμένων πάντες ὅσοι κέκληνται κακοῦργοι; Ἀληθέστατα, ἔφη. Δῆλον ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἐν πόλει οὗ ἂν ἴδῃς πτωχούς, ὅτι εἰσί που ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ἀποκεκρυμμένοι κλέπται τε καὶ βαλαντιοτόμοι καὶ ἱερόσυλοι καὶ πάντων τῶν τοιούτων κακῶν δημιουργοί. Δῆλον, ἔφη. Τί οὖν; ἐν ταῖς ὀλιγαρχουμέναις πόλεσι πτωχοὺς οὐχ ὁρᾷς ἐνόντας; Ὀλίγου γ', ἔφη, πάντας τοὺς ἐκτὸς τῶν ἀρχόντων. Μὴ οὖν οἰόμεθα, ἔφην ἐγώ, καὶ κακούργους πολλοὺς ἐν αὐταῖς εἶναι κέντρα ἔχοντας, οὓς ἐπιμελείᾳ βίᾳ κατέχουσιν αἱ ἀρχαί; Οἰόμεθα μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ δι' ἀπαιδευσίαν καὶ κακὴν τροφὴν καὶ κατάσασιν τῆς πολιτείας φήσομεν τοὺς τοιούτους αὐτόθι ἐγγίγνεσθαι; Φήσομεν. Ἀλλ' οὖν δὴ τοιαύτη γέ τις ἂν εἴη ἡ ὀλιγαρχουμένη πόλις καὶ ποσαύτα κακὰ ἔχουσα, ἴσως δὲ καὶ πλείω. Σχεδόν τι, ἔφη. Ἀπειργάσθω δὴ ἡμῖν καὶ αὕτη, ἦν δ' ἐγώ, ἡ πολιτεία, ἣν ὀλιγαρχίαν καλοῦσιν, ἐκ τιμημάτων ἔχουσα τοὺς ἄρχοντας.

Τὸν δὲ ταύτῃ ὅμοιον μετὰ ταῦτα σκοπῶμεν, ὡς

tem terrestres partim quidem sine stimulis, partim diris armatos stimulis cernimus? et ex his, qui stimulos non habent, inopes tandem in senectute fiunt: aculeis autem instructi sunt hi, qui vocantur malefici. *Adi.* Vera loqueris. *So.* Constat ergo, in civitate, ubi mendicos vides, inesse latentes fures, latrones, sacrilegos, et horum omnium scelerum auctores. *Adi.* Constat certe. *So.* Nonne in civitatibus, quae reguntur a paucis, egenos inesse vides? *Adi.* Omnes ferme exceptis principibus. *So.* An non igitur arbitramur maleficos in ea esse multos, stimulis ipsis armatos, quos diligentia ac vi principatus detinent? *Adi.* Arbitramur plane. *So.* Nonne ob pravam educationem et disciplinae defectum et iniquam rei publicae dispositionem homines ibi tales evadere asseremus? *Adi.* Asseremus? *So.* Talis utique erit civitas paucis subiecta principibus, totaque premetur malis, forte etiam pluribus. *Adi.* Sic ferme. *So.* Constituta iam nobis sit ea res publica, quam paucorum potentiam vocant, a census aestimatione principes eligentem. post haec autem investigemus, quo pacto vir aliquis similis istius efficiatur, et postquam similis est

τε γίγνεται οἷός τε γενόμενος ἔξιν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν ὧδε μάλιστα εἰς ὀλιγαρχικὸν ἐκ τοῦ τιμοκρατικοῦ ἐκείνου μεταβάλλει; Πῶς; Ὅταν αὐτοῦ παῖς γενόμενος τὸ μὲν πρῶτον ζηλοῖ τε τὸν πατέρα καὶ τὰ ἐκείνου ἴχνη διώκῃ, ἔπειτα αὐτὸν ἴδῃ ἐξαίφνης πταίσαντα ὥς περ πρὸς ἕρματι πρὸς τῇ πόλει, καὶ ἐκχέαντα τά τε αὑτοῦ καὶ ἑαυτόν, ἢ στρατηγήσαντα ἤ τιν' ἄλλην μεγάλην ἀρχὴν ἄρξαντα, εἶτα εἰς δικαστήριον ἐμπεσόντα, βλαπτόμενον ὑπὸ συκοφαντῶν, ἢ ἀποθανόντα ἢ ἐκπεσόντα ἢ ἀτιμωθέντα καὶ τὴν οὐσίαν ἅπασαν ἀποβαλόντα. Εἰκός γ', ἔφη. Ἰδὼν δέ γε, ὦ φίλε, ταῦτα καὶ παθών, καὶ ἀπολέσας τὰ ὄντα, δείσας, οἶμαι, εὐθὺς ἐπὶ κεφαλὴν ὦθεῖ ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ φιλοτιμίαν τε καὶ τὸ θυμοειδὲς ἐκεῖνο, καὶ ταπεινωθεὶς ὑπὸ πενίας, πρὸς χρηματισμὸν τραπόμενος, γλίσχρως καὶ κατὰ σμικρὸν φειδόμενος καὶ ἐργαζόμενος χρήματα ξυλλέγεται. ἆρ' οὐκ οἴει τὸν τοιοῦτον τότε εἰς μὲν τὸν θρόνον ἐκεῖνον τὸ ἐπιθυμητικόν τε καὶ φιλοχρήματον ἐγκαθίζειν καὶ μέγαν βασιλέα ποιεῖν ἐν ἑαυτῷ, τιάρας τε καὶ στρεπτοὺς καὶ ἀκινάκας παραζωννύντα; Ἔγωγε, ἔφη. Τὸ δέ γε, οἶμαι, λογιστικόν τε

effectus, qualis sit. *Adi.* Sic prorsus. *So.* Nonne hac ratione maxime ex ambitioso in paucorum imperii cupidum transit? *Adi.* Qua? *So.* Quando ibi adolescens aliquis primo quidem patrem imitatur suum eiusque vestigia sequitur, deinde ipsum aspicit, ut qui in civitatem tanquam in scopulum offenderit subito ex culmine dignitatis prolapsum, se ipsum suaque omnia dispergentem. sive post belli expeditionem sive alterius magistratus maximi dignitatem, in iudicium ab insidiatoribus tractum, a calumniatoribus circumventum, eiectum, depressum, patrimonio spoliatum. *Adi.* Consentaneum quidem. *So.* Ille, o amice, haec intuitus atque perpessus, amisso patrimonio, propter formidinem confestim ex animi throno ambitionem illam et animositatem deiicit, et humilior propter paupertatem factus sese ad quaestum convertit, et angusto admodum animo aride nimium et parce vivens, seque vexans in opere pecunias congregat. an non huiuscemodi hominem tunc aestimas in ea animi sede avarum et lucri cupidum affectum locare, eumque magnum in se regem efficere, ornamentisque regiis exornare, coronis, balteis, fibulis, fimbriis, ense Persico? *Adi.* Equidem. *So.* Atque hic quidem rationalem

καὶ θυμοειδὲς χαμαὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν παρακαθίσας ὑπ' ἐκείνῳ καὶ καταδουλωσάμενος, τὸ μὲν οὐδὲν ἄλλο ἐᾷ λογίζεσθαι οὐδὲ σκοπεῖν ἀλλ' ἢ ὁπόθεν ἐξ ἐλαττόνων χρημάτων πλείω ἔξει, τὸ δὲ αὖ θαυμάζειν καὶ τιμᾷν μηδὲν ἄλλο ἢ πλούτου τε καὶ πλουσίους, καὶ φιλοτιμεῖσθαι μηδ' ἐφ' ἑνὶ ἄλλῳ ἢ ἐπὶ χρημάτων κτήσει καὶ ἐάν τι ἄλλο εἰς τοῦτο φέρῃ. Οὐκ ἔστ' ἄλλη, ἔφη, μεταβολὴ οὕτω ταχεῖά τε καὶ ἰσχυρὰ ἐκ φιλοτίμου νέου εἰς φιλοχρήματον. Ἆρ' οὖν οὗτος, ἦν δ' ἐγώ, ὀλιγαρχικός ἐστιν;

Ἡ γοῦν μεταβολὴ αὐτοῦ ἐξ ὁμοίου ἀνδρός ἐστι τῇ πολιτείᾳ, ἐξ ἧς ἡ ὀλιγαρχία μετέστη. Σκοπῶμεν δὴ εἰ ὅμοιος ἂν εἴη; Σκοπῶμεν. Οὐκοῦν πρῶτον μὲν τῷ χρήματα περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ὅμοιος ἂν εἴη; Πῶς δ' οὔ; Καὶ μὴν τῷ γε φειδωλὸς εἶναι καὶ ἐργάτης, τὰς ἀναγκαίους ἐπιθυμίας μόνον τῶν παρ' αὑτῷ ἀποπιμπλάς, τὰ δὲ ἄλλα ἀναλώματα μὴ παρεχόμενος, ἀλλὰ δουλούμενος τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ὡς ματαίους. Πάνυ μὲν οὖν. Αὐχμηρός γέ τις, ἦν δ' ἐγώ, ὢν καὶ ἀπὸ παντὸς περιουσίαν ποιούμενος, θησαυροποιὸς ἀνήρ· οὗς δὴ καὶ ἐπαινεῖ τὸ πλῆθος. ἢ οὐχ οὗτος ἂν εἴη ὁ τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ ὅμοιος; Ἐμοὶ γοῦν, ἔφη,

vim et animositatis ardorem, humi hinc atque illinc subigens illi et in servitutem redigens illam quidem nihil aliud inquirere et considerare permittit, quam unde ex paucioribus pecuniis plurimae congregentur: hunc autem nihil aliud mirari et colere, quam divitias atque divites; neque dignitatem ex re alia quam ex pecuniis quaerere, et si quid aliud ad id conferat. *Adi.* Nulla certe alia mutatio est usque adeo velox et vehemens, ex iuvene ambitioso in pecuniae cupidum. *So.* Nonne igitur iste paucorum imperii studiosus est? Mutatio quidem ipsius ex homine similis est illius rei publicae, ex qua paucorum potentia exstitit. Consideremus utique, nunquid similis sit. *Adi.* Consideremus. *So.* Principio in eo, quod pecunias multi facit, similis erit. *Adi.* Quidni? *So.* Quin etiam et in eo, quod parcior est et ad lucrum anxior, solasque necessarias cupiditates explet, ceteris vero sumptibus nequaquam indulget, sed alias appetitiones tanquam supervacuas cohibet. *Adi.* Magnopere. *So.* Aridior itaque et squalidior vivit, undique summa parsimonia rem familiarem augens, coacervando intentus thesauro: quos quidem homines vulgus probat. an non hic erit vir talis rei publicae similis? *Adi.* Mi-

δοκεῖ· χρήματα γοῦν μάλιστα ἔντιμα τῇ τε πόλει καὶ παρὰ τῷ τοιούτῳ. Οὐ γάρ, οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, παιδείᾳ ὁ τοιοῦτος προσέσχηκεν. Οὐ δοκῶ γ', ἔφη· οὐ γὰρ ἂν τυφλὸν ἡγεμόνα τοῦ χοροῦ ἐσήσατο. Καὶ ἔτι μάλα εὖ, ἦν δ' ἐγώ, τόδε σκόπει. κηφηνώδεις ἐπιθυμίας ἐν αὐτῷ διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν μὴ φῶμεν ἐγγίγνεσθαι, τὰς μὲν πτωχικάς, τὰς δὲ κακούργους κατεχομένας βίᾳ ὑπὸ τῆς ἄλλης ἐπιμελείας; Καὶ μάλ', ἔφη. Οἴσθ' οὖν, εἶπον, οἷ ἀποβλέψας κατόψει αὐτῶν τὰς κακουργίας; Ποῖ; ἔφη. Εἰς τὰς τῶν ὀρφανῶν ἐπιτροπεύσεις, καὶ εἴ πού τι αὐτοῖς τοιοῦτον ξυμβαίνει, ὡς τε πολλῆς ἐξουσίας λαβέσθαι τοῦ ἀδικεῖν. Ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν οὐ τούτῳ δῆλον ὅτι ἐν τοῖς ἄλλοις ξυμβολαίοις ὁ τοιοῦτος, ἐν οἷς εὐδοκιμεῖ δοκῶν δίκαιος εἶναι, ἐπιεικεῖ τινὶ ἑαυτοῦ βίᾳ κατέχει ἄλλας κακὰς ἐπιθυμίας ἐνούσας, οὐ πείθων ὅτι οὐκ ἄμεινον, οὐδ' ἡμερῶν λόγῳ, ἀλλ' ἀνάγκῃ καὶ φόβῳ, περὶ τῆς ἄλλης οὐσίας τρέμων; Καὶ πάνυ γ', ἔφη. Καὶ νὴ Δία, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, τοῖς πολλοῖς γε αὐτῶν εὑρήσεις, ὅταν δέῃ τἀλλότρια ἀναλίσκειν, τὰς τοῦ κηφῆνος ξυγγενεῖς ἐνούσας ἐπιθυμίας. Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς, σφόδρα. Οὐκ ἄρα ἂν εἴη ἀγαθὸς ὁ τοιοῦτος ἐν ἑαυ-

ki quidem videtur. Pecuniae itaque maxime honorantur et ab hoc et ab omni civitate. *So.* Neque enim hic, ut arbitror, disciplinae applicuit animum. *Adi.* Non, ut opinor. neque enim caecum sibi ducem praeposuisset. *So.* Optime quidem: hoc autem animadverte. nonne fucorum naturae similes cupiditates ob disciplinae defectum inesse dicimus, partim mendicas, partim maleficas, vi quidem ab alia diligentia detentas? *Adi.* Et maxime quidem. *So.* Scisne, quo inspiciens ipsorum maleficia cernes? *Adi.* Quonam? *So.* Ad orphanorum tutelas, et si quid ipsis tale contingit, quo licentiam plurimam ad iniuriam nanciscantur. *Adi.* Vera narras. *So.* An non id constat, quod in aliis commerciis vir talis, in quibus probus habetur, cum iustus esse videatur, competenti quadam vi ceteras cupiditates pravas, quae in ipso insunt, cohibet: non persuadens, quia non praestet, neque ratione mansuefaciens, sed necessitate ac metu circa reliquam substantiam contremiscens? *Adi.* Summopere. *So.* Enimvero, o amice, in multis eorum reperies, quando aliena opportuerit erogare, fuci persimiles cupiditates. *Adi.* Maxime. *So.* Non igitur seditione intestina iste carebit, neque unus quidam

τῷ, οὐδὲ εἷς ἀλλὰ διπλοῦς τις, ἐπιθυμίας δὲ ἐπιθυμιῶν ὡς τὸ πολὺ κρατούσας ἂν ἔχοι βελτίους χειρόνων. Ἔστιν οὕτως. Διὰ ταῦτα δή, οἶμαι, εὐσχημονέστερος ἂν πολλῶν ὁ τοιοῦτος εἴη· ὁμονοητικῆς δὲ καὶ ἡρμοσμένης τῆς ψυχῆς ἀληθὴς ἀρετὴ πόῤῥω ποι ἐκφεύγοι ἂν αὐτόν. Δοκεῖ μοι. Καὶ μὴν ἀνταγωνιστής γε ἰδίᾳ ἐν πόλει ὁ φειδωλὸς φαῦλος ἢ τινος νίκης ἢ ἄλλης 555
φιλοτιμίας τῶν καλῶν, χρήματά τε οὐκ ἐθέλων εὐδοξίας ἕνεκα καὶ τῶν τοιούτων ἀγώνων ἀναλίσκειν, δε-
ο διὼς τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἀναλωτικὰς ἐγείρειν καὶ ξυμπαρακαλεῖν ἐπὶ ξυμμαχίαν τε καὶ φιλονεικίαν, ὀλίγοις τισὶν ἑαυτοῦ πολεμῶν ὀλιγαρχικῶς τὰ πολλὰ ἡττᾶται καὶ πλουτεῖ. Καὶ μάλα, ἔφη. Ἔτι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ἀπιζοῦμεν μὴ κατὰ τὴν ὀλιγαρχουμένην πόλιν ὁμοιότητι τὸν φειδωλόν τε καὶ χρηματιστὴν τετάχθαι; Οὐδαμῶς, ἔφη.

Δημοκρατίαν δή, ὡς ἔοικε, μετὰ τοῦτο σκεπτέον, τίνα τε γίγνεται τρόπον γενομένη τε ποῖόν τινα ἔχει, ἵνα αὖ τὸν τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς τρόπον γνόντες πα-
ιο ραζησώμεθ' αὐτὸν εἰς κρίσιν. Ὁμοίως γοῦν ἄν, ἔφη, ἡμῖν αὐτοῖς πορευοίμεθα. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, μετα-

erit, sed duplex: habebitque in se cupiditates ut plurimum cupiditatum dominatrices, meliores scilicet deteriorum. *Adi.* Est ita. *So.* Quamobrem modestior hic aliis multis erit: consentientis tamen et compositae mentis vera virtus longe hunc effugiet. *Adi.* Mihi quidem videtur. *So.* Quin etiam ad certamen erit tardior vir parcus, quotiens privatim in civitate de victoria aliqua honesta et magnificentia erit certandum, cum pecunias erogare nolit decoris et contentionum huiusmodi gratia, metuens prodigas libidines suscitare, provocareque ad propugnandum contendendumque. paucis itaque eorum, quae circa se sunt, pugnans paucorum imperantium ritu, ut plurimum vincitur et divitias auget. *Adi.* Summopere. *So.* Nunquid ultra diffidimus, ad civitatis eius exemplum, quae gubernatur a paucis, hominem parcum atque avarum institutum esse? *Adi.* Nullo modo. *So.* Post haec investigandum videtur, quo pacto popularis gubernatio constituitur, et quae sit eius conditio, ut eandem in tali homine conditionem recognoscentes, eum in iudicium deducamus. *Adi.* Ita sane iter nobis inceptum similiter peragemus. *So.* Non-

βάλλει μὲν τρόπον τινὰ τοιόνδε ἐξ ὀλιγαρχίας εἰς δημοκρατίαν, δι' ἀπληξίαν τοῦ προκειμένου ἀγαθοῦ, τοῦ ὡς πλουσιώτατον δεῖν γίγνεσθαι. Πῶς δή; Ἄτε, οἶμαι, ἄρχοντες ἐν αὐτῇ οἱ ἄρχοντες διὰ τὸ πολλὰ κεκτῆσθαι, οὐκ ἐθέλουσιν εἴργειν νόμῳ τῶν νέων ὅσοι ἂν ἀπόλαυσοι γίγνωνται, μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς ἀναλίσκειν τε καὶ ἀπολλύναι τὰ αὑτῶν, ἵνα ὠνούμενοι τὰ τῶν τοιούτων καὶ εἰσδανείζοντες ἔτι πλουσιώτεροί τε καὶ ἐντιμότεροι γίγνωνται. Παντός γε μᾶλλον. Οὐκοῦν δῆλον ἤδη τοῦτο ἐν πόλει, ὅτι πλοῦτον τιμᾶν καὶ σωφροσύνην ἅμα ἱκανῶς κτᾶσθαι ἐν τοῖς πολίταις ἀδύνατον, ἀλλ' ἀνάγκη ἢ τοῦ ἑτέρου ἀμελεῖν ἢ τοῦ ἑτέρου; Ἐπιεικῶς, ἔφη, δῆλον. Παραμελοῦντες δὴ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις καὶ ἐφιέντες ἀπολαυσαίνειν οὐκ ἀγεννεῖς ἐνίοτε ἀνθρώπους πένητας ἠνάγκασαν γενέσθαι. Μάλα γε. Κάθηνται δή, οἶμαι, οὗτοι ἐν τῇ πόλει πεπεντρωμένοι τε καὶ ἐξωπλισμένοι, οἱ μὲν ὀφείλοντες χρέα, οἱ δὲ ἄτιμοι γεγονότες, οἱ δὲ ἀμφότερα, μισοῦντές τε καὶ ἐπιβουλεύοντες τοῖς κτησαμένοις τὰ αὑτῶν καὶ τοῖς ἄλλοις, νεωτερισμοῦ ἐρῶντες. Ἔστι ταῦτα. Οἱ δὲ δὴ χρηματισαὶ ἐγκύψαντες, οὐδὲ δοκοῦντες τού-

ne hunc in modum ex paucorum potentia in popularem gubernationem civitas permutatur? ex eo quod cives optimum esse proposuerunt, ut quam ditissimi sint. *Adi.* Quo pacto? *So.* Quia principes in ea propter divitias dominantur, prodigalitatem dissolutorum iuvenum lege prohibere negligunt, ut emptionibus et foenoribus eorum usurpantes bona opulentiores etiam honoratioresque evadant. *Adi.* Maxime omnium. *So.* Constat itaque, impossibile esse in civitate divitias honorare simul et temperantiam possidere: sed necessarium est, ad alterius aestimationem alterum semper istorum negligi. *Adi.* Constat plane. *So.* Dum igitur in paucorum potentia iuventutis educationem negligunt, permittuntque ad libidinem vivere, cogunt saepenumero homines non ingenerosos pauperes fieri? *Adi.* Maxime. *So.* Sedent, ut arbitror, isti in civitate aculeis armati, partim alieno aere gravati, partim ignominia afflicti, partim utrisque malis oppressi, insidiantes illis quos sua noverunt possedisse, atque aliis: atque iccirco res novas quotidie molluntur. *Adi.* Est ita. *So.* Homines autem avari, dum lucro incumbunt, eosque animadvertere non videntur, et ex reli-

τους ὁρᾷν, τῶν λοιπῶν τὸν ἀεὶ ὑπείκοντα ἐνιέντες ἀργύριον τιτρώσκοντες, καὶ τοῦ πατρὸς ἐκγόνους τόκους πολλαπλασίους κομιζόμενοι, πολὺν τὸν κηφῆνα καὶ 556
πτωχὸν ἐμποιοῦσι τῇ πόλει. Πῶς γάρ, ἔφη, οὐ πολύν. Καὶ οὔ τέ γ' ἐκείνῃ, ἦν δ' ἐγώ, τὸ τοιοῦτον κακὸν ἐκκαόμενον ἐθέλουσιν ἀποσβεννύναι, εἴργοντες τὰ αὑτοῦ ὅποι τις βούλεται τρέπειν, οὔτε τῇδε ἢ αὖ κατὰ ἕτερον νόμον τὰ τοιαῦτα λύεται. Κατὰ δὴ τίνα; Ὃς μετ' ἐκεῖνόν ἐστι δεύτερος, καὶ ἀναγκάζων ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι τοὺς πο-
10 λίτας. ἐὰν γὰρ ἐπὶ τῷ αὑτοῦ κινδύνῳ τὰ πολλά τις τῶν ἑκουσίων ξυμβολαίων προστάττῃ ξυμβάλλειν, χρηματίζοιντο μὲν ἂν ἧττον ἀναιδῶς ἐν τῇ πόλει, ἐλάττω δ' ἐν αὐτῇ φύοιτο τῶν τοιούτων κακῶν οἷων νῦν δὴ εἴπομεν. Καὶ πολύ γε, ἦ δ' ὅς. Νῦν δέ γε, ἔφην ἐγώ, διὰ πάντα τὰ τοιαῦτα τοὺς μὲν δὴ ἀρχομένους οὕτω διατιθέασιν ἐν τῇ πόλει οἱ ἄρχοντες· αφᾶς δὲ αὐτοὺς καὶ τοὺς αὑτῶν, ἆρ' οὐ τρυφῶντας μὲν τοὺς νέους καὶ ἀπόνους καὶ πρὸς τὰ τοῦ σώματος καὶ πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς, μαλακοὺς δὲ καρτερεῖν πρὸς ἡδονάς τε καὶ λύ-
10 πας καὶ ἀργούς; Τί μήν; Αὐτοὺς δὲ πλὴν χρηματισμοῦ τῶν ἄλλων ἠμεληκότας, καὶ οὐδὲν πλαίῳ ἐπιμέλειαν πεποιημένους ἀρετῆς ἢ τοὺς πένητας; Οὐ γὰρ οὖν. Οὕτω δὴ παρεσκευασμένοι ὅταν παραβάλλωσιν

quis eum semper, qui cedit, maxime subducto argento vulnerantes, et patris natos plurimos ac lenora reportantes, ita fucis egenisque hominibus civitatem replent. *Adi.* Maxime. *So.* Neque volunt tanti mali incendium ita exstinguere, ut non permittant quemque res suas pro arbitrio agere: neque ita rursus et secundum alteram legem talia quaedam prohibentur. *Adi.* Secundum quam potissimum? *So.* Secundum eam, quae post illam proxime sequitur, cogitque cives virtutis curam suscipere. si quis enim multa ex voluntariis commerciis sui periculo tractare iubeat, non usque adeo impudenter pecunias congregabunt, paucioraque in civitate mala nascentur talia, qualia diximus. *Adi.* Sic omnino. *So.* Nunc autem his de causis principes subditos ita in civitate disponunt: se ipsos vero et suos et iuniores delicatos et molles et secordes reddunt, nullum aut animi aut corporis laborem tolerantes, voluptatibusque et doloribus succumbentes. *Adi.* Prorsus. *So.* Et ipsi quidem tales evadunt, ut nihil aliud praeter questum aestiment, neque maiorem virtutis curam habeant quam mendici. *Adi.* Sic certe. *So.* Ita

ἀλλήλοις οἵ τε ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχόμενοι, ἢ ἐν ὁδῶν πορείαις ἢ ἐν ἄλλαις τισὶ κοινωνίαις, ἢ κατὰ θεωρίας ἢ κατὰ στρατείας, ἢ ξύμπλοι γιγνόμενοι ἢ ξυστρατιῶται, ἢ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς κινδύνοις ἀλλήλους θεώμενοι, μηδαμῇ ταύτῃ καταφρονῶνται οἱ πένητες ὑπὸ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ πολλάκις ἰσχνὸς ἀνὴρ πένης, ἡλιωμένος, παραταχθεὶς ἐν μάχῃ πλουσίῳ ἐσκιατροφημότι, πολλὰς ἔχοντι σάρκας ἀλλοτρίας, ἴδῃ ἄσθματός τε καὶ ἀπορίας μεστόν, ἆρ' οἴει αὐτὸν οὐχ ἡγεῖσθαι κακίᾳ τῇ σφετέρᾳ πλουτεῖν τοὺς τοιούτους, καὶ ἄλλον ἄλλῳ παραγγέλλειν, ὅταν ἰδίᾳ ξυγγίγνωνται, ὅτι ἄνδρες ἡμέτεροι εἰσὶν οὐδέν; *Εὖ* οἶδα μὲν οὖν, ἔφη, ἔγωγε ὅτι οὕτω ποιοῦσιν. *Οὐκοῦν* ὥς περ σῶμα νοσῶδες μικρᾶς ῥοπῆς ἔξωθεν δεῖται προσλαβέσθαι πρὸς τὸ κάμνειν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἄνευ τῶν ἔξω στασιάζει αὐτὸ αὑτῷ, οὕτω δὴ καὶ ἡ κατὰ ταὐτὰ ἐκείνῳ διακειμένη πόλις ἀπὸ σμικρᾶς προφάσεως, ἔξωθεν ἐπαγομένων ἢ τῶν ἑτέρων ἐξ ὀλιγαρχουμένης πόλεως ξυμμαχίαν ἢ τῶν 557 ἑτέρων ἐκ δημοκρατουμένης, νοσεῖ τε καὶ αὐτὴ αὑτῇ μάχεται, ἐνίοτε δὲ καὶ ἄνευ τῶν ἔξω στασιάζει; *Καὶ* σφόδρα γε. *Δημοκρατία* δή, οἶμαι, γίγνεται ὅταν οἱ

igitur instituti, quotiens congrediuntur invicem principes ac subditi, sive in itineribus, sive in alio quopiam communi commercio atque opere, aut circa spectacula aut exercitum, vel navigantes una, vel militantes, vel etiam in ipsis periculis sese invicem spectantes: nullo modo in his pauperes a divitibus despiciuntur, sed frequenter homo pauper, macer, cutimque sole obduratus, cum in acie ad opulentum collatus est, in umbra molliter enutritum, atque obeso corpore oneratum, eumque inspicit anhelantem et anxium, nonne censebit sua quadam ignavia viros huiusmodi divites fieri: et alter alteri, quotiens privatim in unum convenient, enarrabunt, suos superiores nullius pretii esse? *Adi.* Novi certe ita eos efficere. *So.* Nonne igitur, quemadmodum debile et valetudinarium corpus, vel minima mutatione extrinsecus iniecta in morbos incidit, saepe etiam nulla extrinsecus re nocente ipsum intra se dissidet: ita et civitas eodem modo disposita ex parva occasione, sive alii extrinsecus a paucorum potentiae subiecta civitate subsidium praebeant, sive alii ex populari, aegrotat et secum ipsa dissentit: saepe etiam absque externorum opera seditionibus agitatur? *Adi.* Prorsus. *So.* Popularis utique gubernatio fit, ut arbitror, quando pauperes

πένητες νικήσαντες τοὺς μὲν ἀποκτείνωσι τῶν ἑτέρων, τοὺς δὲ ἐκβάλωσι, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐξ ἴσου μεταδῶσι πολιτείας τε καὶ ἀρχῶν, καὶ ὡς τὸ πολὺ ἀπὸ κλήρων αἱ ἀρχαὶ ἐν αὐτῇ γίγνωνται. Ἔστι γάρ, ἔφη, αὕτη ἡ κατάστασις δημοκρατίας, ἐάν τε καὶ δι' ὅπλων γένηται ἐάν τε καὶ διὰ φόβον ὑπεξελθόντων τῶν ἑτέρων.

Τίνα δὴ οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οὗτοι τρόπον οἰκοῦσι; καὶ ποία τις ἡ τοιαύτη αὖ πολιτεία; δῆλον γὰρ ὅτι ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ δημοκρατικός τις ἀναφανήσεται. Δῆλον, ἔφη. Οὐκοῦν πρῶτον μὲν δὴ ἐλεύθεροι, καὶ ἐλευθερίας ἡ πόλις μεστὴ καὶ παῤῥησίας γίγνεται, καὶ ἐξουσία ἐν αὐτῇ ποιεῖν ὅ τί τις βούλεται; Λέγεταί γε δή, ἔφη. Ὅπου δέ γε ἐξουσία, δῆλον ὅτι ἰδίαν ἕκαστος ἂν κατασκευὴν τοῦ αὑτοῦ βίου κατασκευάζοιτο ἐν αὐτῇ, ἥ τις ἕκαστον ἀρέσκοι. Δῆλον. Παντοδαποὶ δὴ ἄν, οἶμαι, ἐν ταύτῃ τῇ πολιτείᾳ μάλιστα ἐγγίγνοιντο ἄνθρωποι. Πῶς γὰρ οὔ; Κινδυνεύει, ἦν δ' ἐγώ, καλλίστη αὕτη τῶν πολιτειῶν εἶναι· ὥσπερ ἱμάτιον ποικίλον πᾶσιν ἄνθεσι πεποικιλμένον, οὕτω καὶ αὕτη πᾶσιν ἤθεσι πεποικιλμένη καλλίστη ἂν φαίνοιτο. Τί μήν; ἔφη. Καὶ ἴσως μέν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ταύτην, ὥς περ οἱ παῖδές τε καὶ αἱ γυναῖκες τὰ ποικίλα θεώμενοι, καλλίστην ἂν πολλοὶ κρίνειαν. Καὶ μάλ', ἔφη. Καὶ ἔστι

superantes divites partim enecant, partim in exsilium pellunt: reliquos autem aequis rei publicae honoribus muneribusque afficiunt, atque ut plurimum in ea sorte magistratus obtinguntur. *Adi.* Huiusmodi certe est popularis civitatis constitutio, sive armis fiat seu metu aliis discedentibus. *So.* Quaenam erit igitur horum civium vita? qualis gubernatio? constat enim, quod vir talis popularis aliquis apparebit. *Adi.* Perspicuum *So.* An non primum quidem liberi erunt omnes, civitasque libertatis plena? summaque licentia pro libidine omnia omnes audebunt? *Adi.* Fertur quidem. *So.* Ubi autem licentia, ibi quisque arbitratu suo vitam instituet. *Adi.* Patet. *So.* Omniformes in hac civitate nascuntur homines. *Adi.* Valde. *So.* Videtur utique haec omnium esse rerum publicarum pulcherrima: atque ut pallium variis depictum coloribus speciosissimum esse videtur, ita civitas ista, diversis ex moribus varia, pulcherrima prorsus apparet: ac perinde ut pueri et mulieres varietate distinctis opificiis et spectaculis delectantur, sic multi hanc propter varietatem pulcherrimam arbitrantur. *Adi.* Et maxime quidem. *So.* Atqui facile est, o beate, in hac

γε, ὦ μακάριε, ἦν δ' ἐγώ, ἐπιτήδειον ζητεῖν ἐν αὐτῇ πολιτείαν. Τί δή; Ὅτι πάντα γίνη πολιτειῶν ἔχει διὰ τὴν ἐξουσίαν, καὶ κινδυνεύει τῷ βουλομένῳ πόλιν κατασκευάζειν, ὃ νῦν δὴ ἡμεῖς ἐποιοῦμεν, ἀναγκαῖον εἶναι εἰς δημοκρατουμένην ἐλθόντι πόλιν, ὃς ἂν αὐτὸν ἀρέσκῃ τρόπος, τοῦτον ἐκλέξασθαι, ὥς περ εἰς παντοπώλιον ἀφικομένῳ πολιτειῶν, καὶ ἐκλεξαμένῳ οὕτω κατοικίζειν. Ἴσως γοῦν, ἔφη, οὐκ ἂν ἀποροῖ παραδειγμάτων. Τὸ δὲ μηδεμίαν ἀνάγκην, εἶπον, εἶναι ἄρχειν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, μηδ' ἂν ἧς ἱκανὸς ἄρχειν, μηδὲ αὖ ἄρχεσθαι, ἐὰν μὴ βούλῃ, μηδὲ πολεμεῖν πολεμούντων, μηδὲ εἰρήνην ἄγειν τῶν ἄλλων ἀγόντων, ἐὰν μὴ ἐπιθυμῇς εἰρήνης, μηδ' αὖ, ἐάν τις ἄρχειν νόμος σε διακωλύῃ ἢ δικάζειν, μηδὲν ἧττον καὶ ἄρχειν καὶ δικάζειν, ἐὰν αὐτῷ σοι ἐπίῃ, ἆρ' οὐ θεσπεσία καὶ ἡδεῖα ἡ τοιαύτη διαγωγὴ ἐν τῷ παραυτίκα; Ἴσως, ἔφη, ἔν γε τούτῳ. Τί δέ; ἡ πραότης ἐνίων τῶν δικασθέντων οὐ κομψή; ἢ οὔπω εἶδες ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ, ἀνθρώπων καταψηφισθέντων θανάτου ἢ φυγῆς, οὐδὲν ἧττον αὐτῶν μενόντων τε καὶ ἀναστρεφομένων ἐν μέσῳ; καὶ ὡς οὔτε φροντίζοντος οὔτε ὁρῶντος οὐδενὸς

civitate rem publicam quaerere. *Adi.* Quamobrem? *So.* Quoniam omnia rerum publicarum genera propter licentiam habet: ac videtur necessarium esse illum, qui rempublicam instituere cupit, quod modo nos fecimus, popularem civitatem ingressum, eam rei publicae constitutionem, quae magis placeat sibi, diligere, quasi rerum publicarum nundinas adeuntem: atque ita eligentem civitatis modum statuere. *Adi.* Forte exempla huic nequaquam deerunt. *So.* Quid vero? an non dulcis haec prima fronte atque divina videtur vita, ut neque cogaris in hac civitate magistratibus fungi, nec etiam si ad id sufficias, neque parere, si nolis, neque bellum gerere aliis bellum gerentibus, neque pacem agere agentibus aliis, nisi id placeat? vel etiam si qua te lex imperare vetet et sententias ferre, nihilominus et imperes et sententias feras in iudicio, modo tibi hoc visum fuerit? *Adi.* Forte sic primum videtur. *So.* Quid autem mansuetudo damnatorum quorundam, nonne decora? an nondum hac in civitate vidisti homines morte vel exsilio condemnatos nihilominus urbem incolere ac prodire in medium, et saepe, quasi nemo id videat aut curet, instar heroum quorundam per urbem incedere? *Adi.* Vidi

περινοσεῖ ὥς περ ἤρως. Καὶ πολλούς γ', ἔφη. Ἡ δὲ συγγνώμη καὶ οὐδ' ὁπωστιοῦν σμικρολογία αὐτῆς, ἀλλὰ καταφρόνησις ὧν ἡμεῖς ἐλέγομεν σεμνύνοντες, ὅτε τὴν πόλιν ᾠκίζομεν, ὡς εἰ μή τις ὑπερβεβλημένην φύσιν ἔχοι, οὔ ποτ' ἂν γένοιτο ἀνὴρ ἀγαθός, εἰ μὴ παῖς ὢν εὐθὺς παίζοι ἐν καλοῖς καὶ ἐπιτηδεύοι τὰ τοιαῦτα πάντα, — ὡς μεγαλοπρεπῶς καταπατήσασ' ἅπαντα ταῦτα οὐδὲν φροντίζει, ἐξ ὁποίων ἄν τις ἐπιτηδευμάτων ἐπὶ τὰ πολιτικὰ ἰὼν πράττῃ, ἀλλὰ τιμᾷ, ἐὰν φῇ μόνον εὖ-
10 νους εἶναι τῷ πλήθει. Πάνυ γ', ἔφη, γενναία. Ταῦτά τε δή, ἔφην, ἔχοι ἄν καὶ τούτων ἄλλα ἀδελφὰ δημοκρατία, καὶ εἴη ἄν, ὡς ἔοικεν, ἡδεῖα πολιτεία καὶ ἄναρχος καὶ ποικίλη, ἰσότητα τινὰ ὁμοίως ἴσοις τε καὶ ἀνίσοις διανέμουσα. Καὶ μάλ', ἔφη, γνώριμα λέγεις.

Ἄθρει δή, ἦν δ' ἐγώ, τίς ὁ τοιοῦτος ἰδίᾳ. ἢ πρῶτον σκεπτέον, ὡς περ τὴν πολιτείαν ἐσκεψάμεθα, τίνα τρόπον γίγνεται; Ναί, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐχ ὧδε; τοῦ φειδωλοῦ ἐκείνου καὶ ὀλιγαρχικοῦ γένοιτ' ἄν, οἶμαι, υἱὸς ὑπὸ τῷ πατρὶ τεθραμμένος ἐν τοῖς ἐκείνου ἤθεσιν;
20 Τί γὰρ οὔ; Βίᾳ δὴ καὶ οὗτος ἄρχων τῶν ἐν αὑτῷ ἡδονῶν, ὅσαι ἀναλωτικαὶ μέν, χρηματιστικαὶ δὲ μή· αἳ δὴ

equidem multos. *So.* Indulgentia vero ipsius nimia et sine ulla observatione, negligentia eorum, quae nos dicebamus, rem ipsam honestantes, quando civitatem constituebamus, quod videlicet, nisi forte quis excellenti sit ingenio praeditus, nunquam vir praeclarus evadet, nisi a prima pueritia statim honestis in ludis versetur, et eiuscemodi omnia frequenter exerceat, tanquam quae alto animo haec pessundat omnia: ea, inquam, negligentia nihil pensi habet, ex quibus studiis aliquis se ad civilia conferat, sed honorat, si quis duntaxat ametur a vulgo. *Adi.* Valde admodum generosa. *So.* Haec utique habebit et horum similia gubernatio popularis: eritque, ut apparet, dulcis res publica et sine duce ac varia, aequalitatem quandam similiter aequalibus inaequalibusque distribuens. *Adi.* Manifesta admodum narras. *So.* Contemplare, quisnam vir talis privatim sit: an forte primo investigandum est, quemadmodum in re publica fecimus, quonam pacto talis efficiatur? *Adi.* Ita prorsus. *So.* Nonne ita maxime accidit, ut avari patris et paucorum potentiae cupidi filius aliquis sub parentis moribus nutriatur? *Adi.* Cur non? *So.* Hic vi voluptates suas coercet, quaecunque ad sumptus alliciunt, non ad lucrum: quae

οὐκ ἀναγκαῖαι κέκληνται. Δῆλον, ἔφη. Βούλει οὖν; ἦν δ' ἐγώ, ἵνα μὴ σκοτεινῶς διαλεγώμεθα, πρῶτον ὁρισώμεθα τάς τε ἀναγκαίους ἐπιθυμίας καὶ τὰς μή; Βούλομαι, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν ἅς τε οὐκ ἂν οἷοί τ' εἶμεν ἀποσρέψαι, δικαίως ἀναγκαῖαι καλοῖντο, καὶ ὅσαι ἀποτελούμεναι ὠφελοῦσιν ἡμᾶς; τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἐφίεσθαι ἡμῶν τῇ φύσει ἀνάγκη. ἢ οὔ; Καὶ μάλα. 559 Δικαίως δὴ τοῦτο ἐπ' αὐταῖς ἐροῦμεν τὸ ἀναγκαῖον. Δικαίως. Τί δέ; ἅς γέ τις ἀπαλλάξειεν ἄν, εἰ μελετῴη ἐκ νέου, καὶ πρὸς οὐδὲν ἀγαθὸν ἐνοῦσαι δρῶσιν, αἱ δὲ καὶ τοὐναντίον, πάσας ταύτας εἰ μὴ ἀναγκαίους φαῖμεν εἶναι, ἆρ' οὐ καλῶς ἂν λέγοιμεν; Καλῶς μὲν οὖν. Προελώμεθα δή τι παράδειγμα ἑκατέρων, αἵ εἰσιν, ἵνα τύπῳ λάβωμεν αὐτάς; Οὐκοῦν χρή. Ἆρ' οὖν οὐχ ἡ τοῦ φαγεῖν μέχρι ὑγιείας τε καὶ εὐεξίας καὶ αὐτοῦ σίτου τε καὶ ὄψου ἀναγκαῖος ἂν εἴη; Οἶμαι. Ἡ μέν γέ που τοῦ σίτου κατ' ἀμφότερα ἀναγκαία, ἥ τε ὠφέλιμος ἥ τε παῦσαι ζῶντα δυνατή. Ναί. Ἡ δὲ ὄψου, εἴ πή τινα ὠφέλειαν πρὸς εὐεξίαν παρέχεται. Πάνυ μὲν οὖν. Τί δέ; ἡ πέρα τούτων καὶ ἀλλοίων ἐδεσμάτων ἢ τοιούτων ἐπιθυμία, δυνατὴ δὲ κολαζομένη ἐκ νέων καὶ

quidem voluptates non necessariae appellantur? *Adi.* Manifestum est. *So.* An vis, ne in ambiguitate versemur, in primis quidem eas quae necessariae sunt cupiditates et quae non necessariae, discernamus? *Adi.* Volo equidem. *So.* Necessariae quidem illae merito vocarentur, quas amovere non possumus, et quae cum percipiuntur, nos iuvant: has enim ambas quaerere naturam nostram necessarium est. nonne? *Adi.* Maxime. *So.* Iure igitur eas necessarias appellabimus. *Adi.* Iure. *So.* An non recte eas necessarias esse negabimus, quae removeri possunt, quando quis a iuventute assueverit: quaeve cum adsunt, nihil afferunt boni. immo plerumque nocent? *Adi.* Praeclare quidem. *So.* Accipiamus earum exemplar, ut, quae utraeque sint, cognoscamus, et in figura quadam eas inspicianus. *Adi.* Sic oportet. *So.* Cupiditas utique comedendi cibique et obsonii, usque ad salubritatem et bonam corporis valetudinem, necessaria est. *Adi.* Arbitror. *So.* Certe cibi usus duplici de causa necessarius, et quia sine ipso vita non sufficit, et quia utilis. *Adi.* Ita est. *So.* Aliorum vero condimentorum, quatenus ad bonam corporis habitudinem confert. *Adi.* Prorsus. *So.* Sin confert nihil horum concupiscentia supervacua, quae per temperantiam a iuventute

παιδευομένη ἐκ τῶν πολλῶν ἀπαλλάττεσθαι, καὶ βλαβερὰ μὲν σώματι, βλαβερὰ δὲ ψυχῇ πρός τε φρόνησιν καὶ τὸ σωφρονεῖν, ἆρά γε ὀρθῶς οὐκ ἀναγκαία ἂν καλοῖτο; Ὀρθότατα μὲν οὖν. Οὐκοῦν καὶ ἀναλωτικὰς φῶμεν εἶναι ταύτας, ἐκείνας δὲ χρηματιστικὰς διὰ τὸ χρησίμους πρὸς τὰ ἔργα εἶναι; Τί μήν; Οὕτω δὴ καὶ περὶ ἀφροδισίων καὶ τῶν ἄλλων φήσομεν; Οὕτως. Ἆρ' οὖν καὶ ὃν νῦν δὴ ὠνομάζομεν, τοῦτον ἐλέγομεν τὸν τῶν τοιούτων ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν γέ-
10 μοντα καὶ ἀρχόμενον ὑπὸ τῶν μὴ ἀναγκαίων φειδωλόν τε καὶ ὀλιγαρχικόν; Ἀλλὰ τί μήν; Πάλιν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, λέγωμεν ὡς ἐξ ὀλιγαρχικοῦ δημοκρατικὸς γίγνεται. φαίνεται δέ μοι τά γε πολλὰ ὧδε γίγνεσθαι. Πῶς; Ὅταν νέος τεθραμμένος, ὡς νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀπαιδεύτως τε καὶ φειδωλῶς γεύσηται κηφήνων μέλιτος, καὶ ξυγγένηται αἴθωσι θηρσὶ καὶ δεινοῖς, παντοδαπὰς ἡδονὰς καὶ ποικίλας καὶ παντοίως ἐχούσας δυναμένοις σκευάζειν, ἐνταῦθά που οἴου εἶναι ἀρχὴν αὐτῷ μεταβολῆς ὀλιγαρχικῆς τῆς ἐν ἑαυτῷ εἰς δημο-
20 κρατικήν. Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη. Ἆρ' οὖν, ὥς περ ἡ πόλις μετέβαλλε βοηθησάσης τῷ ἑτέρῳ μέρει ξυμμια-

coerceri potest, obest autem corpori, obest et menti ad prudentiam et temperantiam, merito non necessaria nominabitur. *Adi.* Merito. *So.* Has igitur sumptuosas cupiditates, illas vero quaestui deditas, quia conferant ad agendum, vocabimus. *Adi.* Quidni? *So.* Idemque de venereis aliisque dicemus. *Adi.* Idem. *So.* Profecto, quem fucum paulo ante nominavimus, hunc esse dicebamus, qui talibus voluptatibus et libidinibus plenus est et cupiditatibus non necessariis est mancipatus: eum vero, qui necessariis, parcum et paucorum potentiae cupidum. *Adi.* Procul dubio. *So.* Rursus dicimus, quemadmodum ex paucorum potentiae cupido popularis efficitur. videtur autem mihi hoc pacto ut plurimum fieri. *Adi.* Quonam? *So.* Quando iuvenis, ut modo diximus, nutritus ruditer et aride nimium fucorum mel gustat, adhaeretque ardentibus vehementibusque et callidis animalibus, potentibus omniformes et varias voluptates undique comparare: hinc utique existima eam oriri mutationem, qua iste ex paucorum potentia, quae in eo est, transit in popularem. *Adi.* Necessarium est. *So.* Nunquid, quemadmodum civitas mutabatur, dum

χ'ας ἔξωθεν, ὁμοίας ὁμοίω, οὕτω καὶ ὁ νεανίας μεταβάλλει βοηθοῦντος αὖ εἴδους ἐπιθυμιῶν ἔξωθεν τῷ ἑτέρῳ τῶν παρ' ἐκείνῳ, ξυγγενοῦς τε καὶ ὁμοίου; Παντάπασι μὲν οὖν. Καὶ ἐὰν μέν γε, οἶμαι, ἀντιβοηθήσῃ τις τῷ ἐν ἑαυτῷ ὀλιγαρχικῷ ξυμμαχία, ἢ ποθεν παρὰ
560 τοῦ πατρὸς ἢ καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων, νουθετούντων τε καὶ κακιζόντων, ςάσις δὴ καὶ ἀντίςασις καὶ μάχη ἐν αὐτῷ πρὸς αὑτὸν τότε γίγνεται. Τί μήν; Καὶ ποτὲ μέν, οἶμαι, τὸ δημοκρατικὸν ὑπεχώρησε τῷ ὀλιγαρχικῷ, καί τινες τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν διεφθάρησαν, αἱ 10
δὲ καὶ ἐξέπεσον αἰδοῦς τινὸς ἐγγενομένης ἐν τῇ τοῦ νέου ψυχῇ, καὶ κατεκοσμήθη πάλιν. Γίγνεται γὰρ ἐνίοτε, ἔφη. Αὖθις δέ, οἶμαι, τῶν ἐκπεσουσῶν ἐπιθυμιῶν ἄλλαι ἐπιτρεφόμεναι ξυγγενεῖς δι' ἀνεπιςημοσύνην τροφῆς πατρὸς πολλαί τε καὶ ἰσχυραὶ ἐγένοντο. Φιλεῖ γοῦν, ἔφη, οὕτω γίγνεσθαι. Οὐκοῦν εἰλκυσάν τε πρὸς τὰς αὐτὰς ὁμιλίας, καὶ λάθρᾳ ξυγγιγνόμεναι πλῆθος ἐνέτεκον. Τί μήν; Τελευτῶσαι δή, οἶμαι, κατέλαβον τὴν τοῦ νέου τῆς ψυχῆς ἀκρόπολιν, αἰσθόμεναι κενὴν μαθημάτων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων καλῶν καὶ 20
λόγων ἀληθῶν, οἳ δὴ ἄριςοι φρουροί τε καὶ φύλακες ἐν

extrinsecus praesidium partium alteri praestaretur a simili simile: ita adolescentis mutatur ingenium, dum rursus externarum cupiditatum species cognata et similis alteri cupiditatum speciei earum, quae in eo sunt, suffragatur? *Adi.* Prorsus quidem. *So.* Quod si quis contra praestetur favor naturae eius paucorum imperii studiosae, sive a patre seu domesticis aliis, admonentibus increpantibusque: seditio et reluctatio et pugna in ipso ad se ipsum tunc innascitur. *Adi.* Cur non? *So.* Et quandoque, ut arbitror, popularis conditio paucorum statui cedit, et nonnullae cupiditates partim intereunt, partim excidunt, pudore aliquo in animo iuvenili exorto, unde rursus excolitur. *Adi.* Fit nonnunquam. *So.* Rursus praeter eas, quae exciderunt, cupiditates aliae coalescentes cognatae, propter inscitiam paternae educationis multae vehementesque fiunt. *Adi.* Sic certe fieri consuevit. *So.* Trahunt porro ad se consuetudines, ac, dum clam serpunt, magnum excrescunt in numerum. *Adi.* Quid prohibet? *So.* Tandem iuvenilis animi arcem occupant, praesentientes vacuam esse doctrinarum honestorumque officiorum et verarum insuper rationum: qui sane optimi omnium custodes servatoresque in ho-

ἀνδρῶν θεοφιλῶν εἰσὶ διανοίαις. Καὶ πολύ γ', ἔφη. Ψευδεῖς δὴ καὶ ἀλαζόνες, οἶμαι, λόγοι τε καὶ δόξαι ἀντ' ἐκείνων ἀναδραμόντες κατέσχον τὸν αὐτὸν τόπον τοῦ τοιούτου. Σφόδρα γ', ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ πάλιν τε εἰς ἐκείνους τοὺς Λωτοφάγους ἐλθὼν φανερῶς κατοικεῖ; καὶ ἐὰν παρ' οἰκείων τις βοήθεια τῷ φειδωλῷ αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἀφικνῆται, κλήσαντες οἱ ἀλαζόνες λόγοι ἐκεῖνοι τὰς τοῦ βασιλικοῦ τείχους ἐν αὐτῷ πύλας οὔτε αὐτὴν τὴν ξυμμαχίαν παριᾶσιν, οὔτε πρέσβεις πρεσβυτέρων λόγους ἰδιωτῶν εἰσδέχονται, αὐτοί τε κρατοῦσι μαχόμενοι, καὶ τὴν μὲν αἰδῶ ἠλιθιότητα ὀνομάζοντες ὠθοῦσιν ἔξω ἀτίμως φυγάδα, σωφροσύνην δὲ ἀνανδρίαν καλοῦντές τε καὶ προπηλακίζοντες ἐκβάλλουσι, μετριότητα δὲ καὶ κοσμίαν δαπάνην ὡς ἀγροικίαν καὶ ἀνελευθερίαν οὖσαν πείθοντες ὑπερορίζουσι μετὰ πολλῶν καὶ ἀνωφελῶν ἐπιθυμιῶν. Σφόδρα γε. Τούτων δέ γέ που κενώσαντες καὶ καθήραντες τὴν τοῦ κατεχομένου τε ὑπ' αὐτῶν καὶ τελουμένου ψυχὴν μεγάλοισι τέλεσι, τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη ὕβριν καὶ ἀναρχίαν καὶ ἀσωτίαν καὶ ἀναίδειαν λαμπρὰς μετὰ πολλοῦ χοροῦ κατάγουσιν ἐξεφανωμένας ἐγκωμιάζοντες καὶ ὑποκοριζό-

minum piorum mentibus exstant. *Adi.* Summopere. *So.* Falsae vero et superbae petulantesque rationes et opiniones eorum in locum succedentes, eundem talis hominis locum obtinent. *Adi.* Maxime. *So.* Nonne iterum ad delicatos illos accedens, manifeste habitat? ac si a domesticis adiumentum aliquod praebeatur parciori animi ipsius affectioni, superbi petulantesque sermones, claudentes regii in eo muri portas, neque praesidium ipsum admittunt, neque legatos privatorum senum monitus excipiunt, sed ipsi proelio superant: et pudorem quidem appellantes fatuitatem in exsilium turpiter cum expellunt: temperantiam vero ignaviam nominantes reprobantesque eiiciunt: modestiam quoque in moribus et in sumptibus moderationem, tanquam rusticitatem et illiberalitatem, penitus detestantur et fugant: et ipsi una cum multis futilibusque cupiditatibus invalescunt? *Adi.* Magnopere. *So.* Cum haec depulerunt ex eius animo, quem occuparunt et purgarunt, ingentibusque initiationis muneribus affecerunt, post haec petulantiam, licentiam, prodigalitatem, impudentiam, splendidas multo cum choro deducunt coronatas, extollen-

μενοι, ὕβριν μὲν εὐπαιδευσίαν καλοῦντες, ἀναρχίαν δὲ ἐλευθερίαν, ἀσωτίαν δὲ μεγαλοπρέπειαν, ἀναίδειαν
561 δὲ ἀνδρίαν. ἆρ' οὐχ οὕτω πως, ἦν δ' ἐγώ, νέος ὢν μεταβάλλει ἐκ τοῦ ἀναγκαίοις ἐπιθυμίαις τρεφομένου τὴν τῶν μὴ ἀναγκαίων καὶ ἀνωφελῶν ἡδονῶν ἐλευθέρωσίν τε καὶ ἄνεσιν; Καὶ μάλα γ', ἦ δ' ὅς, ἐναργῶς. Ζῇ δή, οἶμαι, μετὰ ταῦτα ὁ τοιοῦτος οὐδὲν μᾶλλον εἰς ἀναγκαίους ἢ μὴ ἀναγκαίους ἡδονὰς ἀναλίσκων καὶ χρήματα καὶ πόνους καὶ διατριβάς· ἀλλ' ἐὰν εὐτυχὴς ἦ καὶ μὴ πέρα ἐκβακχευθῇ, ἀλλά τι καὶ πρεσβύτερος 10
γενόμενος τοῦ πολλοῦ θορύβου παρελθόντος μέρη τε καταδέξηται τῶν ἐκπεσόντων καὶ τοῖς ἐπειςελθοῦσι μὴ ὅλον ἑαυτὸν ἐνδῷ, εἰς ἴσον δή τι καταςήσας τὰς ἡδονὰς διάγει, τῇ παραπιπτούσῃ ἀεὶ ὡς περ λαχούσῃ τὴν ἑαυτοῦ ἀρχὴν παριδιδούς, ἕως ἂν πληρωθῇ, καὶ αὖθις ἄλλῃ, οὐδεμίαν ἀτιμάζων ἀλλ' ἐξ ἴσου τρέφων. Πάνυ μὲν οὖν. Καὶ λόγον γ', ἦν δ' ἐγώ, ἀληθῆ οὐ προσδεχόμενος οὐδὲ παριεὶς εἰς τὸ φρούριον, ἐάν τις λέγῃ ὡς αἱ μέν εἰσι τῶν καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἐπιθυμιῶν ἡδοναί, αἱ δὲ τῶν πονηρῶν, καὶ τὰς μὲν χρὴ 20
ἐπιτηδεύειν καὶ τιμᾶν, τὰς δὲ κολάζειν τε καὶ δουλοῦ-

tes applaudentesque: dum petulantiam ingenuam educationem nominant, licentiam libertatem, prodigalitatem magnificentiam, impudentiam fortitudinem. an non ita quodammodo iuvenis transit ex innutrita necessariarum cupiditatum affectione in resolutam licentiam non necessariarum futiliumque voluptatum? *Adi.* Plane id constat. *So.* Vivit deinceps talis, ut arbitror, nihilo magis necessariarum quam supervacuarum voluptatum gratia erogans pecunias, labores, exercitationes. verum si ita fortunatus est, ut neque ultra modum debacchetur, immo senior factus et ingenti iam perturbatione elapsa non omnia, sed aliquid admittit, et partes excidentium suscipit, et ingredientibus haudquaquam se totum committit, voluptatibus iam ad aequalitatem reductis ita vivit, ut incidenti semper tanquam sortienti imperium sui tradat, quoad impleatur; rursusque alteri succedenti, nullam spernens, sed omnes aeque nutriens. *Adi.* Sic accidit. *So.* Iste quidem rationem veram non accipit neque in custodiae suae arcem admittit, si quis dixerit voluptates partim esse bonarum honestarumque cupiditatum, partim vero malarum, et illas exercendas esse et honorandas, has contra moderandas et cohibendas; ve-

φθαι· ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις ἀνανεύει τε, καὶ ὁμοίας φησὶν ἁπάσας εἶναι καὶ τιμητέας ἐξ ἴσου. Σφόδρα γάρ, ἔφη, οὕτω διακείμενος τοῦτο δρᾷ. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ διαζῇ τὸ καθ' ἡμέραν οὕτω χαριζόμενος τῇ προσπιπτούσῃ ἐπιθυμίᾳ, τοτὲ μὲν μεθύων καὶ καταυλούμενος, αὖθις δὲ ὑδροποτῶν καὶ κατισχναινόμενος, τοτὲ δ' αὖ γυμναζόμενος, ἔξι δ' ὅτε ἀργῶν καὶ πάντων ἀμελῶν, τοτὲ δ' ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίβων. πολλάκις δὲ πολιτεύεται, καὶ ἀναπηδῶν ὅ τι ἂν τύχῃ λέγει τε καὶ πράττει. κἂν ποτέ τινας πολεμικοὺς ζηλώσῃ, ταύτῃ φέρεται· ἢ χρηματιστικούς, ἐπὶ τοῦτ' αὖ. καὶ οὔ τέ τις τάξις οὔτε ἀνάγκη ἔπεστιν αὐτοῦ τῷ βίῳ, ἀλλ' ἡδύν τε δὴ καὶ ἐλευθέριον καὶ μακάριον καλῶν τὸν βίον τοῦτον χρῆται αὐτῷ διὰ παντός. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς, διελήλυθας βίον ἰσονομικοῦ τινὸς ἀνδρός. Οἶμαι δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, καὶ παντοδαπόν τε καὶ πλείστων ἠθῶν μεστὸν, καὶ τὸν καλόν τε καὶ ποικίλον, ὥς περ ἐκείνην τὴν πόλιν, τοῦτον τὸν ἄνδρα εἶναι· ὃν πολλοὶ ἂν καὶ πολλαὶ ζηλώσειαν τοῦ βίου, παραδείγματα πολιτειῶν τε καὶ τρόπων πλεῖστα ἐν αὑτῷ ἔχοντα. Οὕτω γάρ, ἔφη, ἐξίν. Τί οὖν; τετάχθω ἡμῖν κατὰ δημοκρατίαν ὁ τοιοῦτος 562

rum in his omnibus annuit, affirmatque omnes similes esse et pariter honorandas. *Adi.* Profecto, quisquis ita affectus est, id agit. *So.* Nonne ita in dies vivit, ut incidentibus praesentibusque semper cupiditatibus obsequatur? dum videlicet alias ebrietati modulationibusque indulget, alias aquae potu contentus est et inedia: interdum vero gymnasticae studiis se exercet, nonnunquam remissiori animo torpet: quandoque philosophiae attingit studia: saepe etiam se ad rem publicam confert, proditque in medium, quicquid obtulit sors, et dicens et faciens: ac si quandoque milites admiratur, ad eos fertur: sin mercatores, ad hos rursum adventat: neque ordine ullo aut necessitate vitam suam dirigit; sed iucundam et liberalem et beatam hanc vitam appellans, hanc assidue colit. *Adi.* Scite vitam popularis hominis, nullum delectum vivendi habentis, narrasti. *So.* Arbitror equidem plenum hunc diversis plurimisque moribus esse, pulchrumque et varium, quemadmodum civitatem illam, videri: quem sane multi atque multae feliciter vivere arbitrarentur, cum rerum publicarum atque morum in se multa exempla contineat. *Adi.* Ita est nimirum. *So.* Esto nobis vir talis populari rei pu-

ἀνήρ, ὡς δημοκρατικὸς ὀρθῶς ἂν προσαγορευόμενος; Τετάχθω, ἔφη.

Ἡ καλλίστη δή, ἦν δ' ἐγώ, πολιτεία τε καὶ ὁ κάλλιστος ἀνὴρ λοιπὰ ἂν ἡμῖν εἴη διελθεῖν, τυραννίς τε καὶ τύραννος. Κομιδῇ γ', ἔφη. Φέρε δή, τίς τρόπος τυραννίδος, ὦ φίλε ἑταῖρε, γίγνεται; ὅτι μὲν γὰρ ἐκ δημοκρατίας μεταβάλλει, σχεδὸν δῆλον. Δῆλον. Ἆρ' οὖν τρόπον τινὰ τὸν αὐτὸν ἔκ τε ὀλιγαρχίας δημοκρατία γίγνεται καὶ ἐκ δημοκρατίας τυραννίς; Πῶς; Ὃ προὔθετο, ἦν δ' ἐγώ, ἀγαθόν, καὶ δι' οὗ ἡ ὀλιγαρχία καθίστατο. τοῦτο δ' ἦν ὑπέρπλουτος. ἦ γάρ; Ναί. Ἡ πλούτου τοίνυν ἀπληστία καὶ ἡ τῶν ἄλλων ἀμέλεια διὰ χρηματισμὸν αὐτὴν ἀπώλλυ. Ἀληθῆ, ἔφη. Ἆρ' οὖν καὶ ὃ δημοκρατία ὁρίζεται ἀγαθόν, ἡ τούτου ἀπληστία καὶ ταύτην καταλύει; Λέγεις δ' αὐτὴν τί ὁρίζεσθαι; Τὴν ἐλευθερίαν, εἶπον. τοῦτο γάρ που ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει ἀκούσαις ἂν ὡς ἔχει τε κάλλιστον καὶ διὰ ταῦτα ἐν μόνῃ ταύτῃ ἄξιον οἰκεῖν ὅς τις φύσει ἐλεύθερος. Λέγεται γὰρ δή, ἔφη, καὶ πολὺ τοῦτο τὸ ῥῆμα. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅ περ ἦα νῦν δὴ ἐρῶν, ἡ τοῦ τοιούτου ἀπληστία καὶ ἡ τῶν ἄλλων ἀμέλεια καὶ

blicae similis, utpote qui popularis merito nominetur. *Adi.* Esto. *So.* Reliquum est, ut de praeclara illa re publica viroque praeclaro dicamus, tyrannide atque tyranno. *Adi.* Omnino. *So.* Age videamus, o dulcis amice, quisnam tyrannidis ipsius sit modus. principio, quod ex populari oritur, ferme est perspicuum. *Adi.* Manifestum. *So.* Eadem igitur ratione ex populari tyrannis oritur, qua ex paucorum potentia popularis. *Adi.* Qua? *So.* Quod sibi cives in paucorum potentia tanquam bonum proposuerunt, per quod ei paucorum potentia inolevit, id erat divitiarum copia. nonne? *Adi.* Istuc ipsum. *So.* Inexplebilis itaque divitiarum sitis ceterorumque officiorum negligentia propter ipsum quaestum eam perdunt. *Adi.* Verum id quidem. *So.* Quin etiam eius, quod in populari bonum censetur, cupiditas inexplebilis ipsam quoque pervertit. *Adi.* Quid in ea potissimum censeri bonum dicis? *So.* Libertatem. nam istud in populari civitate censeri praeclarissimum audies: ideoque in hac sola habitare par est eum virum, qui natura sit liber. *Adi.* Certe nomen istud libertatis in hac civitate frequentius praedicatur. *So.* Nonne, quod dicturus eram, huius ipsius cupido insatiabilis ceterorumque

ταύτην τὴν πολιτείαν μεθίζησί τε καὶ παρασκευάζει τυραννίδος δεηθῆναι; Πῶς; ἔφη. Ὅταν, οἶμαι, δημοκρατουμένη πόλις ἐλευθερίας διψήσασα κακῶν οἰνοχόων προστατούντων τύχῃ, καὶ πορρωτέρω τοῦ δέοντος ἀκράτου αὐτῆς μεθυσθῇ, τοὺς ἄρχοντας δή, ἂν μὴ πάνυ πρᾷοι ὦσι καὶ πολλὴν παρέχωσι τὴν ἐλευθερίαν, κολάζει αἰτιωμένη ὡς μιαροὺς τε καὶ ὀλιγαρχικούς. Δρῶσι γάρ, ἔφη, τοῦτο. Τοὺς δέ γε, εἶπον, τῶν ἀρχόντων κατηκόους προπηλακίζει ὡς ἐθελοδούλους τε καὶ οὐδὲν ὄντας, τοὺς δὲ ἄρχοντας μὲν ἀρχομένοις, ἀρχομένους δὲ ἄρχουσιν ὁμοίους ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ ἐπαινεῖ τε καὶ τιμᾷ. ἆρ' οὐκ ἀνάγκη ἐν τοιαύτῃ πόλει ἐπὶ πᾶν τὸ τῆς ἐλευθερίας ἰέναι; Πῶς γὰρ οὔ; Καὶ καταδύεσθαί γε, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, εἰς τε τὰς ἰδίας οἰκίας καὶ τελευτᾶν μέχρι τῶν θηρίων τὴν ἀναρχίαν ἐμφυομένην. Πῶς, ἦ δ' ὅς, τὸ τοιοῦτον λέγομεν; Οἷον, ἔφην, πατέρα μὲν ἐθίζεσθαι παιδὶ ὅμοιον γίγνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι τοὺς υἱεῖς, υἱὸν δὲ πατρί, καὶ μήτε αἰσχύνεσθαι μήτε δεδιέναι τοὺς γονέας, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖ· μέτοικον δὲ ἀξῶ καὶ ἀξὸν μετοίκῳ ἐξισοῦσθαι, καὶ ξένον ὡσαύτως. Γίγνεται γὰρ οὕτως, ἔφη. Ταῦτά τε, ἦν δ' ἐγώ, καὶ σμικρὰ τοιάδε ἄλλα γίγνεται. 563

negligentia hanc mutat rem publicam, cogitque tyrannide indigere? *Adi.* Quo pacto? *So.* Quando videlicet popularis civitas sitiens libertatem malos pincernas praesidentes nanciscitur, et ea profusius quam decet sese ingurgitans debacchatur: et principes causas tanquam rigidiores et tyrannicos punit, nisi mites admodum sint plurimumque concedant licentiae. *Adi.* Sic prorsus accidit. *So.* Atqui et eos, qui principibus parent, obiurgat tanquam serviles et pretii nullius homines: principes autem subditis pares et subditos pares principibus privatim et publice laudat atque honorat. an non necesse est hac in civitate ad summam libertatem homines pervenire? *Adi.* Procul dubio. *So.* Atque hanc insitam obedientiae impatientem licentiam, o amice, proprias irrepere domos, seque usque ad bruta protendere? *Adi.* Quo pacto hoc dicimus? *So.* Quale videlicet, si pater filio fiat similis filiosque metuat, et filius patri sit par neque vereatur parentes neque metuat, ut sit maxime liber: inquilinus praeterea civi et inquilino civis aequetur, peregrinusque similiter. *Adi.* Sic accidit. *So.* Haec utique et alia nonnulla minora similia his

διδάσκαλός τε ἐν τῷ τοιούτῳ φοιτητὰς φοβεῖται καὶ θωπεύει, φοιτηταί τε διδασκάλων ὀλιγωροῦσιν, οὕτω δὲ καὶ παιδαγωγῶν. καὶ ὅλως οἱ μὲν νέοι πρεσβυτέροις ἀπεικάζονται καὶ διαμιλλῶνται καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις, οἱ δὲ γέροντες ξυγκαθίεντες τοῖς νέοις εὐτραπελίας τε καὶ χαριεντισμοῦ ἐμπίπλανται, μιμούμενοι τοὺς νέους, ἵνα δὴ μὴ δοκῶσιν ἀηδεῖς εἶναι μηδὲ δεσποτικοί. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τὸ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, ἔσχατον, ὦ φίλε, τῆς ἐλευθερίας τοῦ πλήθους, ὅσον γίγνεται ἐν τῇ τοιαύτῃ πόλει, ὅταν δὴ οἱ ἐωνημένοι καὶ αἱ ἐωνημέναι μηδὲν ἧττον ἐλεύθεροι ὦσι τῶν πριαμένων. ἐν γυναιξὶ δὲ πρὸς ἄνδρας καὶ ἀνδράσι πρὸς γυναῖκας ὅση ἡ ἰσονομία καὶ ἐλευθερία γίγνεται, ὀλίγου ἐπελαθόμεθ' εἰπεῖν. Οὐκοῦν κατ' Αἰσχύλον, ἔφη, ἐροῦμεν ὅ τι νῦν ἦλθ' ἐπὶ ξόμα; Πάνυ γε, εἶπον. καὶ ἔγωγε οὕτω λέγω. τὸ μὲν γὰρ τῶν θηρίων τῶν ὑπὸ τοῖς ἀνθρώποις ὅσῳ ἐλευθερώτερά ἐστιν ἐνταῦθα ἢ ἐν ἄλλῃ, οὐκ ἄν τις πείθοιτο ἄπειρος. ἀτεχνῶς γὰρ αἵ τε κύνες κατὰ τὴν παροιμίαν οἷαι περ αἱ δέσποιναι γίγνονταί τε δή, καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι πάνυ ἐλευθέρως καὶ σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι, κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐμβάλλοντες τῷ ἀεὶ ἀπαντῶντι, ἐὰν μὴ ἐξίῃται·

eveniunt. nempe ea in urbe praeceptor discipulos timet eisque blanditur: discipuli praeceptores spernunt, et similiter paedagogos: atque ut summatim dicam, iuniores senioribus se similes praestant, verbisque et operibus adversantur, seniores autem iuniorum gerunt vicem et tanquam scurrae facetiis eos delectant, ne severi imperiosique videantur. *Adi.* Maxime. *So.* Vulgi autem libertas extrema, o amice, tali in civitate quanta? quandoquidem empta mancipia nihilominus libera sunt quam emptores: et quanta mulieribus erga viros virisque erga mulieres aequalitas libertasque sit, ferme dicere obliti sumus. *Adi.* An non secundum Aeschylum dicemus, quod nunc nobis in buccam venit? *So.* Sic prorsus atque ego quidem ita dico: profecto quanto liberiores sint hac in civitate bestiae, quae sub hominibus nutriuntur, quam alibi, nemo nisi expertus crediderit: nam et catellae, ut habet proverbium, perinde ac dominae sunt: et equi et asini tanta per vias libertate progredi consuescunt, ut in obvium quemque impetum faciant, nisi cesserit: ceteraque omnia summa agantur

καὶ τἆλλα πάντα οὕτω μεχὰ ἐλευθερίας γίγνεται. Τὸ ἐμόν γ', ἔφη, ἐμοὶ λέγεις ὄναρ· αὐτὸς γὰρ εἰς ἀγρὸν πορευόμενος θαμὰ αὐτὸ πάσχω. Τὸ δὲ δὴ κεφάλαιον, ἦν δ' ἐγώ, πάντων τούτων ξυνηθροισμένων ἐννοεῖς, ὡς ἀπαλὴν τὴν ψυχὴν τῶν πολιτῶν ποιεῖ, ὥστε κἂν ὁτιοῦν δουλείας τις προσφέρηται, ἀγανακτεῖν καὶ μὴ ἀνέχεσθαι; τελευτῶντες γάρ που οἶσθ' ὅτι οὐδὲ τῶν νόμων φροντίζουσι γεγραμμένων ἢ ἀγράφων, ἵνα δὴ μηδαμῇ μηδεὶς αὐτοῖς ᾖ δεσπότης. Καὶ μάλα, ἔφη, οἶδα. Αὕτη μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, ἡ ἀρχὴ οὕτωσὶ καλὴ καὶ νεανική, ὅθεν τυραννὶς φύεται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Νεανικὴ δῆτα, ἔφη· ἀλλὰ τί τὸ μετὰ τοῦτο; Ταὐτόν, ἦν δ' ἐγώ, ὅ περ ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ νόσημα ἐγγενόμενον ἀπώλεσεν αὐτήν, τοῦτο καὶ ἐν ταύτῃ πλέον τε καὶ ἰσχυρότερον ἐκ τῆς ἐξουσίας ἐγγενόμενον κατα- 564
δουλοῦται δημοκρατίαν. καὶ τῷ ὄντι τὸ ἄγαν τι ποιεῖν μεγάλην φιλεῖ εἰς τοὐναντίον μεταβολὴν ἀνταποδιδόναι, ἐν ὥραις τε καὶ ἐν φυτοῖς καὶ ἐν σώμασι, καὶ δὴ καὶ ἐν πολιτείαις οὐχ ἥκιστα. Εἰκός, ἔφη. Ἡ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν καὶ ἰδιώτῃ καὶ πόλει. Εἰκὸς γάρ. Εἰκότως τοίνυν, εἶπον, οὐκ ἐξ ἄλλης πολιτείας τυραννὶς καθί-

licentia. *Adi.* Meum certe mihi narras insomnium. nam mihi rus proficiscenti frequenter ista contingunt. *So.* Vides, quo tandem omnium supra dictorum summa contendat? ita siquidem hinc delicatus civium animus redditur, ut si quis paulum quid servitutis afferat, aegre ferant neque tolerent. demum vero leges omnes, tam scriptas quam non scriptas, contemnunt, ne quis illis praesit dominus. *Adi.* Manifestum id quidem. *So.* Haec, o amice, egregia illa et elegans res publica est, ex qua, ut mihi videtur, tyrannis nascitur. *Adi* Elegans certe: sed quorsum haec? *So.* Morbus porro, qui in paucorum potentia serpens eam labefactavit, idem et in hac pullulans excrescensque nimia ex licentia, popularem civitatem iugo servitutis subigit. Ac summatim excessus omnis verti penitus in contrarium consuevit, in temporibus, in arboribus, in animalibus et in rebus publicis maxime. *Adi.* Haud iniuria. Nimia enim libertas haud in aliud videtur quam nimiam in servitutem converti, et privatim et publice. *So.* Certe id consentaneum. Quare non ab re dicebam,

ϛαται ἢ ἐκ δημοκρατίας, ἐξ, οἶμαι, τῆς ἀκροτάτης ἐλευθερίας δουλεία πλείϛη τε καὶ ἀγριωτάτη. Ἔχει γάρ, ἔφη, λόγον. Ἀλλ' οὐ τοῦτ' οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, ἠρώτας, ἀλλὰ ποῖον νόϛημα ἐν ὀλιγαρχίᾳ τε φυόμενον ταὐτὸν καὶ ἐν δημοκρατίᾳ δουλοῦται αὐτήν. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Ἐκεῖνο τοίνυν, ἔφην, ἔλεγον τὸ τῶν ἀργῶν τε καὶ δαπανηρῶν ἀνδρῶν γένος, τὸ μὲν ἀνδρειότατον, ἡγούμενον αὐτῶν, τὸ δ' ἀνανδρότατον ἑπόμενον· οὓς δὴ ἁρμοιοῦμεν κηφῆσι, τοὺς μὲν κέντρα ἔχουσι, τοὺς δὲ ἀκέντροις. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη. Τούτω τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ταράττετον ἐν πάσῃ πολιτείᾳ ἐγγενομένω, οἷον περὶ σῶμα φλέγμα τε καὶ χολή. ὧ δὴ καὶ δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἰατρόν τε καὶ νομοθέτην πόλεως, μὴ ἧττον ἢ σοφὸν μελιττουργόν, πόρρωθεν εὐλαβεῖσθαι, μάλιϛα μὲν ὅπως μὴ ἐγγενήσεσθον, ἂν δὲ ἐγγένησθον, ὅπως ὅτι τάχιϛα ξὺν αὐτοῖσι τοῖς κηρίοις ἐκτετμήσεσθον. Ναὶ μὰ Δία, ἦ δ' ὅς, παντάπασί γε. Ὧδε τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ; λάβωμεν, ἵν' εὐκρινέϛερον ἴδωμεν ὃ βουλόμεθα. Πῶς; Τριχῇ διαϛησώμεθα τῷ λόγῳ δημοκρατουμένην πόλιν, ὥς περ οὖν καὶ ἔχει. ἓν μὲν γάρ που τὸ τοιοῦτον γένος ἐν αὐτῇ ἐμφύεται

non ex alia re publica quam populari tyrannidem surgere: extrema ex libertate gravissimam et acerrimam servitutem. *Adi.* Sic ostendit ratio. *So.* At non hoc, ut arbitror, ipse quaerebas, sed quinam morbus idem in paucorum potentia popularique gubernatione innatus eam in servitutem redigit. *Adi.* Vera narras. *So.* Dicebam utique otiosorum et prodigorum hominum genus partim fortius et virilius esse, partim ignavius: et illud quidem ducere, hoc autem sequi. quos quidem homines fucis in superioribus comparavimus: illos quidem fucis aculeos habentibus, hos autem aculeis carentibus fucis. *Adi.* Et merito. *So.* Isti quidem, in quacunque fuerunt civitate, eam turbant: quemadmodum pituita ac bilis corpus. quos oportet bonum medicum et legum fundatorem non minus quam solertem apum cultorem eminus praecavere, primum quidem ne oriantur in civitate: ac si oriuntur, ut cum ipsis favis protinus excidantur. *Adi.* Ita prorsus agendum. *So.* Sic igitur accipiamus, ut perspicacius, quod quaerimus, cognoscamus. *Adi.* Quo pacto? *So.* Trifariam popularem civitatem, ut re ipsa est, partiamur. unum quidem hoc genus in ea propter licentiam nascitur, non minus quam in paucorum

δι' ἐξουσίαν, οὐκ ἔλαττον ἢ ἐν τῇ ὀλιγαρχουμένῃ. Ἔ-
σιν οὕτως. Πολὺ δέ γε δριμύτερον ἐν ταύτῃ ἢ ἐν
ἐκείνῃ. Πῶς; Ἐκεῖ μὲν διὰ τὸ μὴ ἔντιμον εἶναι,
ἀλλ' ἀπελαύνεσθαι τῶν ἀρχῶν ἀγύμναστον καὶ οὐκ ἐρ-
ρωμένον γίγνεται. ἐν δημοκρατίᾳ δὲ τοῦτό που τὸ προε-
σὸς αὐτῆς, ἐκτὸς ὀλίγων. καὶ τὸ μὲν δριμύτατον αὐτοῦ
λέγει τε καὶ πράττει, τὸ δ' ἄλλο περὶ τὰ βήματα προσ-
ίζον βομβεῖ τε καὶ οὐκ ἀνέχεται τοῦ ἄλλα λέγοντος,
ὥστε πάντα ὑπὸ τοῦ τοιούτου διοικεῖται ἐν τῇ τοιαύ-
τῃ πολιτείᾳ, χωρίς τινων ὀλίγων. Μάλα γε, ἦ δ' ὅς.
Ἄλλο τοίνυν τοιόνδε ἀεὶ ἀποκρίνεται ἐκ τοῦ πλήθους.
Τὸ ποῖον; Χρηματιζομένων που πάντων οἱ κοσμιώ-
τατοι φύσει ὡς τὸ πολὺ πλουσιώτατοι γίγνονται. Εἰ-
κός. Πλεῖστον δή, οἶμαι, τοῖς κηφῆσι μέλι καὶ εὐπο-
ρώτατον ἐντεῦθεν βλύττει. Πῶς γὰρ ἄν, ἔφη, παρά
γε τῶν σμικρὰ ἐχόντων τις βλύσειεν; Πλούσιοι δή,
οἶμαι, οἱ τοιοῦτοι καλοῦνται κηφήνων βοτάνη. Σχε-
δόν τι, ἔφη. Δῆμος δ' ἂν εἴη τρίτον γένος, ὅσοι αὐ- 565
τουργοί τε καὶ ἀπράγμονες, οὐ πάνυ πολλὰ κεκτημέ-
νοι· ὃ δὴ πλεῖστόν τε καὶ κυριώτατον ἐν δημοκρατίᾳ,
ὅταν περ ἀθροισθῇ. Ἔστι γάρ, ἔφη. ἀλλ' οὐ θαμὰ

potentia. *Adi.* Est ita. *So.* Longe autem acrius in hac quam in illa. *Adi.* Qua ratione? *So.* Ibi, quia contemptui est et privatum vivit; imbelle propter desidiam fit. in populari autem id genus omne, exceptis paucis, praesidet, et quod in eo acerrimum, dicit et agit: aliud autem iuxta tribunalia inhaerens susurrat, nec tolerat, si quis alia dixerit. Quapropter omnia ab hoc genere, paucis exceptis, in civitate huiusmodi administrantur. *Adi.* Et maxime quidem. *So.* Aliud igitur tale semper ex multitudine excernitur. *Adi.* Quale? *So.* Ex omnibus enim quaestum agentibus, qui natura modestissimi sunt, ut plurimum ditissimi efficiuntur. *Adi.* Consentaneum. *So.* Hinc utique mellis copia et uberior et facilior fucis exprimitur. *Adi.* Quomodo enim ex his, qui pauca possident, copia mellis exprimeretur? *So.* Divites, ut arbitror, tales fucorum herba vocantur. *Adi.* Sic ferme. *So.* Populus autem tertium erit genus, quotcunque ipsi sua duntaxat curant, nec alienis se implicant, haud multum pecuniosi. quod quidem genus et plurimum est et in populari civitate principalissimum, quotiens congregatur. *Adi.* Est certe. at non frequen-

ἐθέλει ποιεῖν τοῦτο, ἐὰν μὴ μέλιτός τι μεταλαμβάνῃ. Οὐκοῦν μεταλαμβάνει, ἦν δ' ἐγώ, ἀεί, καθ' ὅσον δύνανται οἱ προεξῶτες, τοὺς ἔχοντας τὴν οὐσίαν ἀφαιρούμενοι, διανέμοντες τῷ δήμῳ τὸ πλεῖσον αὐτοὶ ἔχειν. Μεταλαμβάνει γὰρ οὖν, ἦ δ' ὅς, οὕτως. Ἀναγκάζονται δή, οἶμαι, ἀμύνεσθαι, λέγοντές τε ἐν τῷ δήμῳ καὶ πράττοντες ὅπῃ δύνανται, οὗτοι ὧν ἀφαιροῦνται. Πῶς γὰρ οὔ; Αἰτίαν δὴ ἔσχον ὑπὸ τῶν ἑτέρων, κἂν μὴ ἐπιθυμῶσι νεωτερίζειν, ὡς ἐπιβουλεύουσι τῷ δήμῳ καί εἰσιν ὀλιγαρχικοί. Τί μήν; Οὐκοῦν καὶ τελευτῶντες, ἐπειδὰν ὁρῶσι τὸν δῆμον οὐχ ἑκόντα, ἀλλ' ἀγνοήσαντά τε καὶ ἐξαπατηθέντα ὑπὸ τῶν διαβαλλόντων ἐπιχειροῦντα σφᾶς ἀδικεῖν, τότ' ἤδη, εἴτε βούλονται εἴτε μή, ὡς ἀληθῶς ὀλιγαρχικοὶ γίγνονται, οὐχ ἑκόντες, ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ κακὸν ἐκεῖνος ὁ κηφὴν ἐντίκτει κεντῶν αὐτούς. Κομιδῇ μὲν οὖν. Εἰσαγγελίαι δὴ καὶ κρίσεις καὶ ἀγῶνες περὶ ἀλλήλων γίγνονται. Καὶ μάλα. Οὐκοῦν ἕνα τινὰ ἀεὶ ὁ δῆμος εἴωθε διαφερόντως προΐσασθαι ἑαυτοῦ, καὶ τοῦτον τρέφειν τε καὶ αὔξειν μέγαν; Εἴωθε γάρ. Τοῦτο μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, δῆλον, ὅτι ὅταν περ φύηται τύραννος, ἐκ προστατικῆς ῥίζης καὶ οὐκ ἄλλοθεν ἐκβλαστάνει. Καὶ

ter id facere vult, nisi particeps mellis efficiatur. *So.* Nonne semper est particeps, quatenus, qui praesident, exspoliantes divites dispertientesque populo sibi possunt ut plurimum usurpare? *Adi.* Profecto ita fit particeps. *So.* Coguntur utique repugnare hi, qui exspoliati sunt, pro viribus in populo dicentes atque agentes. *Adi.* Quidni? *So.* Occasionem itaque ab aliis acceperunt, quamvis ipsi non cuperent, rerum innovandarum, quod insidientur populo, et ad paucorum imperium intendant animum. *Adi.* Cur non? *So.* Tandem vero, postquam populum viderunt non sponte, sed inscium a calumniatoribusque seductum, conari, ut ipsis iniuram inferat, tunc sane, velint nolint, revera evadunt paucorum potentiae studiosi, haud ultro volentesque, sed hoc illis malum ingerit fucus stimulans eos ac pungens. *Adi.* Valde quidem. *So.* Accusationes igitur, litigia contentionesque mutuae oriuntur. *Adi.* Et maxime. *So.* Ideoque populus consuevit unum aliquem sui defensorem creare, eumque nutrire, et, uti magnum efficiat, confovere. *Adi.* Consuevit certe. *So.* Ex quo patet tyrannum ex radice tutoria pullulare. *Adi.* Certum id quidem.

μάλα δῆλον. Τίς ἀρχὴ οὖν μεταβολῆς ἐκ προστάτου ἐπὶ τύραννον; ἢ δῆλον ὅτι ἐπειδὰν ταὐτὸν ἄρξηται δρᾶν ὁ προστάτης τῷ ἐν τῷ μύθῳ ὃς περὶ τὸ ἐν Ἀρκαδίᾳ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου ἱερὸν λέγεται; Τίς; ἔφη. Ὡς ἄρα ὁ γευσάμενος τοῦ ἀνθρωπίνου σπλάγχνου, ἐν ἄλλοις ἄλλων ἱερείων ἑνὸς ἐγκατατετμημένου, ἀνάγκη δὴ τούτῳ λύκῳ γενέσθαι. ἢ οὐκ ἀκήκοας τὸν λόγον; Ἔγωγε. Ἆρ' οὖν οὕτω καὶ ὃς ἂν δήμου προεξώς, λαβὼν σφόδρα πειθόμενον ὄχλον, μὴ ἀπόσχηται ὁ ἐμφυλίου αἵματος, ἀλλ' ἀδίκως ἐπαιτιώμενος οἷα δὴ φιλοῦσιν, εἰς δικαστήρια ἄγων μιαιφονῇ, βίον ἀνδρὸς ἀφανίζων, γλώττῃ τε καὶ σόματι ἀνοσίῳ γευόμενος φόνου ξυγγενοῦς, καὶ ἀνδρηλατῇ καὶ ἀποκτιννύῃ καὶ ὑποσημαίνῃ χρεῶν τε ἀποκοπὰς καὶ γῆς ἀναδασμόν, 560 ἆρα τῷ τοιούτῳ ἀνάγκη δὴ τὸ μετὰ τοῦτο καὶ εἵμαρται ἢ ἀπολωλέναι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἢ τυραννεῖν καὶ λύκῳ ἐξ ἀνθρώπου γενέσθαι; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη. Οὗτος δή, ἔφην, ὁ στασιάζων γίγνεται πρὸς τοὺς ἔχοντας τὰς οὐσίας; Οὗτος. Ἆρ' οὖν ἐκπεσὼν μὲν καὶ κατελθὼν βίᾳ τῶν ἐχθρῶν τύραννος ἀπειργασμένος κατέρχεται; Δῆλον. Ἐὰν δὲ ἀδύνατοι ἐκβάλλειν αὐτὸν

So. Quaenam origo mutationis ex tutore in tyrannum? an videlicet postquam coepit, qui praeest, id agere, quod circa templum Lycaei Iovis in Arcadia fabula refert? *Adi.* Quidnam? *So.* Quod quisquis humana viscera cum aliarum victimarum incisa visceribus forte gustarit, lupus fieri cogitur. nonne fabulam audivisti? *Adi.* Equidem. *So.* Eodem modo et iste, cuius imperio valde vulgus obtemperat, cognato non abstinet sanguine: sed falsis, ut solent, confictis criminibus in iudicium trahit eos, a quibus timet, et iniusta se caede cruentat, viri vitam exstinguens, gustansque lingua impura et profano ore generis proximi sanguinem: ac nonnullos expellit, enecat alios causatus scilicet aeris alieni reserationes partitionesque agrorum. Quare necesse est ciusmodi hominem vel ab inimicis interfici vel tyrannidem exercere, lupumque ex homine fieri. *Adi.* Necesse est omnino. *So.* Iste quidem adversus opulentos homines seditiosus. *Adi.* Certe. *So.* Nonne ab inimicorum vi huic periculum immittet, qui, si expulsus, invitis redierit inimicis, tyrannus effectus revertitur? *Adi.* Conatat. *So.* Ac si eum calumniis publicis expellere nequeunt vel

ὦσιν ἢ ἀποκτεῖναι διαβάλλοντες τῇ πόλει, βιαίῳ δὴ θανάτῳ ἐπιβουλεύουσιν ἀποκτιννύναι λάθρᾳ. Φιλεῖ γοῦν, ἦ δ' ὅς, οὕτω γίγνεσθαι. Τὸ δὴ τυραννικὸν αἴτημα τὸ πολυθρύλητον ἐπὶ τούτῳ πάντες οἱ εἰς τοῦτο προβεβηκότες ἐξευρίσκουσιν, αἰτεῖν τὸν δῆμον φύλακάς τινας τοῦ σώματος, ἵνα σῶς αὐτοῖς ᾖ ὁ τοῦ δήμου βοηθός. Καὶ μάλ', ἔφη. Διδόασι δή, οἶμαι, δείσαντες μὲν ὑπὲρ ἐκείνου, θαῤῥήσαντες δὲ ὑπὲρ ἑαυτῶν. Καὶ μάλα. Οὐκοῦν τοῦτο ὅταν ἴδῃ ἀνὴρ χρήματα ἔχων καὶ μετὰ τῶν χρημάτων αἰτίαν μισόδημος εἶναι, τότε δὴ οὗτος, ὦ ἑταῖρε, κατὰ τὸν Κροίσῳ γενόμενον χρησμὸν

πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον

φεύγει, οὐδὲ μένει, οὐδ' αἰδεῖται κακὸς εἶναι.

Οὐ γὰρ ἄν, ἔφη, δεύτερον αὖθις αἰδεσθείη. Ὁ δέ γε, οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, καταληφθεὶς θανάτῳ δίδοται. Ἀνάγκη. Ὁ δὲ δὴ προστάτης ἐκεῖνος αὐτὸς δῆλον δὴ ὅτι μέγας μεγαλωστὶ οὐ κεῖται, ἀλλὰ καταβαλὼν ἄλλους πολλοὺς ἔσηκεν ἐν τῷ δίφρῳ τῆς πόλεως, τύραννος ἀντὶ προστάτου ἀποτετελεσμένος. Τί δ' οὐ μέλλει; ἔφη.

Διέλθωμεν δὴ τὴν εὐδαιμονίαν, ἦν δ' ἐγώ, τοῦ τε ἀνδρὸς καὶ τῆς πόλεως ἐν ᾗ ἂν ὁ τοιοῦτος βροτὸς ἐγ-

occidere, violentam illi mortem cogitant, clamque insidiantur. *Adi.* Ita certe fieri consuevit. *So.* Hinc solita illa oritur tyrannis occasio exigendi. nempe omnes, qui huc ascenderunt, custodes aliquos corporis, ut auxiliator populi salvus sit, solent a plebe requirere. *Adi.* Maxime. *So.* Dat itaque eos plebs illi metuens sibi ipsi nimis confidens. *Adi.* Magnopere. *So.* Cum haec vir pecuniosus animadvertit, qui ob pecunias plebi hostis est, tunc certe iuxta oraculum Croeso datum ad Hermum lapidosum fluvium aufugit, neque moratur, neque timidus dici veretur. *Adi.* Haudquaquam secundo iterum vereretur. *So.* Sane, quisquis comprehensus fuerit, ultimo supplicio affici solet. *Adi.* Necesse. *So.* At populi ille defensor magnus magnifice haudquaquam sese gerit, sed alios prosternit plurimos, et ipse in curru residet civitatis, tyrannus ex tutore effectus. *Adi.* Quid prohibet? *So.* An vis enarremus beatitudinem viri huius, et civitatis, in qua vir talis innascitur? *Adi.* Prorsus quidem. *So.* Princi-

γένηται; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, διέλθωμεν. Ἆρ' οὖν, εἶπον, οὐ ταῖς μὲν πρώταις ἡμέραις τε καὶ χρόνῳ προσγελᾷ τε καὶ ἀσπάζεται πάντας, ᾧ ἂν περιτυγχάνῃ; καὶ οὔτε τύραννός φησιν εἶναι, ὑπισχνεῖταί τε πολλὰ καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, χρεῶν τε ἠλευθέρωσε, καὶ γῆν διένειμε δήμῳ τε καὶ τοῖς περὶ ἑαυτόν, καὶ πᾶσιν ἵλεώς τε καὶ πρᾶος εἶναι προσποιεῖται; Ἀνάγκη, ἔφη. Ὅταν δέ γε, οἶμαι, πρὸς τοὺς ἔξω ἐχθροὺς τοῖς μὲν καταλλαγῇ, τοὺς δὲ καὶ διαφθείρῃ, καὶ ἡσυχία ἐκείνων γένηται, πρῶτον μὲν πολέμους τινὰς ἀεὶ κινεῖ, ἵν' ἐν χρείᾳ ἡγεμόνος ὁ δῆμος ᾖ. Εἰκός γε. Οὐκοῦν καὶ 567
ἵνα χρήματα εἰσφέροντες, πένητες γιγνόμενοι, πρὸς τῷ καθ' ἡμέραν ἀναγκάζωνται εἶναι καὶ ἧττον αὐτῷ ἐπιβουλεύωσιν; Δῆλον. Καὶ ἄν γέ τινας, οἶμαι, ὑποπτεύῃ ἐλεύθερα φρονήματα ἔχοντας μὴ ἐπιτρέψειν αὐτῷ ἄρχειν, ὅπως ἂν τούτους μετὰ προφάσεως ἀπολλύῃ, ἐνδοὺς τοῖς πολεμίοις; τούτων πάντων ἕνεκα τυράννῳ ἀεὶ ἀνάγκη πόλεμον ταράττειν; Ἀνάγκη. Ταῦτα δὴ ποιοῦντα ἔτοιμον μᾶλλον ἀπεχθάνεσθαι τοῖς πολίταις; Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν καὶ τινας τῶν ξυγκαταζησάντων καὶ ἐν δυνάμει ὄντων παῤῥησιάζεσθαι καὶ πρὸς

pio quidem omnes salutat, arridens quibuscunque obvius fuerit, et nomen tyranni recusat, pollicetur multa et privatim et publice, aere liberat alieno, agrosque distribuit, populoque et familiaribus suis ac denique omnibus mansuetus et mitis esse simulat. *Adi.* Necesse est. *So.* At cum primum externos hostes partim sibi conciliavit, partim exstinxit, rebus iam pacatis statim, ut populus duce semper indigeat, bellum aliquod nititur excitare. *Adi.* Consentaneum est. *So.* In quo illud insuper efficit, ut qui sub eo sunt, plurimis exhausti sumptibus ad quotidianum victum converti cogantur, minusque adversus tyrannum insidias meditentur. *Adi.* Patet. *So.* Quin etiam si quos agnoverit liberali esse ingenio praeditos, talesque, ut imperium eius recusaturi videantur: ut ad eos exstinguendos occasionem habeat, hostibus obiicit. His de causis necesse est, tyrannum semper nova bella movere. *Adi.* Necesse. *So.* Qua de re cives sibi infensos reddit. *Adi.* Summopere. *So.* Verisimile est, ut nonnulli eorum, qui tyrannidi suffragati sunt et apud tyrannum plurimum possunt, anda-

αὐτὸν καὶ πρὸς ἀλλήλους, ἐπιπλήττοντας τοῖς γιγνομένοις, οἳ ἂν τυγχάνωσιν ἀνδρικώτατοι ὄντες; Εἰκός γε. Ὑπεξαιρεῖν δὴ τούτους πάντας δεῖ τὸν τύραννον, εἰ μέλλει ἄρξειν, ἕως ἂν μήτε φίλων μήτ' ἐχθρῶν λίπῃ μηδένα ὅτου τι ὄφελος. Δῆλον. Ὀξέως ἄρα δεῖ ὁρᾶν αὐτὸν τίς ἀνδρεῖος, τίς μεγαλόφρων, τίς φρόνιμος, τίς πλούσιος· καὶ οὕτως εὐδαίμων ἐστὶν ὥστε τούτοις ἅπασιν ἀνάγκη αὐτῷ, εἴτε βούλεται εἴτε μή, πολεμίῳ εἶναι καὶ ἐπιβουλεύειν ἕως ἂν καθήρῃ τὴν πόλιν. Καλόν γε, ἔφη, καθαρμόν. Ναί, ἦν δ' ἐγώ, τὸν ἐναντίον ἢ οἱ ἰατροὶ τὰ σώματα· οἱ μὲν γὰρ τὸ χείριστον ἀφαιροῦντες λείπουσι τὸ βέλτιστον, ὁ δὲ τοὐναντίον. Ὡς ἔοικε γάρ, αὐτῷ, ἔφη, ἀνάγκη, εἴ περ ἄρξει. Ἐν μακαρίᾳ ἄρα, εἶπον ἐγώ, ἀνάγκῃ δέδεται, ἣ προστάττει αὐτῷ ἢ μετὰ φαύλων τῶν πολλῶν οἰκεῖν, καὶ ὑπὸ τούτων μισούμενον, ἢ μὴ ζῆν. Ἐν τοιαύτῃ, ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν οὐχὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τοῖς πολίταις ἀπεχθάνηται ταῦτα δρῶν, τοσούτῳ πλειόνων καὶ πιστοτέρων δορυφόρων δεήσεται; Πῶς γὰρ οὔ; Τίνες οὖν οἱ πιστοί; καὶ πόθεν αὐτοὺς μεταπέμψεται; Αὐτόματοι, ἔφη, πολλοὶ

cter tam inter se quam cum eo, quae geruntur, improbent, praesertim si qui altiori animo sint. *Adi.* Verisimile. *So.* Consentaneum est, ut hosce omnes tyrannus e medio tollat, si modo sit dominaturus: quousque neminem relinquat amicorum vel hostium, qui alicuius momenti sit. *Adi.* Manifestum id quidem. *So.* Acute igitur inspicere illum oportet, quis fortis, quis magnanimus, quis prudens aut dives sit. nempe usque adeo beatus est, ut, seu velit seu nolit, his inimicus futurus sit: eisque insidietur, quousque civitatem purgaverit. *Adi.* Egregiam sane purgationem narras. *So.* Contrariam plane medicorum purgationi. siquidem medici a corpore, quod deterrimum est, abstergunt. quod vero optimum est, relinquunt. contra tyrannus efficit. *Adi.* Ille quidem sic facere cogitur, si modo sit dominaturus. *So.* Beata nimirum necessitate adstrictus est, quae illi praecipit, ut vel cum plurimis improbis vitam agat: a quibus etiam odio habeatur, vel omnino non vivat. *Adi.* Talis profecto eius conditio est. *So.* Nonne, quo infensiores habet cives, dum haec agit, eo pluribus et fidelioribus satellitibus indiget? *Adi.* Quid prohibet? *So.* Quinam igitur huic fideles maxime? unde illos accerset? *Adi.*

ἥξουσι πετόμενοι, ἐὰν τὸν μισθὸν διδῷ. Κηφῆνας, ἦν δ' ἐγώ, νὴ τὸν κύνα, δοκεῖς αὖ τινάς μοι λέγειν ξενικούς τε καὶ παντοδαπούς. Ἀληθῆ γάρ, ἔφη, δοκῶ σοι. Τοὺς δὲ αὐτόθεν ἆρ' οὐκ ἂν ἐθελήσειεν; Πῶς; Τοὺς δούλους ἀφελόμενος τοὺς πολίτας, ἐλευθερώσας, τῶν περὶ ἑαυτὸν δορυφόρων ποιήσασθαι. Σφόδρά γε, ἔφη, ἐπεί τοι καὶ πιστότατοι αὐτῷ οὗτοι εἰσίν. Ἦ μακάριον, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις τυράννου χρῆμα, εἰ τοιούτοις φίλοις τε καὶ πιστοῖς ἀνδράσι χρῆται 568
τοὺς προτέρους ἐκείνους ἀπολέσας. Ἀλλὰ μήν, ἔφη, τοιούτοις γε χρῆται. Καὶ θαυμάζουσι δή, εἶπον, οὗτοι οἱ ἑταῖροι αὐτὸν καὶ ξύνεισιν οἱ νέοι πολῖται, οἱ δ' ἐπιεικεῖς μισοῦσί τε καὶ φεύγουσιν; Τί δ' οὔ μέλλουσιν; Οὐκ ἐτός, ἦν δ' ἐγώ, ἥ τε τραγῳδία ὅλως σοφὸν δοκεῖ εἶναι καὶ ὁ Εὐριπίδης διαφέρων ἐν αὐτῇ. Τί δή; Ὅτι καὶ τοῦτο πυκνῆς διανοίας ἐχόμενον ἐφθέγξατο, ὡς ἄρα σοφοὶ τύραννοι εἰσὶ τῇ σοφῶν συνουσίᾳ. καὶ ἔλεγε δῆλον ὅτι τούτους εἶναι τοὺς σοφοὺς οἷς ξύνεσιν. Καὶ ὡς ἰσόθεόν γ', ἔφη,
τὴν τυραννίδα ἐγκωμιάζει, καὶ ἕτερα πολλά, καὶ οὗτος καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί. Τοιγάρτοι, ἔφην, ἅτε σοφοὶ ὄντες οἱ τῆς τραγῳδίας ποιηταὶ συγγιγνώσκουσιν ἡμῖν

Ultro advolabunt undique multi mercede pellecti. *So.* Fucos iterum mihi videris per canem quosdam dicere, externis et variis ex gentibus confluentes. *Adi.* Vere tibi videor. *So.* Quis autem ex indigenis? nonne aliqui, si voluerit? *Adi.* Quo pacto? *So.* Scilicet si propriis servis sublatis, voluerit cives aliquos liberare et satellitibus suis asciscere. *Adi.* Maxima quidem, quoniam fidelissimi sibi hi sunt. *So.* Quam praeclaram narras tyranni possessionem, si quidem talibus amicis fidisque hominibus utitur, cum priores illos perdiderit. *Adi.* Attamen talibus utitur. *So.* Atqui mirantur eum amici tales, conversanturque cum eo novi cives: aequiores autem viri oderunt ac fugiunt. *Adi.* Quid vetat? *So.* Non temere igitur tragoedia sapiens artificium esse, videtur atque in ea Euripides iure clarus habetur. *Adi.* Quamobrem? *So.* Quod et hoc ex profunda mente cecinit: Sapientes tyrannos esse sapientum consuetudine: dixitque hos sapientes esse, qui cum his conversantur. *Adi.* Quin etiam tyrannidem tanquam rem divinam extollit: aliaque permulta iste aliique poetae. *So.* Enimvero poetae tragici, utpote sapientes, nobis ignoscent, et il-

τε καὶ ἐκείνοις, ὅσοι ἡμῶν ἐγγὺς πολιτεύονται, ὅτι αὐτοὺς εἰς τὴν πολιτείαν οὐ παραδεξόμεθα ἅτε τυραννίδος ὑμνητάς. Οἶμαι ἔγωγ', ἔφη, ξυγγιγνώσκουσιν ὅσοι πέρ γε αὐτῶν κομψοί. Εἰς δέ γε, οἶμαι, τὰς ἄλλας περιόντες πόλεις, ξυλλέγοντες τοὺς ὄχλους, καλὰς φωνὰς καὶ μεγάλας καὶ πιθανὰς μισθωσάμενοι, εἰς τυραννίδας τε καὶ δημοκρατίας ἕλκουσι τὰς πολιτείας. Μάλα γε. Οὐκοῦν καὶ προσέτι τούτων μισθοὺς λαμβάνουσι καὶ τιμῶνται, μάλιστα μὲν, ὥς περ τὸ εἰκός, ὑπὸ τυράννων, δεύτερον δὲ ὑπὸ δημοκρατίας. ὅσῳ δ' ἂν ἀνωτέρω ἴωσι πρὸς τὸ ἄναντες τῶν πολιτειῶν, μᾶλλον ἀπαγορεύει αὐτῶν ἡ τιμή, ὥς περ ὑπὸ ἄσθματος ἀδυνατοῦσα πορεύεσθαι. Πάνυ μὲν οὖν. Ἀλλὰ δή, εἶπον, ἐνταῦθα μὲν ἐξέβημεν. λέγωμεν δὲ πάλιν ἐκεῖνο τὸ τοῦ τυράννου στρατόπεδον, τὸ καλόν τε καὶ πολὺ καὶ ποικίλον καὶ οὐδέποτε ταὐτόν, πόθεν θρέψεται. Δῆλον, ἔφη, ὅτι ἐάν τε ἱερὰ χρήματα ᾖ ἐν τῇ πόλει, ταῦτα ἀναλώσει, ὁποι ποτὲ ἂν ἀεὶ ἐξαρκῇ τὰ τῶν ἀποδομένων, ἐλάττους εἰσφορὰς ἀναγκάζων τὸν δῆμον εἰσφέρειν. Τί δ' ὅταν δὴ ταῦτα ἐπιλίπῃ; Δῆλον, ἔφη, ὅτι ἐκ τῶν πατρῴων θρέψεται αὐτός τε καὶ

lis, qui perinde ac nos rem publicam administrant, quod eos in nostram rem publicam non admittimus tanquam tyrannidis probatores. *Adi.* Ignoscent, ut arbitror, quicunque inter eos facundiores sunt. *So.* Ceteras vero circumeunt civitates turbam congregantes: et egregiis et grandibus probabilibusque vocibus, quibus non deest pretium, respublicas in tyrannides trahunt et popularem statum. *Adi.* Vehementer. *So.* Nonne pro his pretium capiunt honoranturque? in primis quidem, ut verisimile est, a tyrannis, deinde etiam a populari conditione. at vero quo altius ascendunt in arduum rerum publicarum verticem, magis eorum deficit honor, quasi defessus crebriore anhelitu anxius progredi non valeret. *Adi.* Ita nimirum. *So.* Sed ne, postquam huc digressi sumus, ulterius digrediamur, dicamus, unde tyrannus exercitum illum suum praeclarum, varium semperque diversum alat. *Adi.* Constat in primis, quod si quae sunt sacrae opes in civitate, eas surripiet consumetque, quousque illa sufficient, quae venduntur, dum leviora exigit a plebe tributa. *So.* Quid si opes istae defecerint? *Adi.* Patet, quod ex paternis aletur et ipse et

οἱ συμπόται τε καὶ ἑταῖροι καὶ ἑταῖραι. Μανθάνω, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ὁ δῆμος ὁ γεννήσας τὸν τύραννον θρέψει αὐτόν τε καὶ ἑταίρους. Πολλὴ αὐτῷ, ἔφη, ἀνάγκη. Πῶς δὲ λέγεις; εἶπον· ἐάν τε ἀγανακτῇ τε καὶ λέγῃ ὁ δῆμος ὅτι οὔτε δίκαιον τρέφεσθαι ὑπὸ πατρὸς υἱὸν ἡβῶντα, ἀλλὰ τοὐναντίον ὑπὸ υἱέος πατέρα, οὔτε τούτου αὐτὸν ἕνεκα ἐγέννησέ τε καὶ κατέστησεν, ἵνα ἐπεὶ 569
δὴ μέγας γένοιτο, τότε αὐτὸς δουλεύων τοῖς αὑτοῦ δούλοις τρέφοι ἐκεῖνόν τε καὶ τοὺς δούλους μετὰ ξυγκλύδων ἄλλων, ἀλλ' ἵνα ἀπὸ τῶν πλουσίων τε καὶ καλῶν κἀγαθῶν λεγομένων ἐν τῇ πόλει ἐλευθερωθείη ἐκείνου προστάντος· καὶ νῦν κελεύει ἀπιέναι ἐκ τῆς πόλεως αὐτόν τε καὶ τοὺς ἑταίρους, ὥς περ πατὴρ υἱὸν ἐξ οἰκίας μετὰ ὀχληρῶν ξυμποτῶν ἐξελαύνων. Γνώσεταί γε νὴ Δία, ἦ δ' ὅς, τότ' ἤδη ὁ δῆμος οἷος οἷον θρέμμα γεννῶν ἠσπάζετό τε καὶ ἠύξε, καὶ ὅτι ἀσθενέστερος ὢν ἰσχυροτέρους ἐξελαύνει. Πῶς, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις; τολμήσει τὸν πατέρα βιάζεσθαι, κἂν μὴ πείθηται, τύπτειν, ὁ τύραννος; Ναί, ἔφη, ἀφελόμενός γε τὰ ὅπλα. Πατραλοίαν, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις τύραννον καὶ χαλεπὸν γηροτρόφον, καὶ ὡς ἔοικε, τοῦτο δὴ ὁμολογουμένη ἂν

collegae ipsius contubernalesque et scorta. *So.* Intelligo equidem, quod populus, qui tyrannum genuit, ipsum amicosque eius enutriet. *Adi.* Ita cogitur. *So.* Quid vero, si succenseat populus, dicatque haud aequum esse, ut adultus filius a patre amplius nutriatur, sed contra a filio pater: neque se ad hoc eum creasse, ut postquam adoleverit, tunc ipse, servis eius ministrans, nutriat et ipsum et ipsius servos et alios omnes undique confluentes eius adstipulatores: verum ut a divitibus his, qui praeclari et boni existimantur in civitate, eo praeside liberetur: atque ita iubeat populus abire illum e civitate eiusque amicos, perinde ac pater filium domo una cum debacchantium turba depellens? *Adi.* Agnoscet per Iovem tunc demum populus, qualis ipse, et quali bestia delectatus sit, dum eam generaret atque educaret: quamque ipse debilior potentiores eiicere tentat. *So.* Quid ais? audebit tyrannus patri vim inferre, et si non obtemperet, verberare? *Adi.* Immo vero: nam auferet arma. *So.* Parricidam ergo dicis esse tyrannum durumque senectutis educatorem? Atque ut videtur, haec proprie est tyrannis: utque fertur, populus servi-

ἤδη τυραννὶς εἴη, καὶ τὸ λεγόμενον, ὁ δῆμος φεύγων ἂν καπνὸν δουλείας ἐλευθέρων εἰς πῦρ δούλων δεσποτείας ἂν ἐμπεπτωκὼς εἴη, ἀντὶ τῆς πολλῆς ἐκείνης καὶ ἀκαίρου ἐλευθερίας τὴν χαλεπωτάτην τε καὶ πικροτάτην δούλων δουλείαν μεταμπισχόμενος. Καὶ μάλα, ἔφη, ταῦτα οὕτω γίγνεται. Τί οὖν, εἶπον, οὐκ ἐμμελῶς ἡμῖν εἰρήσεται, ἐὰν φῶμεν ἱκανῶς διειληλυθέναι ὡς μεταβαίνει τυραννὶς ἐκ δημοκρατίας γενομένη τε οἵα ἐστίν; Πάνυ μὲν οὖν ἱκανῶς, ἔφη.

tutis liberorum fugiens fumum, in flammam servorum dominationis incidit, loco ingentis illius et importunae libertatis durissimam acerbissimamque servorum subiens servitutem. *Adi.* Ita nimirum accidit. *So.* An non igitur probe a nobis dictum fuerit, si sufficienter narrasse asseveremus, quo pacto tyrannis ex populari gubernatione nascatur, et, nata cum est, qualis sit? *Adi.* Valde quidem sufficienter.

Θ.

71 Αὐτὸς δὴ λοιπός, ἦν δ' ἐγώ, ὁ τυραννικὸς ἀνήρ, σκέψασθαι πῶς τε μεθίσταται ἐκ δημοκρατικοῦ, γενόμενός τε ποῖός τίς ἐστι καὶ τίνα τρόπον ζῇ, ἄθλιον ἢ μακάριον. Λοιπὸς γὰρ οὖν ἔτι οὗτος, ἔφη. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὃ ποθῶ ἔτι; Τὸ ποῖον; Τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, οἵαί τε καὶ ὅσαι εἰσίν, οὗ μοι δοκοῦμεν ἱκανῶς διηρῆσθαι. τούτου δὲ ἐνδεῶς ἔχοντος ἀσαφεστέρα ἔσται ἡ ζήτησις οὗ ζητοῦμεν. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, ἔτι ἐν καλῷ; Πάνυ μὲν οὖν· καὶ σκόπει γ' ὃ ἐν αὐταῖς βούλομαι ἰδεῖν. ἔστι δὲ τόδε. τῶν μὴ ἀναγκαίων ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν δο- 10
κοῦσί τινές μοι εἶναι παράνομοι, αἳ κινδυνεύουσι μὲν ἐγγίγνεσθαι παντί, κολαζόμεναι δὲ ὑπό τε τῶν νόμων καὶ τῶν βελτιόνων ἐπιθυμιῶν μετὰ λόγου ἐνίων μὲν

Deinceps considerandum restat, qua ratione vir tyrannicus ex populari fiat, qualisque sit, et nunquid vitam ducat miseram, an beatam. *Adi.* Certe id reliquum est. *So.* Scis, quid adhuc desiderem? *Adi.* Quid? *So.* Nondum sufficienter distinxisse videmur; quot sint et quales cupiditates. ac nisi id constet, obscurior erit eius, quod quaerimus, inquisitio. *Adi.* Opportunum vero adhuc erit. *So.* Prorsus quidem. atque adverte, quid in eis nosse velim, est autem tale. Earum voluptatum et cupiditatum, quae non necessariae sunt, videntur mihi quaedam esse legibus repugnantes, quae omnibus quidem insunt, a legibus autem et melioribus cupiditatibus cum ratione pariter castigatae in

ἀνθρώπων ἢ παντάπασιν ἀπαλλάττεσθαι ἢ ὀλίγαι λείπεσθαι καὶ ἀσθενεῖς, τῶν δὲ ἰσχυρότεραι καὶ πλείους. Λέγεις δὲ καὶ τίνας, ἔφη, ταύτας; Τὰς περὶ τὸν ὕπνον, ἦν δ' ἐγώ, ἐγειρομένας, ὅταν τὸ μὲν ἄλλο τῆς ψυχῆς εὕδῃ, ὅσον λογιστικὸν καὶ ἥμερον καὶ ἄρχον ἐκείνου, τὸ δὲ θηριῶδές τε καὶ ἄγριον, ἢ σίτων ἢ μέθης πλησθέν, σκιρτᾷ τε καὶ ἀπωσάμενον τὸν ὕπνον ζητῇ ἰέναι καὶ ἀποπιμπλάναι τὰ αὑτοῦ ἤθη. οἶσθ' ὅτι πάντα ἐν τῷ τοιούτῳ τολμᾷ ποιεῖν, ὡς ἀπὸ πάσης λελυμένον τε καὶ ἀπηλλαγμένον αἰσχύνης καὶ φρονήσεως. μητρί τε γὰρ ἐπιχειρεῖν μίγνυσθαι, ὡς οἴεται, οὐδὲν ὀκνεῖ ἄλλῳ τε ὁτῳοῦν ἀνθρώπων καὶ θεῶν καὶ θηρίων, μιαιφονεῖν τε ὁτιοῦν, βρώματός τε ἀπέχεσθαι μηδενός· καὶ ἑνὶ λόγῳ οὔτε ἀνοίας οὐδὲν ἐλλείπει οὔτε ἀναισχυντίας. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Ὅταν δέ γε, οἶμαι, ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὑτοῦ καὶ σωφρόνως, καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ τὸ λογιστικὸν μὲν ἐγείρας ἑαυτοῦ καὶ ἐξιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων, εἰς σύννοιαν αὐτὸς αὑτῷ ἀφικόμενος, τὸ ἐπιθυμητικὸν δὲ μήτε ἐνδείᾳ δοὺς μήτε πλησμονῇ, ὅπως ἂν κοιμηθῇ καὶ μὴ

quibusdam hominibus vel omnino obsolescere, vel adeo reprimi, ut rarae admodum exilesque reddantur: in aliis autem vehementiores frequentioresque evadere. *Adi.* Quas potissimum istas vocas? *So.* Quae in somniis saepius excitantur, quando animi pars illa sopita languet, quae rationis est particeps et mansueta eiusque domina. alia vero in qua feritas est et agrestis immanitas, cum sit immoderato repleta potu atque pastu, exsultat tentatque excutere somnum et solitis libidinibus indulgere. tunc quippe nihil est quod non audeat, veluti soluta et libera omnibus verecundiae prudentiaeque praeceptis: ut aut cum matre corpus miscere videatur, aut cum quovis alio homine vel Deo, saepe et bellua; atque etiam trucidare aliquem, et impie cruentari, et a nulla prorsus voragine abstinere, nec, ut brevi complectar, ab ulla insania vel impudentia temperare. *Adi.* Vera nimium loqueris. *So.* At cum quis salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, et ea parte animi, in qua est ratio, excitata et recta, saturataque bonarum cogitationum epulis et ad se ipsam contemplando conversa, ea vero parte animi, quae voluptate alitur, nec inopia pressa nec satietate affluenti, ut quie-

παρέχῃ θόρυβον τῷ βελτίστῳ χαῖρον ἢ λυπούμενον, 572
ἀλλ' ἐᾷ αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον καθαρὸν σκοπεῖν καὶ ὀρέγεσθαι τοῦ αἰσθάνεσθαι ὃ μὴ οἶδεν, ἢ τι τῶν γεγονότων ἢ ὄντων ἢ καὶ μελλόντων, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ θυμοειδὲς πραΰνας καὶ μή τισιν εἰς ὀργὰς ἐλθὼν κεκινημένῳ τῷ θυμῷ καθεύδῃ, ἀλλ' ἡσυχάσας μὲν τὼ δύο εἴδη, τὸ τρίτον δὲ κινήσας ἐν ᾧ τὸ φρονεῖν ἐγγίγνεται, οὕτως ἀναπαύηται, οἶσθ' ὅτι τῆς τ' ἀληθείας ἐν τῷ τοιούτῳ μάλιστα ἅπτεται καὶ ἥκιστα παράνομοι τότε αἱ ὄψεις φαντάζονται τῶν ἐνυπνίων; *Παντελῶς* μὲν οὖν, ἔφη, οἶμαι οὕτως. *Ταῦτα* μὲν τοίνυν ἐπὶ πλέον ἐξήχθημεν εἰπεῖν· ὃ δὲ βουλόμεθα γνῶναι, τόδ' ἐστίν, ὡς ἄρα δεινόν τι καὶ ἄγριον καὶ ἄνομον ἐπιθυμιῶν εἶδος ἑκάστῳ ἔνεστι, καὶ πάνυ δοκοῦσιν ἡμῶν ἐνίοις μετρίοις εἶναι. τοῦτο δὲ ἄρα ἐν τοῖς ὕπνοις γίγνεται ἔνδηλον. εἰ οὖν τι δοκῶ λέγειν καὶ ξυγχωρεῖς, ἄθρει. *Ἀλλὰ ξυγχωρῶ.* Τὸν τοίνυν δημοτικὸν ἀναμνήσθητι οἷον ἔφαμεν εἶναι. ἦν δέ που γεγονὼς ἐκ νέου ὑπὸ φειδωλῷ πατρὶ τεθραμμένος, τὰς χρηματιστικὰς ἐπιθυμίας τιμῶντι μόνας, τὰς δὲ μὴ ἀναγκαίους ἀλλὰ παιδιᾶς τε καὶ καλλωπισμοῦ ἕνεκα γιγνομένας ἀτιμάζοντι.

scat maxime neque optimam partem illam aut gestiendo aut merendo perturbet, sed sinat eam per se ipsam solam ac puram considerare, indagare atque percipere quicquam ignotum hactenus vel praesentium vel praeteritorum vel futurorum: illa etiam tertia parte animi, in qua irarum aestuat ardor, sedata atque restincta usque adeo, ut nulli infensa quiescat, atque ita, inquam partibus quidem duabus pacatis, mente vero erecta, somno se comparet, tunc demum mens pura veritatem attingit, neque in somniorum visa nefaria sese obiiciunt. *Adi.* Sic prorsus existimo. *So.* Quid plura? id summatim volumus. Unicuique inesse speciem quandam cupiditatum, diram, agrestem atque iniquam: atque etiam in his, qui inter homines maxime moderati videntur. quod in somnis fit manifestum. si quid ergo dicere videor et consentis, animadverte. *Adi.* Consentio equidem. *So.* Recordare, qualem virum esse diximus popularem. erat autem is, qui ab ineunte aetate sub parco nutritus est patre, qui lucri cupiditati indulsit solum, ceteras vero non necessarias, sed ludi ornatusque comites sprevit. nonne ita? *Adi.* Ita prorsus. *So.*

ἦ γάρ; Ναί. Συγγενόμενος δὲ κομψοτέροις ἀνδράσι καὶ μεσοῖς ὧν ἄρτι διήλθομεν ἐπιθυμιῶν, ὁρμήσας εἰς ὕβριν τε πᾶσαν καὶ τὸ ἐκείνων εἶδος μίσει τῆς τοῦ πατρὸς φειδωλίας, φύσιν δὲ τῶν διαφθειρόντων βελτίω ἔχων, ἀγόμενος ἀμφοτέρωσε κατέσχη εἰς μέσον ἀμφοῖν τοῖν τρόποιν, καὶ μετρίως δή, ὡς ᾤετο, ἑκάσων ἀπολαύων οὔτε ἀνελεύθερον οὔτε παράνομον βίον ζῇ, δημοτικὸς ἐξ ὀλιγαρχικοῦ γεγονώς. Ἦν γάρ, ἔφη, καὶ ἔξιν αὕτη ἡ δόξα περὶ τὸν τοιοῦτον. Θὲς τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πάλιν τοῦ τοιούτου ἤδη πρεσβυτέρου γεγονότος νέον υἱὸν ἐν τοῖς τούτου αὖ ἤθεσι τεθραμμένον. Τίθημι. Τίθει τοίνυν καὶ τὰ αὐτὰ ἐκεῖνα περὶ αὐτὸν γιγνόμενα ἅ περ καὶ περὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἀγόμενόν τε εἰς πᾶσαν παρανομίαν, ὀνομαζομένην δ' ὑπὸ τῶν ἀγόντων ἐλευθερίαν ἅπασαν· βοηθοῦντά τε [redacted]ις ἐν μέσῳ ταύταις ἐπιθυμίαις πατέρα τε καὶ [redacted] ἄλλους οἰκείους, τοὺς δ' αὖ παραβοηθοῦντας· ὅταν δ' ἐλπίσωσιν οἱ δεινοὶ μάγοι τε καὶ τυραννοποιοὶ οὗτοι μὴ ἄλλως τὸν νέον καθέξειν, ἔρωτά τινα αὐτῷ μηχανωμένους ἐμποιῆσαι προστάτην τῶν ἀργῶν καὶ τὰ ἕτοιμα διανεμομένων ἐπιθυμιῶν, ὑπόπτερον καὶ μέ-

Conversatus deinde cum elatioribus viris plenisque libidinibus his, quas modo narravimus, declinare coepit ad petulantiam omnem eorumque mores, paternae parsimoniae odio. cum vero ingenio meliore esset quam corruptores, utrinque distractus, mediam nactus est utriusque moris affectionem: moderate utrumque secutus, ut ipse putat, neque illiberalem neque dissolutam vitam agens, ex paucorum potentiae cupido mutatus in popularem. *Adi.* Erat utique et est circa huiusceemodi virum haec opinio. *So.* Pone rursus huius grandioris effecti filium, primis ab annis sub parentis moribus enutritum. *Adi.* Pono. *So.* Ponas iterum eadem sibi accidere, quae patri contigerant, ut ad omne trahatur flagitium et lascivientis vitae licentiam, quae tamen hi, qui trahunt, integram nominent libertatem: pater autem aliique domestici mediis istis cupiditatibus suffragentur: qui vero ipsi opem suggerunt, quando scilicet iam speraverint vehementes illi incantatores nutritoresque tyrannidis, adolescentem se non aliter continere posse, amorem in eo aliquem quibusdam machinationibus excitent, praesidem tutoremque otiosorum et ad libidinem illi subministrantium desideriorum, alatum certe et ingentem fa-

γαν κηφῆνα τινά. ἦ τί ἄλλο οἴει εἶναι τὸν τῶν τοιού- 573
των ἔρωτα; Οὐδὲν ἔγωγε, ἦ δ' ὅς, ἀλλ' ἢ τοῦτο. Οὐκοῦν ὅταν δὴ περὶ αὐτὸν βομβοῦσαι καὶ αἱ ἄλλαι ἐπιθυμίαι, θυμιαμάτων τε γέμουσαι καὶ μύρων καὶ στεφάνων καὶ οἴνων καὶ τῶν ἐν ταῖς τοιαύταις συνουσίαις ἡδονῶν ἀνειμένων, ἐπὶ τὸ ἔσχατον αὔξουσαί τε καὶ τρέφουσαι πόθου κέντρον ἐμποιήσωσι τῷ κηφῆνι, τότε δὴ δορυφορεῖταί τε ὑπὸ μανίας καὶ οἰστρᾷ οὗτος ὁ προστάτης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐάν τινας ἐν αὑτῷ δόξας ἢ ἐπιθυμίας λάβῃ ποιουμένας χρηστὰς καὶ ἔτι ἐπαισχυνομένας, ἀποκτείνει τε καὶ ἔξω ὠθεῖ παρ' αὑτοῦ, ἕως ἂν καθήρῃ σωφροσύνης, μανίας δὲ πληρώσῃ ἐπακτοῦ. Παντελῶς, ἔφη, τυραννικοῦ ἀνδρὸς λέγεις γένεσιν. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ πάλαι διὰ τὸ τοιοῦτον τύραννος ὁ Ἔρως λέγεται; Κινδυνεύει, ἔφη. Οὐκοῦν, ὦ φίλε, εἶπον, καὶ μεθυσθεὶς ἀνὴρ τυραννικόν τι φρόνημα ἴσχει; Ἴσχει γάρ. Καὶ μὴν ὅ γε μαινόμενος καὶ ὑποκεκινηκὼς οὐ μόνον ἀνθρώπων ἀλλὰ καὶ θεῶν ἐπιχειρεῖ τε καὶ ἐλπίζει δυνατὸς εἶναι ἄρχειν. Καὶ μάλ', ἔφη. Τυραννικὸς δέ, ἦν δ' ἐγώ, ὦ δαιμόνιε ἀνήρ, ἀκριβῶς γίγνεται, ὅταν ἢ φύσει ἢ ἐπιτηδεύμασιν ἢ ἀμφοτέροις μεθυσικός τε καὶ ἐρωτικὸς καὶ μελαγχολικὸς γένηται. Παντελῶς μὲν οὖν.

cum. nunquid aliud amorem talium esse putas? *Adi.* Nihil aliud. *So.* Quando vero circa ipsum susurrantes cupiditates aliae, refertae nidore, unguentis, coronis ac mero, resolutisque consuetudinum talium voluptatibus, coaugent prorsus aluntque desiderium illud, atque ita fuco aculeum addunt: tunc iam hic animi praeses furit omnino, dementia ipsa fervet; atque stipatus inde satellitibus et stimulo percitus, ac si quas intra se frugales et verecundas opiniones cupiditatesque offenderit, exstirpat eas protinus et expellit, quousque temperantiam omnem eiiciat, seque forensi et aliena insania repleat. *Adi.* Egregie tyrannici viri refers originem. *So.* Nonne et olim hanc ob causam Amor tyrannus est dictus? *Adi.* Videtur plane. *So.* Et ebrius vir, o amice, nonne tyrannicum gerit animum? *Adi.* Sane. *So.* Quin etiam furiosus et extra se positus non solum hominibus, sed et Diis imperare contendit, speratque se id consecuturum. *Adi.* Vehementer. *So.* Tyrannicus autem, o beate vir, revera fit, quando vel natura vel studiis vel ambobus temulentus, amori obnoxius

Γίγνεται μέν, ὡς ἔοικεν, οὕτω καὶ τοιοῦτος ἀνήρ· ζῇ δὲ δὴ πῶς; Τὸ τῶν παιζόντων, ἔφη, τοῦτο σὺ καὶ ἐμοὶ ἐρεῖς. Λέγω δή, ἔφην. οἶμαι γάρ, τὸ μετὰ τοῦτο ἑορταὶ γ' γνονται παρ' αὐτοῖς καὶ κῶμοι καὶ θάλειαι καὶ ἑταῖραι καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, ὧν ἂν Ἔρως τύραννος ἔνδον οἰκῶν διακυβερνᾷ τὰ τῆς ψυχῆς ἅπαντα. Ἀνάγκη, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ πολλαὶ καὶ δειναὶ παραβλαξάνουσιν ἐπιθυμίαι ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἑκάστης, πολλῶν δεόμεναι; Πολλαὶ μέντοι. Ταχὺ ἄρα ἀναλίσκονται ἐάν τινες ὦσι πρόσοδοι. Πῶς δ' οὔ; Καὶ 10
μετὰ τοῦτο δὴ δανεισμοὶ καὶ τῆς οὐσίας παραιρέσεις. Τί μήν. Ὅταν δὲ δὴ πάντ' ἐπιλίπῃ, ἆρα οὐκ ἀνάγκη τὰς μὲν ἐπιθυμίας βοᾶν πυκνάς τε καὶ σφοδρὰς ἐννενεοττευμένας, τοὺς δ' ὥς περ ὑπὸ κέντρων ἐλαυνομένους τῶν τε ἄλλων ἐπιθυμιῶν καὶ διαφερόντως ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἔρωτος, πάσαις ταῖς ἄλλαις ὥς περ δορυφόροις ἡγουμένου, οἰστρᾶν καὶ σκοπεῖν τ.ς τι ἔχει, ὃν
574 *δυνατὸν ἀφελέσθαι ἀπατήσαντα ἢ βιασάμενον; Σφόδρά γ', ἔφη. Ἀναγκαῖον δὴ πανταχόθεν φέρειν, ἢ μεγάλαις ὠδῖσί τε καὶ ὀδύναις ξυνέχεσθαι; Ἀναγκαῖον.* 20

furiosus evadit. *Adi.* Prorsus ita se res habet. *So.* Ita igitur talis vir, ut apparet, efficitur. vivit autem quo pacto? *Adi.* Id vero, ut aiunt, qui iocantur, mihi tu dices. *So.* Dico equidem. post haec, ut arbitror, festis indulgent hachanalibus, commessationibus, scortis ceterisque huiuscemodi omnibus, hi quorum tyrannus Amor, intus animi incolens penetralia, regit omnia. *Adi.* Necesse est. *So.* Itaque multae profecto diesque noctesque vehementes cupiditates, multorum indigae, pullulant. *Adi.* Multae quidem. *So.* Cito igitur, si qui proventus exstiterint, consumuntur. *Adi.* Quidni? *So.* Post haec utique foenora et patrimonii dissipatio. *Adi.* Procul dubio. *So.* Quando vero deficiunt omnia, necesse est cupiditates vociferari atque conqueri, quae quidem frequentes ardentesque in nido animi delitescunt: eos autem veluti stimulis quibusdam perculsos, libidinibus scilicet aliis, praesertimque amore, aliarum omnium tanquam satellitum duce, iaciari efferique ad explorandum, si quis quicquam possideat, quod vel fraude surripi vel vi eripi possit. *Adi.* Maxime. *So.* Quapropter coguntur vel undique usurpare vel ingentibus stimulis et doloribus cruciari. *Adi.* Coguntur plane. *So.* Num, quem-

Ἆρ' οὖν, ὥς περ αἱ ἐν αὐτῷ ἡδοναὶ ἐπιγιγνόμεναι τῶν ἀρχαίων πλέον εἶχον καὶ τὰ ἐκείνων ἀφῃροῦντο, οὕτω καὶ αὐτὸς ἀξιώσει νεώτερος ὢν πατρός τε καὶ μητρὸς πλέον ἔχειν, καὶ ἀφαιρεῖσθαι, ἐὰν τὸ αὑτοῦ μέρος ἀναλώσῃ, ἀπονειμάμενος τῶν πατρῴων; Ἀλλὰ τί μήν; ἔφη. Ἐὰν δὲ δὴ αὐτῷ μὴ ἐπιτρέπωσιν, ἆρα οὐ τὸ μὲν πρῶτον ἐπιχειροῖ ἂν κλέπτειν καὶ ἀπατᾶν τοὺς γονέας; Πάντως. Ὁπότε δὲ μὴ δύναιτο, ἁρπάζοι ἄν. καὶ βιάζοιτο μετὰ τοῦτο; Οἶμαι, ἔφη. Ἀντεχομένων δὴ καὶ μαχομένων, ὦ θαυμάσιε, γέροντός τε καὶ γραός, ἆρ' εὐλαβηθείη ἂν καὶ φείσαιτο μή τι δρᾶσαι τῶν τυραννικῶν; Οὐ πάνυ, ἦ δ' ὅς, ἔγωγε θαῤῥῶ περὶ τῶν γονέων τοῦ τοιούτου. Ἀλλ', ὦ Ἀδείμαντε, πρὸς Διός, ἕνεκα νεωστὶ φίλης καὶ οὐκ ἀναγκαίας ἑταίρας γεγονυίας τὴν πάλαι φίλην καὶ ἀναγκαίαν μητέρα, ἢ ἕνεκα ὡραίου νεωστὶ φίλου γεγονότος, οὐκ ἀναγκαίου, τὸν ἄωρόν τε καὶ ἀναγκαῖον πρεσβύτην πατέρα καὶ τῶν φίλων ἀρχαιότατον δοκεῖ ἄν σοι ὁ τοιοῦτος πληγαῖς τε δοῦναι καὶ καταδουλώσασθαι ἂν αὐτοὺς ὑπ' ἐκείνοις, εἰ εἰς τὴν αὐτὴν οἰκίαν ἀγάγοιτο; Ναὶ μὰ Δί', ἦ δ' ὅς. Σφόδρα γε μακάριον, ἦν δ' ἐγώ, ἔοικεν εἶναι

admodum novae cupiditates ipsius adultae pristinas exsuperarunt et quae illarum erant, usurpavere: ita et ipse iustum esse censebit, ut ipse iunior plus habeat quam parentes, et si portionem suam consumpserit, paterna insuper eroget? *Adi.* Cur non? *So.* Quod si parentes illi nequaquam permiserint, principio furari eosque decipere aggredietur. *Adi.* Omnino. *So.* Sin istud non poterit, rapiet iam vimque parentibus inferet. *Adi.* Sic arbitror. *So.* Ac si pater materque senes, o mirifice vir, resistant repugnentque, nunquid eos verebitur, atque ita se continebit, ut nihil agat tyrannicum? *Adi.* Patri equidem ac matri sic affecti hominis timeo. *So.* Per Iovem, o Adimante, nunquid gratia nuper amatae cuiusdam concubinae non necessariae veterem amicam necessariamque matrem, aut gratia speciosi alicuius nuper amati adolescentis non necessarii deformem et necessarium senem patrem, et amicorum omnium antiquissimum, videtur tibi vir talis verberibus obiecturus: eosque illis subiecturus, si eandem in domum conduxerit? *Adi.* Per Iovem, omnino. *So.* Quam beatum esse videtur tyrannicum filium genuisse! *Adi.* Non multum.

τὸ τυραννικὸν υἱὸν τεκεῖν. Οὐ πάνυ γε, ἔφη. Τί δ', ὅταν δὴ τὰ πατρὸς καὶ μητρὸς ἐπιλείπῃ τὸν τοιοῦτον, πολὺ δὲ ἤδη ξυνειλεγμένον ἐν αὐτῷ ᾖ τὸ τῶν ἡδονῶν σμῆνος, οὗ πρῶτον μὲν οἰκίας τινὸς ἐφάψεται τοίχου ἢ τινος ὀψὲ νύκτωρ ἰόντος τοῦ ἱματίου, μετὰ δὲ ταῦτα ἱερόν τι νεωκορήσει; καὶ ἐν τούτοις δὴ πᾶσιν, ἃς πάλαι εἶχε δόξας ἐκ παιδὸς περὶ καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν, τὰς δικαίας ποιουμένας αἱ νεωστὶ ἐκ δουλείας λελυμέναι, δορυφοροῦσαι τὸν Ἔρωτα, κρατήσουσι μετ' ἐκείνου; αἳ πρότερον μὲν ὄναρ ἐλύοντο ἐν ὕπνῳ, ὅτε ἦν αὐτὸς ἔτι ὑπὸ νόμοις τε καὶ πατρὶ δημοκρατούμενος ἐν ἑαυτῷ· τυραννευθεὶς δὲ ὑπὸ Ἔρωτος, οἷος ὀλιγάκις ἐγίγνετο ὄναρ, ὕπαρ τοιοῦτος ἀεὶ γενόμενος, οὔ τέ τινος φόνου δεινοῦ ἀφέξεται οὔτε βρώματος οὔτ' ἔργου, ἀλλὰ τυραννικῶς ἐν αὐτῷ ὁ Ἔρως ἐν πάσῃ ἀναρχίᾳ καὶ ἀνομίᾳ ζῶν, ἅτε αὐτὸς ὢν μόναρχος, τὸν ἔχοντά τε αὐτὸν ὥς περ πόλιν ἄξει ἐπὶ πᾶσαν τόλμαν ὅθεν αὖτόν τε καὶ τὸν περὶ αὐτὸν θόρυβον θρέψει, τὸν μὲν ἔξωθεν εἰσεληλυθότα ἀπὸ κακῆς ὁμιλίας, τὸν δ' ἔνδοθεν ὑπὸ τῶν αὐτῶν τρόπων καὶ ἑαυτοῦ ἀνεθέντα καὶ ἐλευθερωθέντα. ἦ οὐχ οὗτος ὁ βίος τοῦ

So. Quid vero? cum parentum supellectilis non sufficiet, in eoque iam erit examen confertissimum voluptatum, an non primo parietem alicuius perfodiet domus, vel nocte tarde euntis pallium rapiet? deinde etiam templum aliquod exspoliabit? atque in his omnibus eas, quas olim a pueritia de honestis et turpibus, quasi iura quaedam, ex quibus iudicabatur, opiniones habuerat, illae, quae nuper a servitute solutae sunt, tanquam satellites stipantes Amorem, una cum eo iam superabunt: quae quondam dormiente illo per insomnia solvebantur, quando adhuc erat ille sub legibus paternisque praeceptis populari in se ipso institutus condition? tandem vero Amoris tyrannide irretitus, qualis raro erat in somnis, talis semper erit vigilans? nam et a nulla caede impia abstinebit, vel ingluvie vel facinore: sed tyrannice in ipso Amor omni cum licentia et transgressione vivens, utpote qui solus sit dominus, sibi subiectum hominem, tanquam civitatem, impudenter ad omnia rapiet: unde et se ipsum et turbam suorum satellitum nutriat, partim extrinsecus ingressam ex improba quadam consuetudine, partim intrinsecus ex iisdem moribus ab ipso solutam et liberatam. nonne haec talis hominis vita? *Adi.* Haec

τοιούτου; Οὗτος μὲν οὖν, ἔφη. Καὶ ἂν μέν γε, ἦν δ' ἐγώ, ὀλίγοι οἱ τοιοῦτοι ἐν πόλει ὦσι καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος σωφρονῇ, ἐξελθόντες ἄλλον τινὰ δορυφοροῦσι τύραννον ἢ μισθοῦ ἐπικουροῦσιν, ἐάν που πόλεμος ᾖ· ἐὰν δ' ἐν εἰρήνῃ τε καὶ ἡσυχίᾳ γένωνται, αὐτοῦ δὴ ἐν τῇ πόλει κακὰ δρῶσι σμικρὰ πολλά. Τὰ ποῖα δὴ λέγεις; Οἷα κλέπτουσι, τοιχωρυχοῦσι, βαλαντιοτομοῦσι, λωποδυτοῦσιν, ἱεροσυλοῦσιν, ἀνδραποδίζονται· ἔξι δ' ὅτε συκοφαντοῦσιν, ἐὰν δυνατοὶ ὦσι λέγειν, καὶ ψευδομαρτυροῦσι καὶ δωροδοκοῦσιν. Σμικρὰ γάρ, ἔφη, κακὰ λέγεις, ἐὰν ὀλίγοι ὦσιν οἱ τοιοῦτοι. Τὰ δὲ σμικρά, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τὰ μεγάλα σμικρά ἐστι, καὶ ταῦτα δὴ πάντα πρὸς τύραννον πονηρίᾳ τε καὶ ἀθλιότητι πόλεως, τὸ λεγόμενον, οὐδ' ἴκταρ βάλλει. ὅταν γὰρ δὴ πολλοὶ ἐν πόλει γένωνται οἱ τοιοῦτοι καὶ ἄλλοι οἱ ξυνεπόμενοι αὐτοῖς καὶ αἴσθωνται ἑαυτῶν τὸ πλῆθος, τότε οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν τύραννον γεννῶντες μετὰ δήμου ἀνοίας, ἐκεῖνον ὃς ἂν αὐτῶν μάλιστα αὐτὸς ἐν αὑτῷ μέγιστον καὶ πλεῖστον ἐν τῇ ψυχῇ τύραννον ἔχῃ. Εἰκότως γ', ἔφη· τυραννικώτατος γὰρ ἂν εἴη. Οὐκοῦν ἐὰν μὲν ἑκόντες ὑπείκωσιν· ἐὰν δὲ μὴ ἐπιτρέπῃ

prorsus. *So.* Ac si pauci tales in civitate sint, ceteri vero omnes modesti, prodeuntes alium quempiam utpote satellites armant muniuntque tyrannum ac si uspiam bellum imminet, stipendio conducti propugnant. sive pax agatur, ibidem in civitate minuta mala permulta committent. *Adi.* Qualia? *So.* Furabuntur, muros fodient, marsupia incident, exspoliabunt praedabunturque, sacra rapient, captos homines servire cogent: nec non calumniabuntur quandoque, si dicendo facundi sint, periuriisque decipient homines, et muneribus corrumpentur iudices. *Adi.* Minuta haec dicis mala, si pauci tales sint? *So.* Haec quidem, si ad maiora comparentur, dicuntur exigua. atque haec omnia ad tyrannum pravitate et miseria civitatis haudprope, ut proverbio fertur, accedere putandum est. quotiens enim in civitate tales multi reperiuntur eosque alii sequuntur multi, sentiuntque ingentem suorum copiam, tyrannum procreant cum inscitia populi illum prae ceteris, qui inter illos ita est affectus, ut eius in animo tyrannum habeant potentissimum. *Adi.* Consentaneum id quidem. tyrannus erit potentissimus. *So.* Nonne facile id fit, si cesserint omnes? sin autem

ἡ πόλις, ὥς περ τότε μητέρα καὶ πατέρα ἐκόλαζεν, οὕτω πάλιν τὴν πατρίδα, ἐὰν οἷός τ' ᾖ, κολάσεται ἐπεισαγόμενος νέους ἑταίρους, καὶ ὑπὸ τούτοις δὴ δουλεύουσαν τὴν πάλαι φίλην μητρίδα τε, Κρῆτές φασι, καὶ πατρίδα ἕξει τε καὶ θρέψει. καὶ τοῦτο δὴ τὸ τέλος ἂν εἴη τῆς ἐπιθυμίας τοῦ τοιούτου ἀνδρός. Τοῦτο, ἦ δ' ὅς, παντάπασί γε. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, οὗτοί γε τοιοίδε γίγνονται ἰδίᾳ καὶ πρὶν ἄρχειν; πρῶτον μὲν οἷς ἂν ξυνῶσιν, ἢ κόλαξιν ἑαυτῶν ξυνόντες καὶ πᾶν ἑτοίμοις ὑπηρετεῖν, ἢ ἐάν τού τι δέωνται, αὐτοὶ ὑποπε- 1
576 σόντες, πάντα σχήματα τολμῶντες ποιεῖν ὡς οἰκεῖοι, διαπραξάμενοι δὲ ἀλλότριοι; Καὶ σφόδρα γε. Ἐν παντὶ ἄρα τῷ βίῳ ζῶσι φίλοι μὲν οὐδέποτε οὐδενί, αἰεὶ δέ του δεσπόζοντες ἢ δουλεύοντες ἄλλῳ. ἐλευθερίας δὲ καὶ φιλίας ἀληθοῦς τυραννικὴ φύσις ἀεὶ ἄγευστος. Πάνυ μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν οὐκ ὀρθῶς ἂν τοὺς τοιούτους ἀπίστους καλοῖμεν; Πῶς δ' οὔ; Καὶ μὴν ἀδίκους γε ὡς οἷόν τε μάλιστα, εἴ περ ὀρθῶς ἐν τοῖς πρόσθεν ὡμολογήσαμεν περὶ δικαιοσύνης, οἷόν ἐστιν. Ἀλλὰ μήν, ἦ δ' ὅς, ὀρθῶς γε. Κεφαλαιωσώμεθα τοίνυν, ἦν δ' ἐ- 2
γώ, τὸν κάκιστον. ἔστι δέ που, οἷον ὄναρ διήλθομεν, ὃς

civitas tyranno huic obstiterit, tunc sane is, quemadmodum in superioribus patrem matremque subegit, sic rursus et patriam pro viribus subiget, alios inducens iuvenes: hisque servire coget olim sibi caram patriam matriamque, ut more Cretensium loquar, tam educatione quam habitu: atque is erit cupiditatis eius hominis finis. *Adi.* Sic prorsus. *So.* Nonne isti tales privatim fiunt, antequam dominentur? principio cum his conversantur ut plurimum, qui blandiuntur illis et in omnibus assentantur, ac si qua re indigeant, idem et ipsi agunt, submittunt se, et quamcunque gerunt personam, tanquam domestici: voti vero compotes cum facti sunt, extraneos se esse declarant. *Adi.* Et maxime quidem. *So.* Omnem ita aetatem agunt. amici quidem nemini unquam. semper autem dominantes alicui servientes. libertatem vero et amicitiam vecam natura nunquam tyrannica gustat. *Adi.* Maxime. *So.* Nonne huiusmodi homines iure infidos nominabimus? *Adi.* Iure. *So.* Quinetiam iniustos, quam maxime fieri potest, si modo in superioribus recte, invicem quale quid iustitia sit, concessimus. *Adi.* Recte quidem. *So.* Concludamus igitur, qui sit vir pessimus. est autem is, qui talis est vigilans: qualem supra figuravimus som-

ἂν ὕπαρ τοιοῦτος ᾖ. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν οὗτος γίγνεται ὃς ἂν τυραννικώτατος φύσει ὢν μοναρχήσῃ· καὶ ὅσῳ ἂν πλείω χρόνον ἐν τυραννίδι βιῷ, τοσούτῳ μᾶλλον τοιοῦτος. Ἀνάγκη, ἔφη διαδεξάμενος τὸν λόγον ὁ Γλαύκων.

Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὃς ἂν φαίνηται πονηρότατος, καὶ ἀθλιώτατος φανήσεται; καὶ ὃς ἂν πλεῖστον χρόνον καὶ μάλιστα τυραννεύσῃ, μάλιστά τε καὶ πλεῖστον χρόνον τοιοῦτος γεγονὼς τῇ ἀληθείᾳ; τοῖς δὲ πολλοῖς πολλὰ καὶ δοκεῖ. Ἀνάγκη, ἔφη, ταῦτα γοῦν οὕτως ἔχειν. Ἄλλο τι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅ γε τυραννικὸς κατὰ τὴν τυραννουμένην πόλιν ἂν εἴη ὁμοιότητι, δημοτικὸς δὲ κατὰ δημοκρατουμένην, καὶ οἱ ἄλλοι οὕτως; Τί μήν; Οὐκοῦν, ὅ τι πόλις πρὸς πόλιν ἀρετῇ καὶ εὐδαιμονίᾳ, τοῦτο καὶ ἀνὴρ πρὸς ἄνδρα; Πῶς γὰρ οὔ; Τί οὖν ἄρα ἡ τυραννουμένη πόλις πρὸς βασιλευομένην οἵαν τὸ πρῶτον διήλθομεν; Πᾶν τοὐναντίον, ἔφη· ἡ μὲν γὰρ ἀρίστη, ἡ δὲ κακίστη. Οὐκ ἐρήσομαι, εἶπον, ὁποτέραν λέγεις· δῆλον γάρ. ἀλλ' εὐδαιμονίας τε αὖ καὶ ἀθλιότητος ὡσαύτως ἢ ἄλλως κρίνεις; καὶ μὴ ἐκπληττώμεθα πρὸς τὸν τύραννον ἕνα ὄντα βλέποντες, μηδ' εἴ τινες ὀλίγοι περὶ ἐκεῖνον, ἀλλ' ὡς χρὴ ὅλην τὴν πόλιν εἰσελθόντας θεάσασθαι, κα-

niantem. *Adi.* Omnino. *So.* Talis utique fit, quisquis cum natura tyrannicus maxime sit, ut solus dominetur, assequitur: et quo diutius in tyrannide vivit, eo magis est talis. *Glau.* Ita necesse est. *So.* Quisquis iniquissimus apparet, et miserrimus apparebit: et qui diutissime, maximeque potitur tyrannide, maxime et diutissime iniquissimus revera est et miserrimus. multis autem multa videbuntur. *Glau.* Ita se haec habere necesse est. *So.* Tyrannicus vir civitati tyrannide oppressae simillimus: popularis vir populari, ceterique similiter. *Glau.* Quidni? *So.* Sicut se habet ad civitatem civitas virtute et felicitate, ita vir quoque se habet ad virum. *Glau.* Nihil prohibet. *So.* Quomodo se habet tyranno subiecta civitas ad eam, quae regi paret, qualem primo descripsimus? *Glau.* Contra omnino. nam una quidem optima, altera pessima. *So.* Haud interrogabo, quam dicas. constat enim. Verum de beatitudine atque miseria eodem modo an alio, iudicas? neque vero tyrannicae civitatis speciem admiremur, ad solum tyrannum respicientes, aut ad eos paucos, qui cum eo rerum potiuntur: sed, ut decet omnem penitus civita-

ταδύντες εἰς ἅπασαν καὶ ἰδόντες, οὕτω δόξαν ἀποφαινώμεθα. Ἀλλ' ὀρθῶς, ἔφη, προκαλεῖ· καὶ δῆλον παντὶ ὅτι τυραννουμένης μὲν οὐκ ἔστιν ἀθλιωτέρα, βασιλευομένης δὲ οὐκ εὐδαιμονεστέρα. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ περὶ τῶν ἀνδρῶν τὰ αὐτὰ ταῦτα προκαλούμενος
577 ὀρθῶς ἂν προκαλοίμην, ἀξιῶν κρίνειν περὶ αὐτῶν ἐκεῖνον ὃς δύναται τῇ διανοίᾳ εἰς ἀνδρὸς ἦθος ἐνδὺς διιδεῖν καὶ μὴ καθά περ παῖς ἔξωθεν ὁρῶν ἐκπλήττηται ὑπὸ τῆς τῶν τυραννικῶν προσχάσεως, ἣν πρὸς τοὺς ἔξω σχηματίζονται, ἀλλ' ἱκανῶς διορᾷ; εἰ οὖν οἰοίμην δεῖν ἐκείνου πάντας ἡμᾶς ἀκούειν, τοῦ δυνατοῦ μὲν κρῖναι, ξυνῳκηκότος δὲ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ παραγεγονότος ἔν τε ταῖς κατ' οἰκίαν πράξεσιν, ὡς πρὸς ἑκάστους τοὺς οἰκείους ἔχει, ἐν οἷς μάλιστα γυμνὸς ἂν ὀφθείη τῆς τραγικῆς σκευῆς, καὶ ἐν αὖ τοῖς δημοσίοις κινδύνοις· καὶ ταῦτα πάντα ἰδόντα κελεύοιμι ἐξαγγέλλειν πῶς ἔχει εὐδαιμονίας καὶ ἀθλιότητος ὁ τύραννος πρὸς τοὺς ἄλλους. Ὀρθότατ' ἄν, ἔφη, καὶ ταῦτα προκαλοῖο.
Βούλει οὖν, ἦν δ' ἐγώ, προσποιησώμεθα ἡμεῖς εἶναι τῶν δυνατῶν ἂν κρῖναι καὶ ἤδη ἐντυχόντων τοιούτοις, ἵνα ἔχωμεν ὅς τις ἀποκρινεῖται ἃ ἐρωτῶμεν; Πάνυ

tem ingressi, lustremus singula, et ad cuncta conversis oculis feramus sententiam. *Glau.* Probe admones. constat autem apud quemlibet nullam civitatem tyrannide pressa esse miseriorem, nullamque rege gubernata beatiorem esse. *So.* Si idem circa viros observari iuberem, num recte praeciperem? videlicet si censerem de his iudicare illum, qui cogitatione possit viri mentem irrepere ac mores penitus introspicere: neque, ut pueri solent, exteriorem infuens superficiem obstupescit, dum tyrannicam prospicit eminentiam, quam procul aspicientibus frequenter ostentant, sed perspicaciter iudicat: si, inquam, existimarem oportere nos omnes audire eum, qui discernere valeat, qui et una habitaverit et domesticis actionibus interfuerit, ubi noverit, quo pacto erga familiares singulos sit affectus, in quibus maxime qualis sit apparet, omnem exutus tragicum apparatum, rursusque popularibus in periculis: atque haec omnia dignoscentem declarare iuberem, quo pacto se ad alios tyrannus habeat, quo ad beatitudinem et miseriam, nunquid recte iuberem? *Glau.* Recte admodum et ista iuberes. *So.* Visne fingamus et nos ex eorum numero esse, qui iudicare possint atque illis adhaeserint, ut aliquem habeamus qui ad ea, quae interrogamus,

γε. Ἴσι δή μοι, ἔφην, ὧδε σκόπει. τὴν ὁμοιότητα ἀναμιμνησκόμενος τῆς τε πόλεως καὶ τοῦ ἀνδρός, οὕτω καθ' ἕκαστον ἐν μέρει ἀθρῶν, τὰ παθήματα ἑκατέρου λέγε. Τὰ ποῖα; ἔφη. Πρῶτον μέν, ἦν δ' ἐγώ, ὡς πόλιν εἰπεῖν, ἐλευθέραν ἢ δούλην τὴν τυραννουμένην ἐρεῖς; Ὡς οἷόν τ', ἔφη, μάλιστα δούλην. Καὶ μὴν ὁρᾷς γε ἐν αὐτῇ δεσπότας καὶ ἐλευθέρους. Ὁρῶ, ἔφη, σμικρόν γέ τι τοῦτο· τὸ δὲ ὅλον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐν αὐτῇ καὶ τὸ ἐπιεικέστατον ἀτίμως τε καὶ ἀθλίως δοῦλον. Εἰ οὖν, εἶπον, ὅμοιος ἀνὴρ τῇ πόλει, οὐ καὶ ἐν ἐκείνῳ ἀνάγκη τὴν αὐτὴν τάξιν ἐνεῖναι, καὶ πολλῆς μὲν δουλείας τε καὶ ἀνελευθερίας γέμειν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ταῦτα αὐτῆς τὰ μέρη δουλεύειν ἃ περ ἦν ἐπιεικέστατα, σμικρὸν δὲ καὶ τὸ μοχθηρότατον καὶ μανικώτατον δεσπόζειν; Ἀνάγκη, ἔφη. Τί οὖν; δούλην ἢ ἐλευθέραν τὴν τοιαύτην φήσεις εἶναι ψυχήν; Δούλην δή που ἔγωγε. Οὐκοῦν ἥ γε αὖ δούλη καὶ τυραννουμένη πόλις ἥκιστα ποιεῖ ἃ βούλεται; Πολύ γε. Καὶ ἡ τυραννουμένη ἄρα ψυχὴ ἥκιστα ποιήσει ἃ ἂν βουληθῇ, ὡς περὶ ὅλης εἰπεῖν ψυχῆς· ὑπὸ δὲ αἴσχρου ἀεὶ ἐλκομένη βίᾳ ταραχῆς καὶ μεταμελείας μεστὴ ἔσται.

respondeat? *Glau.* Volo equidem. *So.* Age utique, ita considera similitudinem, memoriam repetens civitatis ac viri: atque ita sigillatim vicissimque utriusque affectus animadverte. *Glau.* Dic, quales. *So.* Principio liberam civitatem tyrannicam dices an servam? *Glau.* Maxime omnium servam. *So.* Attamen in ea dominos ac liberos inspicis. *Glau.* Plane: sed exiguum quidem istud: universum vero, ut ita dicam, in ipsa et praestantissimum genus turpiter ac misere servum. *So.* Si igitur civitati vir similis, necesse est in illo eundem esse ordinem, multaque illiberalitate et servitute eius animum opprimi, easque animi partes servire, quae praestantissimae sunt: exilem vero partem ignavissimam, dementissimam dominari. *Glau.* Necessarium. *So.* Quid porro? servum an liberum huiusmodi animum appellabis? *Glau.* Servum. *So.* Atqui serva et tyranno subdita civitas minime, quae vult, agit. *Glau.* Nimirum. *So.* Tyrannicus igitur animus minime, quae vult, efficiet, ut sic de toto animo dicam: sed stimulo semper percitus violento, perturbatione poenitentiaque replebitur. *Glau.* Quidni.

Πῶς γὰρ οὔ; Πλουσίαν δὲ ἢ πενομένην ἀνάγκη τὴν τυραννουμένην πόλιν εἶναι; Πενομένην. Καὶ ψυ-
578 χὴν ἄρα τυραννικὴν πενιχρὰν καὶ ἄπληστον ἀνάγκη ἀεὶ εἶναι. Οὕτως, ἦ δ' ὅς. Τί δέ; φόβου γέμειν ἆρ' οὐκ ἀνάγκη τήν γε τοιαύτην πόλιν τόν τε τοιοῦτον ἄνδρα; Πολλή γε. Ὀδυρμοὺς δὲ καὶ ξενυγμοὺς καὶ θρήνους καὶ ἀλγηδόνας οἴει ἔν τινι ἄλλῃ πλείους εὑρήσειν; Οὐδαμῶς. Ἐν ἀνδρὶ δὲ ἡγεῖ τὰ τοιαῦτα ἐν ἄλλῳ τινὶ πλείω εἶναι, ἢ ἐν τῷ μαινομένῳ ὑπὸ ἐπιθυμιῶν τε καὶ ἐρώτων τούτῳ τῷ τυραννικῷ; Πῶς γὰρ ἄν; ἔφη. 10
Εἰς πάντα δή, οἶμαι, ταῦτά τε καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἀποβλέψας τήν γε πόλιν τῶν πόλεων ἀθλιωτάτην ἔκρινας. Οὐκοῦν ὀρθῶς; ἔφη. Καὶ μάλα, ἦν δ' ἐγώ. ἀλλὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς αὖ τοῦ τυραννικοῦ τί λέγεις εἰς ταὐτὰ ταῦτα ἀποβλέπων; Μακρῷ, ἔφη, ἀθλιώτατον εἶναι τῶν ἄλλων ἁπάντων. Τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, οὐκέτ' ὀρθῶς λέγεις. Πῶς; ἦ δ' ὅς. Οὔπω, ἔφην, οἶμαι, οὗτός ἐστιν ὁ τοιοῦτος μάλιστα. Ἀλλὰ τίς μήν; Ὅδε ἴσως σοι ἔτι δόξει εἶναι τούτου ἀθλιώτερος. Ποῖος; Ὃς ἄν, ἦν δ' ἐγώ, τυραννικὸς ὢν μὴ ἰδιώτην βίον κα- 20
ταβιῷ, ἀλλὰ δυστυχὴς ἦ καὶ αὐτῷ ὑπό τινος συμφορᾶς

So. Tyrannicam civitatem divitemne an pauperem esse necesse est? *Glau.* Pauperem. *So.* Animum quoque tyrannicum mendicum semper et inexplebilem necesse est esse. *Glau.* Est, ut dicis. *So.* Metu vero sollicitari an non necessarium est civitatem talem talemque virum? *Glau.* Valde. *So.* Lamentationes praeterea, suspiria, fletus, angustias, censes in alia civitate frequentiores te reperturum? *Glau.* Nullo pacto. *So.* In homine insuper alio talia quaedam plura inesse putas, quam in tyrannico isto, qui cupiditatibus amoribusque insanit? *Glau.* Quonam pacto? *So.* Profecto ad haec respiciens omnia, ceteraque generis eiusdem, civitatem tyrannicam civitatum omnium esse miserrimam iudicasti. *Glau.* An non recte? *So.* Summopere. verum de viro rursus tyrannico quid ais, quotiens eadem haec animadvertis? *Glau.* Longe cunctorum dico hunc esse miserrimum. *So.* Hoc non recte dicis. *Glau.* Quamobrem? *So.* Nondum hic est, ut arbitror, talis maxime. *Glau.* Quis ergo? *So.* Iste forsitan tibi hoc miserior esse videbitur. *Glau.* Quis inquam? *So.* Qui cum natura tyrannicus sit, vitam non agit privatam sed est infelix, et sorte quadam eo deducitur, ut tyrannide potiatur. *Glau.*

ἐκπορισθῇ ὡς τε τυράννῳ γενέσθαι. Τεκμαίρομαί σε, ἔφη, ἐκ τῶν προειρημένων ἀληθῆ λέγειν. Ναί, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλὰ οὐκ οἴεσθαι χρὴ τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' εὖ μάλα τῷ τοιούτῳ λόγῳ σκοπεῖν. περὶ γάρ τοι τοῦ μεγίστου ἡ σκέψις, ἀγαθοῦ τε βίου καὶ πακσῦ. Ὀρθότατα; ἦ δ' ὅς. Σκόπει δὴ εἰ ἄρα τι λέγω. δοκεῖ γάρ μοι δεῖν ἐννοῆσαι ἐκ τῶνδε περὶ αὐτοῦ σκοποῦντας. Ἐκ τίνων; Ἐξ ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἰδιωτῶν, ὅσοι πλούσιοι ἐν πόλεσιν ἀνδράποδα πολλὰ κέκτηνται. οὗτοι γὰρ τοῦτό γε προσόμοιον ἔχουσι τοῖς τυράννοις, τὸ πολλῶν ἄρχειν· διαφέρει δὲ τὸ ἐκείνου πλῆθος. Διαφέρει γάρ. Οἶσθα οὖν ὅτι οὗτοι ἀδεῶς ἔχουσι καὶ οὐ φοβοῦνται τοὺς οἰκέτας; Τί γὰρ ἂν φοβοῖντο; Οὐδέν, εἶπον· ἀλλὰ τὸ αἴτιον ἐννοεῖς; Ναί, ὅτι γε πᾶσα ἡ πόλις ἑνὶ ἑκάστῳ βοηθεῖ τῶν ἰδιωτῶν. Καλῶς, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. τί δέ; εἴ τις θεῶν ἄνδρα ἕνα, ὅτῳ ἔξιν ἀνδράποδα πεντήκοντα ἢ καὶ πλείω, ἄρας ἐκ τῆς πόλεως αὐτόν τε καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας θείη εἰς ἐρημίαν μετὰ τῆς ἄλλης οὐσίας τε καὶ τῶν οἰκετῶν, ὅπου αὐτῷ μηδεὶς τῶν ἐλευθέρων μέλλοι βοηθήσειν, ἐν ποίῳ ἄν τινι καὶ ὁπόσῳ φόβῳ οἴει γενέσθαι αὐτὸν περί τε αὑτοῦ καὶ παίδων

Ex his, quae dicta sunt, vera te loqui conjecto. *So.* Ita est. Verum non talia quaedam opinari oportet, immo vero diligentissime tali ratione investigare. de maximo enim quodam nobis disceptatio est, bona scilicet vita ac mala. *Glau.* Scite. *So.* Attende itaque, si quid dicam. videtur enim mihi ex his de hoc esse considerandum. *Glau.* Ex quibus? So. Ex unoquoque scilicet privatorum, quotcunque ita divitiis abundant, ut multa habeant mancipia. isti namque id tyrannis habent simile, quod multis imperant: interest autem, quod tyrannus pluribus dominatur. *Glau.* Interest utique. *So.* Nosti, quod isti securi cum familia vivunt, neque famulos metuunt? *Glau.* Nempe. quid enim metuant? *So.* Nihil. sed nunquid causam tenes? *Glau.* Equidem. quoniam videlicet civitas universa singulis privatorum succurrit. *So.* Praeclare loqueris. Quid si quis Deorum virum unum, cui quinquaginta vel plura mancipia sint, educat e civitate una cum uxore ac liberis, constituatque in solitudine cum rebus suis omnibus atque mancipiis, ubi liberorum hominum nullus ferre huic auxilium possit, quali eum et quanta formidine vexatum iri existimas, ne forte mancipia ipsum et filios

καὶ γυναικός, μὴ ἀπόλοιντο ὑπὸ τῶν οἰκετῶν; Ἐν
579 παιτί, ἦ δ' ὅς, ἔγωγε. Οὐκοῦν ἀνεγκάζοιτο ἄν τινας
ἤδη θωπεύειν αὐτῶν τῶν δωΐλων καὶ ὑπισχνεῖσθαι
πολλὰ καὶ ἐλευθεροῦν οὐδὲν δεόμενος, καὶ κόλαξ αὐ-
τὸς ἂν θεραπόντων ἀναφανείη; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη,
αὐτῷ, ἦ ἀπολωλέναι. Τί δ', εἰ καὶ ἄλλους, ἵν' ἐγώ,
ὁ θεὸς κύκλῳ κατοικίσειε γείτονας πολλοὺς αὐτῷ, οἳ
μὴ ἀνίχοιντο εἴ τις ἄλλος ἄλλου δεσπόζειν ἀξιοῖ, ἀλλ' εἴ
πού τινα τοιοῦτον λαμβάνοιεν, ταῖς ἐσχάταις τιμω-
ροῖντο τιμωρίαις; Ἔτι ἄν, ἔφη, οἶμαι μᾶλλον ἐν πάν- 10
τι κακοῦ εἴη, κύκλῳ φρουρούμενος ὑπὸ πάντων πολε-
μίων. Ἦ οὖν οὐκ ἐν τοιούτῳ μὲν δεσμωτηρίῳ δέδε-
ται ὁ τύραννος, φύσει ὢν οἷον διεληλύθαμεν, πολλῶν
καὶ παντοδαπῶν φόβων καὶ ἐρώτων μεστός; λίχνῳ δὲ
ὄντι αὐτῷ τὴν ψυχὴν μόνῳ τῶν ἐν τῇ πόλει οὔτε
ἀποδημῆσαι ἔξεστιν οὐδαμόσε οὔτε θεωρῆσαι ὅσων δὴ
καὶ οἱ ἄλλοι ἐλεύθεροι ἐπιθυμηταί εἰσι, καταδεδυκὼς
δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ τὰ πολλὰ ὡς γυνὴ ζῇ, φθονῶν καὶ τοῖς
ἄλλοις πολίταις, ἐάν τις ἔξω ἀποδημῇ καί τι ἀγαθὸν
ὁρᾷ; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν τοῖς τοιού- 15
τοις κακοῖς πλείω καρποῦται ἀνὴρ ὃς ἂν κακῶς ἐν

et uxorem interimant? *Glau.* Summa, ut arbitror. *So.* An non cogetur servis quibusdam blandiri, pollicerique multa, et manumittere, cum sibi nihil opus sit? unde et ad ministros suos ipse adulator erit. *Glau.* Cogetur penitus vel ita facere vel perire. *So.* Quid si alios adhuc deus circulo disposuerit proximos illi complurimos, qui nequaquam sustineant, ut alter alteri dominetur, ac si quem deprehenderint sibi dominium vendicantem, suppliciis extremis afficiant? *Glau.* Deteriorem admodum eius conditionem fore censeo, si hostium vallo circumcludatur. *So.* An non tali quodam carcere clausus est tyrannus, natura talis exsistens, qualem in superioribus explicavimus, multis videlicet diversisque timoribus et amoribus agitatum? Cum vero ingenio sit apprime cupido, huic soli neque egredi usquam licet, neque inspicere, quot liberi alii cupiunt: sed intra aedium parietes formidolosus, veluti mulier, commoratur, invidens civibus aliis, si quis extra moenia spatiatur et boni quicquam spectat. *Glau.* Sic prorsus. *So.* An non huiuscemodi malis plura insuper incurrit vir ille, qui male se ip-

ἑαυτῷ πολιτευόμενος, ὃν νῦν δὴ σὺ ἀθλιώτατον ἔκρινας τὸν τυραννικόν, ὡς μὴ ἰδιώτης καταβιῷ, ἀλλ' ἀναγκασθῇ ὑπό τινος τύχης τυραννεῦσαι καὶ ἑαυτοῦ ὢν ἀκράτωρ ἄλλων ἐπιχειρήσῃ ἄρχειν, ὥς περ εἴ τις κάμνοντι σώματι καὶ ἀκράτορι ἑαυτοῦ μὴ ἰδιωτεύων ἀλλ' ἀγωνιζόμενος πρὸς ἄλλα σώματα καὶ μαχόμενος ἀναγκάζοιτο διάγειν τὸν βίον; Παντάπασιν, ἔφη, ὁμοιότατά τε καὶ ἀληθέστατα λέγεις, ὦ Σώκρατες. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Γλαύκων, παντελῶς τὸ πάθος ἄθλιον, καὶ τοῦ ὑπὸ σοῦ κριθέντος χαλεπώτατα ζῇν χαλεπώτερον ἔτι ζῇ ὁ τυραννῶν; Κομιδῇ γ', ἔφη. Ἔστιν ἄρα τῇ ἀληθείᾳ, κἂν εἰ μὴ τῷ δοκῇ, ὁ τῷ ὄντι τύραννος τῷ ὄντι δοῦλος τὰς μεγίστας θωπείας καὶ δουλείας καὶ κόλαξ τῶν πονηροτάτων· καὶ τὰς ἐπιθυμίας οὐδ' ὁπωστιοῦν ἀποπιμπλάς, ἀλλὰ πλείστων ἐπιδεέστατος καὶ πένης τῇ ἀληθείᾳ φαίνεται, ἐάν τις ὅλην ψυχὴν ἐπίσηται θεάσασθαι, καὶ φόβου γέμων διὰ παντὸς τοῦ βίου σφαδασμῶν τε καὶ ὀδυνῶν πλήρης, εἴ περ τῇ τῆς πόλεως διαθέσει ἧς ἄρχει ἔοικεν. ἔοικε δέ. ἦ γάρ; Καὶ μάλα; ἔφη. Οὐκοῦν καὶ πρὸς τούτοις ἔτι ἀποδώσομεν τῷ ἀνδρὶ καὶ ἃ τὸ πρότερον εἴπομεν, ὅτι ἀνάγκη

sum gubernans, quem et tu modo miserrimum iudicabas tyrannicum, haudquaquam privatus vivit, sed fortunae vi quadam, ut tyrannidem exerceat, cogitur: cumque sibi ipsi imperare non possit, aliis imperare contendit? perinde ac si quis imbecillo corpore et suis se viribus non sustinente, cogatur, ut quietem agat secum ipse nunquam, sed adversus alia corpora certet ac pugnet. *Glau.* Simillima inducis, o Socrates, atque verissima. *So.* Nonne igitur, o amice Glauco, miserabilis omnino haec est conditio, duriorque vita est hominis nacti tyrannidem ea vita, quam tu supra durissimam iudicabas? *Glau.* Valde. *So.* Est autem re ipsa, quamvis alicui non videatur, vere tyrannus vere servus, extremae adulationi servitutique astrictus, libidinibus nequissimorum hominum adulator: qui appetitus suos explet nunquam, sed plurimis indiget semper, atque inops revera esse apparet, si quis penetralia animi ipsius inspexerit: pavore quin etiam perpetuo territus, et sollicitudine angustiaque vexatus, si modo civitatis eius statui, cui praecst, ipse est similis. similis autem exsistit. an non? *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Praeter haec viro huic illa etiam tribuemus, quae antea memoravimus, quod necesse est, eum et esse prius

καὶ εἶναι καὶ ἔτι μᾶλλον γίγνεσθαι αὐτῷ ἢ πρότερον διὰ τὴν ἀρχὴν φθονερῷ, ἀπίστῳ, ἀδίκῳ, ἀνοσίῳ καὶ πάσης κακίας πανδοκεῖ τε καὶ τροφεῖ, καὶ ἐξ ἁπάντων τούτων μάλιστα μὲν αὐτῷ δυστυχεῖ εἶναι, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς πλησίον αὐτῷ τοιούτους ἀπεργάζεσθαι. Οὐδείς σοι, ἔφη, τῶν νοῦν ἐχόντων ἀντερεῖ. Ἴθι δή μοι, ἔφην ἐγώ, νῦν ἤδη ὥς περ ὁ διὰ πάντων κριτὴς ἀποφαίνεται, καὶ σὺ οὕτω, τίς πρῶτος κατὰ τὴν σὴν δόξαν εὐδαιμονίᾳ καὶ τίς δεύτερος, καὶ τοὺς ἄλλους ἑξῆς πέντε ὄντας κρῖναι, βασιλικόν, τιμοκρατικόν, ὀλιγαρχικόν, δημοκρατικόν, τυραννικόν. Ἀλλὰ ῥᾳδία, ἔφη, ἡ κρίσις. καθά περ γὰρ εἰσῆλθον, ἔγωγε ὥς περ χοροὺς κρίνω, ἀρετῇ καὶ κακίᾳ καὶ εὐδαιμονίᾳ καὶ τῷ ἐναντίῳ. Μισθωσώμεθα οὖν κήρυκα, ἢν δ' ἐγώ, ἢ αὐτὸς ἀνείπω ὅτι ὁ Ἀρίστωνος υἱὸς τὸν ἄριστόν τε καὶ δικαιότατον εὐδαιμονέστατον ἔκρινε, τοῦτον δ' εἶναι τὸν βασιλικώτατον καὶ βασιλεύοντα αὑτοῦ, τὸν δὲ κάκιστόν τε καὶ ἀδικώτατον ἀθλιώτατον, τοῦτον δὲ αὖ τυγχάνειν ὄντα ὃς ἂν τυραννικώτατος ὢν ἑαυτοῦ τε ὅτι μάλιστα τυραννῇ καὶ τῆς πόλεως; Ἀνειρήσθω σοι, ἔφη. Ἢ οὖν προσαναγορεύω, εἶπον, ἐάν τε λανθάνωσι τοιοῦτοι ὄν-

et fieri postea multo magis, cum tyrannidem est adeptus, invidum, iniustum, expertem benivolentiae, impium, omnisque nequitiae sentinam ac fomitem: ex hisque eunctis esse miserrimum, atque alios etiam, qui adhaerent ipsi, similes reddere. *Glau.* Nullus mentis compos his contradixerit. *So.* Age, quemadmodum iudex omnia circumspiciens de singulis iudicat, ita tu in praesentia proferas, qui tuo iudicio primus beatitudine, qui secundus: ceterosque gradatim, qui in numero quinque sunt, enarra, regium, honorifici imperii studiosum, paucorum potentiae cupidum, popularem, atque tyrannicum. *Glau.* At facile iudicium istud. nam quemadmodum sum ingressus, istos, quasi choros, virtute et pravitate, beatitudine et huic contrario inter se comparo atque iudico. *So.* Num praeconem conducemus? an ego haec potius nuntiabo? Aristonis filium indicasse virum optimum et iustissimum esse beatissimum, eumque esse dixisse hominem maxime omnium regium, seque ipsum regentem: pessimum vero et iniquissimum esse miserrimum talemque eum esse, qui maxime tyrannus sit, seque ipsum et civitatem tyrannice premat? *Glau.* Ita sit promulgatum. *So.* Nunquid adiiciam, sive lateant sic af-

τες ἐάν τε μὴ πάντας ἀνθρώπους τε καὶ θεούς; Προσαναγόρευε, ἔφη.

Εἶεν δή, εἶπον· αὕτη μὲν ἡμῖν ἡ ἀπόδειξις μία ἂν εἴη. δευτέραν δὲ δεῖ τήνδε, ἐάν τι δόξῃ, εἶναι. Τίς αὕτη; Ἐπειδή, ὥς περ πόλις, ἦν δ' ἐγώ, διῄρηται κατὰ τρία εἴδη, οὕτω καὶ ψυχὴ ἑνὸς ἑκάστου τριχῇ, δέξεται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἑτέραν ἀπόδειξιν. Τίνα ταύτην; Τήνδε. Τριῶν ὄντων τριτταὶ καὶ ἡδοναί μοι φαίνονται, ἑνὸς ἑκάστου μία ἰδία· ἐπιθυμίαι τε ὡσαύτως καὶ ἀρχαί. Πῶς λέγεις; ἔφη. Τὸ μέν, φαμέν, ἦν ᾧ μανθάνει ἄνθρωπος, τὸ δὲ ᾧ θυμοῦται· τὸ δὲ τρίτον διὰ πολυειδίαν ἑνὶ οὐκ ἔχομεν ὀνόματι προσεπεῖν ἰδίῳ αὐτοῦ, ἀλλὰ ὃ μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον εἶχεν ἐν αὑτῷ, τούτῳ ἐπωνομάσαμεν. ἐπιθυμητικὸν γὰρ αὐτὸ κεκλήκαμεν διὰ σφοδρότητα τῶν τὴν περὶ ἐδωδὴν ἐπιθυμιῶν καὶ πόσιν καὶ ἀφροδίσια καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἀκόλουθα, καὶ φιλοχρήματον δή, ὅτι διὰ χρημάτων μάλιστα ἀποτελοῦνται αἱ τοιαῦται ἐπιθυμίαι. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη. Ἆρ' οὖν καὶ τὴν ἡδονὴν αὐτοῦ καὶ φιλίαν εἰ φαῖμεν εἶναι τοῦ κέρδους, μάλιστ' ἂν εἰς ἓν κεφάλαιον ἀπερειδοίμεθα τῷ λόγῳ, ὡς τέ τι ἡμῖν αὐτοῖς

581

fecti homines, sive non lateant homines pariter atque Deos? *Glau.* Adiice. *So.* Esto igitur. etenim una haec demonstratio sit: secundam vero, si videtur, hanc convenit intueri. *Glau.* Quaenam ista? *So.* Postquam sicuti civitas tres in species divisa est, ita et cuiusque anima trifariam dividetur, ut arbitror: atque hinc demonstratio secunda nascetur. *Glau.* Quaenam? *So.* Ista. Cum tres animae partes sint, tres quoque voluptates esse videntur, sua cuiusque partis propria. cupiditates quoque totidem et principatus. *Glau.* Quo pacto? *So.* Partem unam dicimus, qua homo discit; alteram, qua irascitur: tertiam vero propter varietatem uno non potuimus proprio ipsius vocabulo nominare, sed ex eo, quod in se continet maximum vehementissimumque, concupiscibile appellavimus, propter vehementiam earum cupiditatum, quae ad epulas et pocula et venerea rapiunt, et ea quae ista sequuntur: nec non avarum cognominavimus, quoniam ex pecuniis maxime huiusmodi cupiditates explentur. *Glau.* Recte. *So.* Ac si voluptatem eius et affectum lucri esse dixerimus, in unam maxime summam reducemus orationem, ut aliquid nobis certum ipsi significemus:

δηλοῦν, ὁπότε τοῦτο τῆς ψυχῆς τὸ μέρος λέγοιμεν; καὶ καλοῦντες αὐτὸ φιλοχρήματον καὶ φιλοκερδὲς ὀρθῶς ἂν καλοῖμεν; Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ, ἔφη. Τί δέ; τὸ θυμοειδὲς οὐ πρὸς τὸ κρατεῖν μέντοι φαμὲν καὶ νικᾶν καὶ εὐδοκιμεῖν ἀεὶ ὅλον ὡρμῆσθαι; Καὶ μάλα. Εἰ οὖν φιλόνεικον αὐτὸ καὶ φιλότιμον προσαγορεύοιμεν, ἦ ἐμμελῶς ἂν ἔχοι; Ἐμμελέστατα μὲν οὖν. Ἀλλὰ μὴν ᾧ γε μανθάνομεν, παντὶ δῆλον ὅτι πρὸς τὸ εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν ὅπῃ ἔχει πᾶν ἀεὶ τέταται, καὶ χρημάτων τε καὶ δόξης ἥκιστα τούτων τούτῳ μέλει. Πο- 1
λύ γε. Φιλομαθὲς δὴ καὶ φιλόσοφον καλοῦντες αὐτὸ κατὰ τρόπον ἂν καλοῖμεν; Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἄρχει ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν μὲν τοῦτο, τῶν δὲ τὸ ἕτερον ἐκείνων, ὁπότερον ἂν τύχῃ; Οὕτως, ἔφη. Διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἀνθρώπων λέγωμεν τὰ πρῶτα τριττὰ γένη εἶναι, φιλόσοφον, φιλόνεικον, φιλοκερδές; Κομιδῇ γε. Καὶ ἡδονῶν δὴ τρία εἴδη, ὑποκείμενον ἓν ἑκάστῳ τούτων; Πάνυ γε. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι εἰ ἐθέλοις τρεῖς τοιούτους ἀνθρώπους ἐν μέρει ἕκαστον ἀνερωτᾶν τίς τούτων τῶν βίων ἥδιστος, τὸν ἑαυ- 2
τοῦ ἕκαστος μάλιστα ἐγκωμιάσεται; ὅ τε χρηματιστικὸς πρὸς τὸ κερδαίνειν τὴν τοῦ τιμᾶσθαι ἡδονὴν ἢ τὴν

quotiens id ipsum partem hanc animae dicimus. atque si totum hoc pecuniarum et lucri cupidum nominemus, recte admodum appellabimus. *Glau.* Mihi quidem ita videtur. *So.* Quid vero? irascendi natura nonne ad potentiam, victoriam, gloriam, trahere totam asserimus? *Glau.* Magnopere. *So.* Si igitur eam contentiosam ambitiosamque appellabimus, nunquid recte? *Glau.* Rectissime. *So.* At vero partem illam, qua discimus, constat cuique omnem ad veritatem investigandam semper anniti, pecuniarumque et gloriae minimam curam habere. *Glau.* Omnino. *So.* Si tertium hoc discendi cupidum et philosophum nominabimus, haud ab re erit nomen impositum. *Glau.* Est, ut ais. *So.* Nonne dicimus in animis quorundam unam illarum partium dominari, in aliis aliam, quamcunque contigerit? *Glau.* Dicimus. *So.* Propterea dicimus tria hominum prima genera esse, philosophum, contentiosum, avarum. *Glau.* Prorsus. *So.* Voluptatum quoque species tres hisce subiectas, cuique suam. *Glau.* Omnino. *So.* Si unumquemque istorum seorsum interroges, quae vita istarum dulcissima, suam quisque ceteris anteponet. avarus quidem lucri ipsius comparationem honorum vel di-

τοῦ μανθάνειν οὐδενὸς ἀξίαν φήσει εἶναι, εἰ μὴ εἴ τις αὐτῶν ἀργύριον ποιεῖ. Ἀληθῆ, ἔφη. Τί δὲ ὁ φιλότιμος; ἦν δ' ἐγώ· οὐ τὴν μὲν ἀπὸ τῶν χρημάτων ἡδονὴν φορτικήν τινα ἡγεῖται, καὶ αὖ τὴν ἀπὸ τοῦ μανθάνειν, ὅ τι μὴ μάθημα τιμὴν φέρει, καπνὸν καὶ φλυαρίαν; Οὕτως, ἔφη, ἔχει. Τὸν δὲ φιλόσοφον, ἦν δ' ἐγώ, ποιώμεθα τὰς ἄλλας ἡδονὰς νομίζειν πρὸς τὴν τοῦ εἰδέναι τἀληθὲς ὅπῃ ἔχει καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ τινὶ ἀεὶ εἶναι μανθάνοντα, τῆς ἡδονῆς οὐ πάνυ πόρρω· καλεῖν τῷ ὄντι ἀναγκαίας, ὡς οὐδὲν τῶν ἄλλων δεόμενον, εἰ μὴ ἀνάγκη ἦν. Εὖ, ἔφη, δεῖ εἰδέναι. Ὅτε δὴ οὖν, εἶπον ἀμφισβητοῦνται ἑκάστου τοῦ εἴδους αἱ ἡδοναὶ καὶ αὐτὸς ὁ βίος, μὴ ὅτι πρὸς τὸ κάλλιον καὶ αἴσχιον ζῆν μηδὲ τὸ χεῖρον καὶ ἄμεινον, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ τὸ ἥδιον καὶ ἀλυπότερον, πῶς ἂν εἰδεῖμεν τίς αὐτῶν ἀληθέστατα 582
λέγει; Οὐ πάνυ, ἔφη, ἔγωγε ἔχω εἰπεῖν. Ἀλλ' ὧδε σκόπει. τίνι χρὴ κρίνεσθαι τὰ μέλλοντα καλῶς κριθήσεσθαι; ἆρ' οὐκ ἐμπειρίᾳ τε καὶ φρονήσει καὶ λόγῳ; ἢ τούτων ἔχοι ἄν τις βέλτιον κριτήριον; Καὶ πῶς ἄν; ἔφη. Σκόπει δή. τριῶν ὄντων τῶν ἀνδρῶν τις ἐμπειρότατος πασῶν ὧν εἴπομεν ἡδονῶν; πότερον ὁ φιλο-

sciplinarum oblectamenta nullius existimabit, nisi quid forsan ad argentum conferant. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Ambitiosus autem quaestus delectationem molestam putat: rursusque eam, quae discendo percipitur, nisi doctrina inanem et umbratilem hominum pariat gloriam. *Glau.* Ita res se habet. *So.* Philosophum quoque ponamus ceteras voluptates flocci pendentem, dum eas ad continuum diciplinarum gaudium, quo ipse fruitur investiganda veritate, comparat: vocantemque alias necessarias, quia illas secuturus non sit, nisi cogat necessitas. *Glau.* Bene id nosse oportet. *So.* Quando igitur cuiusque vitae voluptates ipsaque vita in contentionem venient, non de hoc, quod est honestius aut turpius vivere, vel melius aut deterius, sed de suaviori pacatiorique vitae statu: qua ratione discernemus, cuius sit sententia verior? *Glau.* Haud satis habeo, quid respondeam. *So.* Sic autem animadverte: Quanam re iudicare oportet, quaecunque recte diiudicanda sunt? nonne peritia, prudentia, ratione? an habet quisquam alia, quibus melius iudicet? *Glau.* Nullo modo. *So.* Attende igitur. cum tres sint, quis maxime expertus est omnes, quas narravi-

κερδής, μανθάνων αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν οἷόν ἐξιν, ἐμπειρότερος δοκεῖ σοι εἶναι τῆς ἀπὸ τοῦ εἰδέναι ἡδονῆς, ἢ ὁ φιλόσοφος τῆς ἀπὸ τοῦ κερδαίνειν; *Πολύ*, ἔφη, διαφέρει. τῷ μὲν γὰρ ἀνάγκη γεύεσθαι τῶν ἑτέρων ἐκ παιδὸς ἀρξαμένῳ· τῷ δὲ φιλοκερδεῖ, ὅπῃ πέφυκε τὰ ὄντα μανθάνοντι, τῆς ἡδονῆς ταύτης, ὡς γλυκεῖά ἔξιν, οὐκ ἀνάγκη γεύεσθαι οὐδ' ἐμπείρῳ γίγνεσθαι, μᾶλλον δὲ καὶ προθυμουμένῳ οὐ ῥᾴδιον. *Πολὺ ἄρ'*, ἦν δ' ἐγώ, διαφέρει τοῦ γε φιλοκερδοῦς ὁ φιλόσοφος ἐμπειρίᾳ ἀμφοτέρων τῶν ἡδονῶν. *Πολὺ μέντοι*. Τί δὲ τοῦ φιλοτίμου; ἆρα μᾶλλον ἄπειρός ἐσι τῆς ἀπὸ τοῦ τιμᾶσθαι ἡδονῆς ἢ ἐκεῖνος τῆς ἀπὸ τοῦ φρονεῖν; *Ἀλλὰ τιμὴ μέν*, ἔφη, ἐάν περ ἐξεργάζωνται ἐπὶ ὃ ἕκαστος ὥρμηκε, πᾶσιν αὐτοῖς ἕπεται· καὶ γὰρ ὁ πλούσιος ὑπὸ πολλῶν τιμᾶται καὶ ὁ ἀνδρεῖος καὶ ὁ σοφός, ὥς τε ἀπό γε τοῦ τιμᾶσθαι, οἷόν ἐσι, πάντες τῆς ἡδονῆς ἔμπειροι· τῆς δὲ τοῦ ὄντος θέας, οἵαν ἡδονὴν ἔχει, ἀδύνατον ἄλλῳ γεγεῦσθαι πλὴν τῷ φιλοσόφῳ. *Ἐμπειρίας μὲν ἄρα*, εἶπον, ἕνεκα κάλλισα τῶν ἀνδρῶν κρίνει οὗτος. *Πολύ γε*. *Καὶ μὴν μετά γε φρονήσεως μόνος ἔμπειρος γεγονὼς ἔσαι*. Τί μήν; *Ἀλλὰ μὴν καὶ δι' οὗ γε δεῖ ὀργάνου*

mus, voluptates? utrum avarus, discendo qualis sit veritas, magis tibi videtur expertus discendi iucunditatem quam philosophus lucri? an potius contra? *Glau.* Permultum interest. philosophum namque necesse est voluptatem alterius a pueritia degustasse. avarum autem haudquaquam necesse est in veritatis investigatione, quanta insit oblectatio, percepisse expertumque fuisse: immo vero, si nitatur, non facile istud assequitur. *So.* Longe igitur praestat avaro philosophus utrarumque voluptatum experientia. *Glau.* Longe. *So.* Ambitiosus vero nunquid magis sapientiae, quam philosophus honoris gustavit oblectamenta? *Glau.* Honor quidem omnes eos sequitur, si propositum sibi officium exsequantur. Etenim dives a multitudine honoratur, et fortis, et sapiens. quapropter omnes, quanta provenit ex honore voluptas, usu ipso intelligunt. quanta vero sit in veritatis contemplatione suavitas, solus sentit philosophus. *So.* Igitur quantum ad experientiam attinet, optime philosophus prae ceteris iudicat. *Glau.* Valde. *So.* Quin etiam una cum prudentia solus erit expertus. *Glau.* Nihil prohibet. *So.* Praeterea organum illud, per quod iudicandum est, non avari aut ambitiosi hominis,

κρίνεσθαι, οὐ τοῦ φιλοκερδοῦς τοῦτο ὄργανον οὐδὲ τοῦ φιλοτίμου, ἀλλὰ τοῦ φιλοσόφου. Τὸ ποῖον; Διὰ λόγων που ἔφαμεν δεῖν κρίνεσθαι. ἦ γάρ; Ναί. Λόγοι δὲ τούτου μάλιστα ὄργανον. Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν εἰ μὲν πλούτῳ καὶ κέρδει ἄριστα ἐκρίνετο τὰ κρινόμενα, ἃ ἐπῄνει ὁ φιλοκερδὴς καὶ ἔψεγεν, ἀνάγκη ἂν ἦν ταῦτα ἀληθέστατα εἶναι. Πολλή γε. Εἰ δὲ τιμῇ τε καὶ νίκῃ καὶ ἀνδρίᾳ, ἆρ' οὐχ ἃ ὁ φιλότιμός τε καὶ ὁ φιλόνεικος; Δῆλον. Ἐπειδὴ δ' ἐμπειρίᾳ καὶ φρονήσει καὶ λόγῳ; Ἀνάγκη, ἔφη, ἃ ὁ φιλόσοφός τε καὶ ὁ φιλολόγος ἐπαινεῖ, ἀληθέστατα εἶναι. Τριῶν ἄρα οὐσῶν τῶν ἡδονῶν ἡ τούτου τοῦ μέρους τῆς ψυχῆς ᾧ μανθάνομεν ἡδίστη ἂν εἴη, καὶ ἐν ᾧ ἡμῶν τοῦτο ἄρχει, ὁ τούτου βίος ἥδιστος; Πῶς δ' οὐ μέλλει; ἔφη· κύριος γοῦν ἐπαινέτης ὢν ἐπαινεῖ τὸν ἑαυτοῦ βίον ὁ φρόνιμος. Τίνα δὲ δεύτερον, εἶπον, βίον καὶ τίνα δευτέραν ἡδονὴν φησιν ὁ κριτὴς εἶναι; Δῆλον ὅτι τὴν τοῦ πολεμικοῦ τε καὶ φιλοτίμου· ἐγγυτέρω γὰρ αὐτοῦ ἐστὶν ἢ ἡ τοῦ χρηματιστοῦ. Τρίτην δὴ τὴν τοῦ φιλοκερδοῦς, ὡς ἔοικεν. Τί μήν; ἦ δ' ὅς.

Ταῦτα μὲν τοίνυν οὕτω δύ' ἐφεξῆς ἂν εἴη καὶ δὶς 583

sed philosophi est instrumentum. *Glau.* Quale istud? *So.* Per rationes enim esse diximus iudicandum. *Glau.* Diximus. *So.* Rationes autem praecipue philosophi sunt instrumenta. *Glau.* Patet. *So.* Si divitiis et lucro optima singula iudicarentur, quae laudaret vel improbaret vir quaestui deditus, necessse esset haec esse verissima. *Glau.* Penitus. *So.* Sin autem honore, victoria, fortitudine, quae ambitiosus et ad victoriam ardentissimus iudicaret? *Glau.* Constat. *So.* Postquam vero experientia, prudentia, ratione: necesse est, quae philosophus et rationum vir studiosus laudat, esse verissima. Quare cum tres voluptates sint, voluptas partis eius, qua discimus, erit utique suavissima: eiusque dulcissima vita, in quo haec pars dominatur. *Glau.* Nihil obstat. *So.* Nempe philosophus, apud quem vere iudicandi est auctoritas, suam laudat vitam. Quam vero secundam esse vitam, aut quam secundam voluptatem censet iudex? at constat, quod bellicosi ambitiosique hominis. propinquior enim illi haec quam avari. postremam igitur lucri cupidi vitam locare videtur. *Glau.* Quidni? *So.* Duo haec itaque sibi invicem ita succedunt, bisque

νενικηκὼς ὁ δίκαιος τὸν ἄδικον· τὸ δὲ τρίτον ὀλυμπικῶς τῷ σωτῆρί τε καὶ τῷ Ὀλυμπίῳ Διί, ἄθρει ὅτι οὐδὲ παναληθής ἐστιν ἡ τῶν ἄλλων ἡδονὴ πλὴν τῆς τοῦ φρονίμου, οὐδὲ καθαρά, ἀλλ' ἐσκιαγραφημένη τις, ὡς ἐγὼ δοκῶ μοι τῶν σοφῶν τινὸς ἀκηκοέναι. καί τοι τοῦτ' ἂν εἴη μέγιστόν τε καὶ κυριώτατον τῶν πτωμάτων. Πολύ γε· ἀλλὰ πῶς λέγεις; Ὥδ', εἶπον, ἐξευρήσω, σοῦ ἀποκρινομένου ζητῶν ἅμα. Ἐρώτα δή, ἔφη. Λέγε δή, ἦν δ' ἐγώ· οὐκ ἐναντίον φαμὲν λύπην ἡδονῇ; Καὶ μάλα. Οὐκοῦν καὶ τὸ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι εἶναί τι; Εἶναι μέντοι. Μεταξὺ τούτοιν ἀμφοῖν ἐν μέσῳ ὂν ἡσυχίαν τινὰ περὶ ταῦτα τῆς ψυχῆς; ἢ οὐχ οὕτως αὐτὸ λέγεις; Οὕτως, ἦ δ' ὅς. Ἆρα οὖ μνημονεύεις, ἦν δ' ἐγώ, τοὺς τῶν καμνόντων λόγους, οὓς λέγουσιν ὅταν κάμνωσιν. Ποίους; Ὡς οὐδὲν ἄρα ἐστὶν ἥδιον τοῦ ὑγιαίνειν, ἀλλὰ σφᾶς ἐλελήθει, πρὶν κάμνειν, ἥδιστον ὄν. Μέμνημαι, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τῶν περιωδυνίᾳ τινὶ ἐχομένων ἀκούεις λεγόντων ὡς οὐδὲν ἥδιον τοῦ παύσασθαι ὀδυνώμενον; Ἀκούω. Καὶ ἐν ἄλλοις γε, οἶμαι, πολλοῖς τοιούτοις αἰσθάνει γιγνομένους τοὺς ἀνθρώπους, ἐν οἷς ὅταν λυπῶνται, τὸ μὴ

iustus iam vicit iniustum. Tertium vero, Olympicorum ritu, servatori et Olympio Iovi tribuens, contemplare nullius, praeterquam prudentis, voluptatem veram prorsus exsistere neque sinceram, sed umbratilem atque inanem, ut ego ex sapientum aliquo audisse mihi videor: atque hic erit gravissimus iniusti casus atque ruina. *Glau.* Mirum in modum. verum quo pacto istud ais? *So.* Ita certe inveniam, te respondente perquirens. *Glau.* Quaere. *So.* Dic, obsecro, nonne dolori contrariam dicimus voluptatem? *Glau.* Dicimus. *So.* Medium quin etiam quoddam ponimus, quod neque laetari est neque dolere? *Glau.* Ponimus. *So.* Et cum medium sit, quietem vacationemque animi ab utroque? nonne ita hoc dicis? *Glau.* Ita plane. *So.* Recordaris, qualia esse solent aegrotantium verba, dum morbo laborant? *Glau.* Qualia dicis? *So.* Nihil esse dulcius sanitate: sed eos latuisse aiunt, quam dulce id sit, antequam aegrotarent. *Glau.* Recordor equidem. *So.* Nec non acerbissimis doloribus vexatos homines exclamantes audis, nihil esse dulcius quam ea afflictione vacare? *Glau.* Audio. *So.* Quin etiam aliis permultis huiusmodi afflictionibus cruciatos homines audis, dum cruciantur, vocife-

λυπεῖσθαι καὶ τὴν ἡσυχίαν τοῦ τοιούτου ἐγκωμιάζουσιν ὡς ἥδιστον, οὐ τὸ χαίρειν. Τοῦτο γάρ, ἔφη, τότε ἡδὺ ἴσως καὶ ἀγαπητὸν γίγνεται, ἡσυχία. Καὶ ὅταν παύσηται ἄρα, εἶπον, χαίρων τις, ἡ τῆς ἡδονῆς ἡσυχία λυπηρὸν ἔσαι. Ἴσως, ἔφη. Ὁ μεταξὺ ἄρα νῦν δὴ ἀμφοτέρων ἔφαμεν εἶναι, τὴν ἡσυχίαν, τοῦτό ποτε ἀμφότερα ἔσαι, λύπη τε καὶ ἡδονή. Ἔοικεν. Ἦ καὶ δυνατὸν τὸ μηδέτερα ὂν ἀμφότερα γίγνεσθαι; Οὔ μοι δοκεῖ. Καὶ μὴν τό γε ἡδὺ ἐν ψυχῇ γιγνόμενον καὶ τὸ λυπηρὸν κίνησίς τις ἀμφοτέρω ἐσόν. ἦ οὔ; Ναί. Τὸ δὲ μήτε λυπηρὸν μήτε ἡδὺ οὐχὶ ἡσυχία μέντοι καὶ ἐν μέσῳ τούτοιν ἐφάνη ἄρτι; Ἐφάνη γάρ. Πῶς οὖν ὀρθῶς ἔχει τὸ μὴ ἀλγεῖν ἡδὺ ἡγεῖσθαι ἢ τὸ μὴ χαίρειν ἀνιαρόν; Οὐδαμῶς. Οὐκ ἔστιν ἄρα τοῦτο, ἀλλὰ φαίνεται, ἢν δ' ἐγώ, παρὰ τὸ ἀλγεινὸν ἡδὺ καὶ παρὰ τὸ ἡδὺ ἀλγεινὸν ὁπότε ἡ ἡσυχία, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς τούτων τῶν φαντασμάτων πρὸς ἡδονῆς ἀλήθειαν, ἀλλὰ γοητεία τις. Ὡς γοῦν ὁ λόγος, ἔφη, σημαίνει. Ἰδὲ τοίνυν, ἢν δ' ἐγώ, ἡδονὰς αἳ οὐκ ἐκ λυπῶν εἰσίν, ἵνα μὴ πολλάκις οἰηθῇς ἐν τῷ παρόντι οὕτω τούτῳ πεφυ-

584

rantes asserentesque dulcissimum esse nullo dolore affici praesentique molestia esse liberum: non autem dicentes dulcissimum esse laetari. *Glau.* Nempe haec illis quies tunc forte gratissima. *So.* At vero cum laetari quis desinit, voluptatis cessationem illam molestam existimabit? *Glau.* Forte. *So.* Quies igitur illa, quam paulo ante utrorumque mediam esse diximus, quandoque utraque erit, tum dolor scilicet, tum voluptas. *Glau.* Videtur. *So.* Num fieri potest, ut quod neutrum est, sit utraque? *Glau.* Non, ut arbitror. *So.* Atqui quando in animo voluptas est aut dolor, ambo motus quidam insunt? *Glau.* Utique. *So.* Tertium vero illud, quod neque dolor est neque voluptas, nonne quies aliqua et istorum medium esse nuper apparuit? *Glau.* Plane. *So.* Quo pacto igitur rectum est, quod non dolere est, iucundum existimare, vel quod non laetari, molestum? *Glau.* Nullo. *So.* Non istud igitur est, sed apparet, ad molestum quidem iucundum, ad iucundum vero molestum: id tunc quod medium est et quies. neque visa huiusmodi veri quicquam de voluptate nobis offerunt, sed ex quadam deceptione proveniunt. *Glau.* Sic monstrat ratio. *So.* Vide igitur voluptates, quae dolorem nullum sequuntur, ne saepius istud in praesenti disputatione ita natu-

κέναι, ἡδονὴν μὲν παῦλαν λύπης εἶναι, λύπην δὲ ἡδονῆς. Ποῦ δή, ἔφη, καὶ ποίας λέγεις; Πολλαὶ μέν, εἶπον, καὶ ἄλλαι, μάλιστα δ' εἰ θέλεις ἐννοῆσαι τὰς περὶ τὰς ὀσμὰς ἡδονάς. αὗται γὰρ οὐ προλυπηθέντι ἐξαίφνης ἀμήχανοι τὸ μέγεθος γίγνονται, παυσάμεναί τε λύπην οὐδεμίαν καταλείπουσιν. Ἀληθέστατα, ἔφη. Μὴ ἄρα πειθώμεθα καθαρὰν ἡδονὴν εἶναι τὴν λύπης ἀπαλλαγήν, μηδὲ λύπην τὴν ἡδονῆς. Μὴ γάρ. Ἀλλὰ μέντοι, εἶπον, αἵ γε διὰ τοῦ σώματος ἐπὶ τὴν ψυχὴν τείνουσαι καὶ λεγόμεναι ἡδοναί, σχεδὸν αἱ πλεῖσταί τε καὶ μέγιστοι, τούτου τοῦ εἴδους εἰσί, λυπῶν τινὲς ἀπαλλαγαί. Εἰσὶ γάρ. Οὐκοῦν καὶ αἱ περὶ μελλόντων τούτων ἐκ προσδοκίας γιγνόμεναι προησθήσεις τε καὶ προλυπήσεις κατὰ ταὐτὰ ἔχουσιν; Κατὰ ταὐτά. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οἵαι εἰσὶ καὶ ᾧ μάλιστα ἐοίκασιν; Τῷ; ἔφη. Νομίζεις τι, εἶπον, ἐν τῇ φύσει εἶναι τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ δὲ κάτω, τὸ δὲ μέσον; Ἔγωγε. Οἴει οὖν ἄν τινα ἐκ τοῦ κάτω φερόμενον πρὸς μέσον ἄλλο τι οἴεσθαι ἢ ἄνω φέρεσθαι; καὶ ἐν μέσῳ ἰόντα, ἀφορῶντα ὅθεν ἐνήνεκται, ἄλλοθί που ἂν ἡγεῖσθαι εἶναι ἢ ἐν τῷ ἄνω, μὴ ἑωρα-

ra comparatum existimes, ut voluptas quidem doloris, dolor vero voluptatis privatio sit. *Glau.* Quorsum aspiciam? ubinam tales sunt voluptates? *So.* Multae quidem et aliae sunt, sed praesertim, si animadvertere vis, voluptates, quae circa olfactum fiunt. hae namque nullo prius antecedente dolore, repente ingentes proveniunt: et cum cessant, dolor eas nullus sequitur. *Glau.* Verissima narras. *So.* Ne credamus igitur doloris cessationem puram voluptatem esse: neque dolorem voluptatis absentiam. *Glau.* Non. *So.* At vero earum, quae per corpus ingrediuntur in animum voluptatesque dicuntur, ferme maximae quaeque ac plurimae tales sunt, ut dolorum liberationes sint. *Glau.* Sunt profecto. *So.* Et quae circa haec futura ab exspectatione nascuntur, praegustationes quaedam voluptatis atque doloris, eodem modo se habent. *Glau.* Eodem. *So.* Scis, quales hae voluptates sunt, et cui maxime similes? *Glau.* Cui? *So.* Putas aliquid in natura esse supremum, infimum, medium? *Glau.* Equidem. *So.* Censes aliquem, cum ab infirmo ad medium fertur, aliud arbitrari quam ad summum ascendere? et dum stat in medio, deflectitque oculos illuc, unde venerat, alibi esse opinari

κότα τὸ ἀληθῶς ἄνω; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε, ἔφη, ἄλλως οἶμαι οἰηθῆναι ἂν τὸν τοιοῦτον. Ἀλλ' εἰ πάλιν γ', ἔφην, φέροιτο, κάτω τ' ἂν οἴοιτο φέρεσθαι καὶ ἀληθῆ οἴοιτο; Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν ταῦτα πάσχοι ἂν πάντα διὰ τὸ μὴ ἔμπειρος εἶναι τοῦ ἀληθινῶς ἄνω τε ὄντος καὶ ἐν μέσῳ καὶ κάτω; Δῆλον δή. Θαυμάζοις ἂν οὖν εἰ καὶ ἄπειροι ἀληθείας περὶ πολλῶν τε ἄλλων μὴ ὑγιεῖς δόξας ἔχουσι, πρός τε ἡδονὴν καὶ λύπην καὶ τὸ μεταξὺ τούτων οὕτω διάκεινται, ὥστε ὅταν μὲν ἐπὶ τὸ λυπηρὸν φέρωνται, ἀληθῆ τε οἴονται καὶ τῷ ὄντι λυποῦνται, ὅταν δὲ ἀπὸ λύπης ἐπὶ τὸ μεταξύ, σφόδρα μὲν οἴονται πρὸς πληρώσει τε καὶ ἡδονῇ γίγνεσθαι, ὡς περ δὲ πρὸς μέλαν φαιὸν ἀποσκοποῦντες ἀπειρίᾳ λευκοῦ, καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον οὕτω λύπην ἀφορῶντες ἀπειρίᾳ λευκοῦ, καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον οὕτω λύπην ἀφορῶντες ἀπειρίᾳ ἡδονῆς ἀπατῶνται; Μὰ Δί', ἦ δ' ὅς, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον εἰ μὴ οὕτως ἔχοι. Ὧδε γοῦν, εἶπον, ἐννόει. οὐχὶ πεῖνα καὶ δίψα καὶ τοιαῦτα κενώσεις τινές εἰσι τῆς περὶ τὸ σῶμα ἕξεως; Τί μήν; Ἄγνοια δὲ καὶ ἀφροσύνη ἆρ' οὐ

quam in supremo, cum id, quod revera est summum, non suspiciat? *Glau.* Per Iovem, non aliter hominem talem opinaturum existimo. *So.* Si iterum deferatur, deorsum ferri opinabitur, ac vere putabit? *Glau.* Quidni? *So.* Nonne haec sibi eam ob causam contingunt omnia, quia nondum expertus est, quid vere supremum sit, quid medium, quidve infirmum? *Glau.* Manifestum est quidem. *So.* Nunquid ergo miraberis, si veritatis imperiti homines tum de multis aliis non recte sentiunt, tum etiam circa voluptatem et dolorem horumque medium sic afficiuntur, ut quotiens in dolorem feruntur, vere iudicent doleantque revera? quotiens vero a dolore surgunt in medium, et repletionem et voluptatem assequi arbitrentur? et quemadmodum qui iuxta nigrum solum aspiciunt fuscum, quoniam non vident album, clarissimum illum existimant: ita et qui doloris vacuitatem comparant cum dolore, veram autem experti non sunt voluptatem, in iudicando decipiantur? *Glau.* Per Iovem, non istud mirabor equidem, immo vero, si contra eveniret, potius admirarer. *So.* Sic autem considera: nonne fames ac sitis et cetera generis eiusdem vacuitates quaedam sunt corporis ipsius habitudinis? *Glau.* Cur non? *So.* Ignorantia vero et imprudentia vacuitas quaedam

κενότης ἐξὶ τῆς περὶ ψυχὴν αὖ ἕξεως; Μάλα γε. Οὐκοῦν πληροῖτ' ἂν ὅ τε τροφῆς μεταλαμβάνων καὶ ὁ νοῦν ἴσχων; Πῶς δ' οὔ; Πλήρωσις δὲ ἀληθεξέρα τοῦ ἧττον ἢ τοῦ μᾶλλον ὄντος; Δῆλον ὅτι τοῦ μᾶλλον. Πότερα οὖν ἡγεῖ τὰ γένη μᾶλλον καθαρᾶς οὐσίας μετέχειν, τὰ οἷον σίτου τε καὶ ποτοῦ καὶ ὄψου καὶ ξυμπάσης τροφῆς, ἢ τὸ δόξης τε ἀληθοῦς εἶδος καὶ ἐπιξήμης καὶ νοῦ καὶ ξυλλήβδην ἁπάσης ἀρετῆς; ὧδε δὲ κρῖνε. τὸ τοῦ ἀεὶ ὁμοίου ἐχόμενον καὶ ἀθανάτου καὶ ἀληθείας, καὶ αὐτὸ τοιοῦτον ὂν καὶ ἐν τοιούτῳ γιγνόμενον, μᾶλλον εἶναί σοι δοκεῖ, ἢ τὸ μηδέποτε ὁμοίου καὶ θνητοῦ, καὶ αὐτὸ τοιοῦτον καὶ ἐν τοιούτῳ γιγνόμενον; Πολύ, ἔφη, διαφέρει τὸ τοῦ ἀεὶ ὁμοίου. Ἡ οὖν ἀεὶ ὁμοίου οὐσία οὐσίας τι μᾶλλον ἢ ἐπιξήμης μετέχει; Οὐδαμῶς. Τί δ', ἀληθείας; Οὐδὲ τοῦτο. Εἰ δὲ ἀληθείας ἧττον, οὐ καὶ οὐσίας; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν ὅλως τὰ περὶ τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν γένη τῶν γενῶν αὖ τῶν περὶ τὴν τῆς ψυχῆς θεραπείαν ἧττον ἀληθείας τε καὶ οὐσίας μετέχει; Πολύ γε. Σῶμα δὲ αὐτὸ ψυχῆς οὐκ οἴει οὕτως; Ἔγω-

est habitus animi. *Glau.* Maxime. *So.* Impletur autem et illud, dum alimenta capit, et iste dum intelligentiam accipit. *Glau.* Cur non? *So.* Quaenam repletio verior? utrum quae per ea fit, quae magis veriusque sunt, an quae per alia? *Glau.* Quae per ea, quae magis sunt. *So.* Quaenam censes purioris esse substantiae? nunquid cibi, potus, obsonii alimentorumque quorumcunque genera? an vere opinionis species, scientiaeque et mentis, summatimque universae virtutis? in hunc autem modum indica. quod inhaeret semper simili immortalique et veritati, ac etiam tale exsistit et in tali quodam fit, magis esse tibi videtur: an illud potius, quod rei nunquam simili atque mortali, nec non tale est, et in tali quodam efficitur? *Glau.* Longe praestat, quod semper simili est cognatum. *So.* Essentia utique rei semper similis, nunquid essentiae magis est, quam scientiae, particeps? *Glau.* Non. *So.* An veritatis? *Glau.* Neque hoc. *So.* Sin autem veritatis minus, nonne et essentiae? *Glau.* Necessarium est. *So.* Nonne communiter omnia circa corporis cultum genera minus veritatem essentiamque participant generibus his, quae circa animi cultum versantur? *Glau.* Minus. *So.* Nunquid et corpus similiter minus quam animus? *Glau.* Et corpus. *So.* Nonne

γε. Οὐκοῦν τὸ τῶν μᾶλλον ὄντων πληρούμενον καὶ αὐτὸ μᾶλλον ὂν ὄντως μᾶλλον πληροῦται, ἢ τὸ τῶν ἧττον ὄντων καὶ αὐτὸ ἧττον ὄν; Πῶς γὰρ οὔ; Εἰ ἄρα τὸ πληροῦσθαι τῶν φύσει προσηκόντων ἡδύ ἐστι, τὸ τῷ ὄντι καὶ τῶν ὄντων πληρούμενον μᾶλλον μᾶλλον ὄντως τε καὶ ἀληθεστέρως χαίρειν ἂν ποιοῖ ἡδονῇ ἀληθεῖ, τὸ δὲ τῶν ἧττον μεταλαμβάνον ἧττόν τε ἂν ἀληθῶς καὶ βεβαίως πληροῖτο καὶ ἀπιστοτέρας ἂν ἡδονῆς καὶ ἧττον ἀληθοῦς μεταλαμβάνοι. Ἀναγκαιότατα, ἔφη. Οἱ ἄρα φρονήσεως καὶ ἀρετῆς ἄπειροι, εὐωχίαις δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις ἀεὶ ξυνόντες, κάτω, ὡς ἔοικε, καὶ μέχρι πάλιν πρὸς τὸ μεταξὺ φέρονταί τε καὶ ταύτῃ πλανῶνται διὰ βίου, ὑπερβάντες δὲ τοῦτο πρὸς τὸ ἀληθῶς ἄνω οὔτε ἀνέβλεψαν πώποτε οὔτε ἠνέχθησαν, οὐδὲ τοῦ ὄντος τῷ ὄντι ἐπληρώθησαν, οὐδὲ βεβαίου τε καὶ καθαρᾶς ἡδονῆς ἐγεύσαντο, ἀλλὰ βοσκημάτων δίκην κάτω ἀεὶ βλέποντες καὶ κεκυφότες εἰς γῆν καὶ εἰς τραπέζας βόσκονται χορταζόμενοι καὶ ὀχεύοντες, καὶ ἕνεκα τῆς τούτων πλεονεξίας λακτίζοντες καὶ κυρίττοντες ἀλλήλους σιδηροῖς κέρασί τε καὶ ὁπλαῖς ἀποκτιννύασι δι' ἀπληξίαν, ἅτε οὐχὶ τοῖς οὖσιν οὐδὲ 586

quod repletur his rebus, quae magis veriusque exsistunt, quodve magis veriusque exsistit, magis quoque repletur? quam quod his rebus impletur, quae minus sunt, ipsumque est minus. *Glau.* Quid prohibet? *So.* Si ergo repleri rebus naturae consentaneis est iucundum; ipsum utique, quod revera verioribusque rebus impletur, naturalius ac verius vera afficit voluptate: quod autem ea, quae et minus sunt et minus vera sunt, accipit, minus vere firmiterve repletur, fallaciorisque et falsioris voluptatis fit particeps. *Glau.* Necesse est omnino. *So.* Homines igitur prudentiae virtutisque expertes, et epulis rebusque similibus mancipati, deorsum feruntur, rursusque ad medium usque perveniunt, et circa haec per omnem vitam oberrant: super haec vero emergunt nunquam, et quod vere summum est, nequaquam suspiciunt, neque ad supera evehuntur, neque vera ulla re quandoque fruuntur, neque stabilem puramque gustant voluptatem: sed veluti pecora humum proni spectant, ventrique obedientes pascendo coeundoque aetatem conterunt: proque his rebus uberius potiundis calcibus inter se et cornibus ferreis unguibusque decertant, sese invicem ob inexplebilem libidinem trucidantes,

τὸ ὂν οὐδὲ τὸ σέβον ἑαυτῶν πιμπλάντες. Παντελῶς, ἔφη ὁ Γλαύκων, τὸν τῶν πολλῶν, ὦ Σώκρατες, χρησμῳδεῖς βίον. Ἆρ' οὖν οὐκ ἀνάγκη καὶ ἡδοναῖς ξυνεῖναι μεμιγμέναις λύπαις, εἰδώλοις τῆς ἀληθοῦς ἡδονῆς καὶ ἐσκιαγραφημέναις, ὑπὸ τῆς παρ' ἀλλήλας θέσεως ἀποχραινομέναις, ὥστε σφοδροὺς ἑκατέρας φαίνεσθαι καὶ ἔρωτας ἑαυτῶν λυττῶντας τοῖς ἄφροσιν ἐντίκτειν καὶ περιμαχήτους εἶναι, ὡς περ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη, τοιοῦτόν τι αὐτὸ εἶναι. Τί δέ; περὶ τὸ θυμοειδὲς οὐχ ἕτερα τοιαῦτα ἀνάγκη γίγνεσθαι, ὅς ἂν αὐτὸ τοῦτο διαπράττηται ἢ φθόνῳ διὰ φιλοτιμίαν ἢ βίᾳ διὰ φιλονεικίαν ἢ θυμῷ διὰ δυσκολίαν, πλησμονὴν τιμῆς τε καὶ νίκης καὶ θυμοῦ διώκων ἄνευ λογισμοῦ τε καὶ νοῦ; Τοιαῦτα, ἦ δ' ὅς, ἀνάγκη καὶ περὶ τοῦτο εἶναι. Τί οὖν, ἦν δ' ἐγώ· θαῤῥοῦντες λέγωμεν ὅτι καὶ περὶ τὸ φιλοκερδὲς καὶ τὸ φιλόνεικον ὅσαι ἐπιθυμίαι εἰσίν, αἳ μὲν ἂν τῇ ἐπιστήμῃ καὶ λόγῳ ἑπόμεναι καὶ μετὰ τούτων τὰς ἡδονὰς διώκουσαι, ἃς ἂν τὸ

utpote qui neque veram et firmam sui partem, neque veris pabulis implent. *Glau.* Omnino, o Socrates, vulgi vitam quasi quodam pandis oraculo. *So.* Necesse est eos voluptates persequi mixtas doloribus, quae simulacra voluptatis verae et umbrae sunt, usque adeo invicem doloris comparatione mutua, inquinatae, ut et voluptates et dolores ex ea comparatione vehementiores appareant, amoresque ipsarum huiusmodi voluptates rabidos insipientibus pariant, inflammentque ad pugnam: quemadmodum Stesichorus ait Troianos verae ipsius ignaros de Helenae imagine invicem decertasse. *Glau.* Necessarium est omnino ita id se habere. *So.* Quid vero circa irascendi naturam? nonne et alia quaedam horum similia contingant necesse est, quando quis id ipsum peragit, vel invidia propter ambitionem, vel violentia propter contentionis cupiditatem, vel ira propter morum difficultatem, absque ratione ac mente sequens honoris, victoriae iraeque expletionem? *Glau.* Talia necesse est etiam circa id fieri? *So.* Asserere igitur audeamus, quod et circa partem quaestus avidam et aliam victoriae studiosam, quaecunque appetitiones tales sunt, ut scientiae rationique obtemperent, easque voluptates sequantur

φρόνιμον ἐξηγῆται, λαμβάνωσι, τὰς ἀληθεσάτας τε λήψονται, ὡς οἷόν τε αὐταῖς ἀληθεῖς λαβεῖν, ἅτε ἀληθείᾳ ἑπομένων, καὶ τὰς ἑαυτῶν οἰκείας, εἴ περ τὸ βέλτιστον ἑκάστῳ, τοῦτο καὶ οἰκειότατον; Ἀλλὰ μήν, ἔφη, οἰκειότατόν γε. Τῷ φιλοσόφῳ ἄρα ἑπομένης ἁπάσης τῆς ψυχῆς καὶ μὴ σασιαζούσης ἑκάστῳ τῷ μέρει ὑπάρχει εἴς τε τἆλλα τὰ ἑαυτοῦ πράττειν καὶ δικαίῳ εἶναι, καὶ δὴ καὶ τὰς ἡδονὰς τὰς ἑαυτοῦ ἑκαστον καὶ τὰς βελτίστας καὶ εἰς τὸ δυνατὸν τὰς ἀληθεσάτας κομιδῇ μὲν οὖν. Ὅταν δὲ ἄρα τῶν ἑτέρων τι κρατήσῃ, ὑπάρχει αὐτῷ μήτε τὴν ἑαυτοῦ ἡδονὴν ἐξευρίσκειν τά τε ἄλλα ἀναγκάζειν ἀλλοτρίαν καὶ μὴ ἀληθῆ ἡδονὴν διώκειν. Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν ἃ πλεῖσον φιλοσοφίας τε καὶ λόγου ἀφέστηκε, μάλιστα ἂν τοιαῦτα ἐξεργάζοιτο; Πολύ γε. Πλεῖσον δὲ λόγου ἀφίσταται οὐχ ὅ περ νόμου τε καὶ τάξεως; Δῆλον δή. Ἐφάνησαν δὲ πλεῖσον ἀφεστῶσαι οὐχ αἱ ἐρωτικαί τε καὶ τυραννικαὶ ἐπιθυμίαι; Πολύ γε. Ἐλάχιστον δὲ αἱ βασιλικαί τε καὶ κόσμιαι; Ναί. Πλεῖστον δή, οἶμαι, ἀληθοῦς ἡδονῆς καὶ οἰκείας ὁ τύραννος ἀφεστήξει, ὁ δὲ

et capiant, quas ratio ipsa concedit, verissimas utique voluptates, quoad earum natura verarum voluptatum est capax, adipiscentur: quippe cum pareant veritati, ac insuper sibi proprias voluptates percipiant: si quidem quod cuique optimum, id et maxime proprium. *Glau.* Proprium maxime. *So.* Quando igitur totus animus cum ea parte, in qua est philosophia, procul ab omni seditione conspirat, tunc evenit, ut quaeque pars officio suo fungatur et iusta sit, et sui proprias voluptates atque optimas, adde, et quoad fieri potest, verissimas, consequatur. *Glau.* Valde. *So.* At vero cum partium reliquarum aliqua superat, id protinus evenit, ut neque ipsa sui propriam reperiat voluptatem, et partes alias cogat alienam minimeque veram voluptatem sequi. *Glau.* Sic accidit. *So.* Nonne quae longissime a philosophia rationeque distant, maxime talia quaedam efficiunt? *Glau.* Prorsus. *So.* Longissime autem distat a ratione: quod et a lege et ordine. *Glau.* Videlicet. *So.* Longissimo autem intervallo seiunctae esse visae cupiditates illae amore ardentes atque tyrannicae. *Glau.* Omnino. *So.* Minimo autem discrepare apparuerunt regiae appetitiones et moderatae. *Glau.* Ita. *So.* Tyrannus igitur a vera et propria voluptate procul admodum erit: rex autem illi quam proximus. *Glau.*

ὀλίγιστον. Ἀνάγκη. Καὶ ἀηδέστατα ἄρα, εἶπον, ὁ τύραννος βιώσεται, ὁ δὲ βασιλεὺς ἥδιστα. Πολλὴ ἀνάγκη. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅσῳ ἀηδέστερον ζῇ τύραννος βασιλέως; Ἂν εἴπῃς, ἔφη. Τριῶν ἡδονῶν, ὡς ἔοικεν, οὐσῶν, μιᾶς μὲν γνησίας, δυεῖν δὲ νόθοιν, τῶν νόθων εἰς τὸ ἐπέκεινα ὑπερβὰς ὁ τύραννος, φυγὼν νόμον τε καὶ λόγον, δούλαις τισὶ δορυφόροις ἡδοναῖς ξυνοικεῖ, καὶ ὁπόσα ἐλαττοῦται, οὐδὲ πάνυ ῥᾴδιον εἰπεῖν, πλὴν ἴσως ὧδε. Πῶς; ἔφη. Ἀπὸ τοῦ ὀλιγαρχικοῦ τρίτος που ὁ τύραννος ἀφειστήκει· ἐν μέσῳ γὰρ αὐτῶν ὁ δημοτικὸς ἦν. Ναί. Οὐκοῦν καὶ ἡδονῆς τρίτῳ εἰδώλῳ πρὸς ἀλήθειαν ἀπ' ἐκείνου ξυνοικοῖ ἄν, εἰ τὰ πρόσθεν ἀληθῆ; Οὕτως. Ὁ δέ γε ὀλιγαρχικὸς ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ αὖ τρίτος, ἐὰν εἰς ταὐτὸν ἀριστοκρατικὸν καὶ βασιλικὸν τιθῶμεν. Τρίτος γάρ. Τριπλασίου ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, τριπλάσιον ἀριθμῷ ἀληθοῦς ἡδονῆς ἀφέστηκε τύραννος. Φαίνεται. Ἐπίπεδον ἄρ', ἔφην, ὡς ἔοικε τὸ εἴδωλον κατὰ τὸν τοῦ μήκους ἀριθμὸν ἡδονῆς τυραννικῆς ἂν εἴη. Κομιδῇ γε. Κατὰ δὲ δύναμιν καὶ τὴν τρίτην αὔξην, δῆλον δὴ ἀπόφασιν ὅσην ἀφεστηκὼς γί-

Necesse. *So.* Amarissimam ergo tyrannus vitam aget: rex vero dulcissimam. *Glau.* Necesse id prorsus. *So.* Scisne, quanto vivit tristior rege tyrannus? *Glau.* Sciam certe, si dixeris. *So.* Cum tres cupiditates sint, et una quidem legitima sit, adulterae duae, adulterarum tyrannus suprema sortitus fastigia; dum legem fugit et rationem, servis quibusdam et satellitibus voluptatibus se commiscet: et quam longissimo intervallo a voluptate legitima sit seiunctus, haud facile aliter, nisi forsitan hunc in modum, exprimi potest. *Glau.* Quemadmodum? *So.* Ab homine paucorum imperii cupido tertius apparuit esse tyrannus, medius namque istorum popularis vir extitit. *Glau.* Ita est. *So.* Cum tertio itaque voluptatis, quo ad veritatem simulacro post illum congreditur, si vera in superioribus diximus. *Glau.* Sic est dicendum. *So.* Quin etiam paucorum potentiae deditus tertius est a rege, si in eodem locamus optimatem ac regem. *Glau.* Tertius utique. *So.* Triplo igitur numero secundum tripli rationem distat a vera voluptate tyrannus. *Glau.* Apparet. *So.* Planum itaque simulacrum secundum longitudinis numerum tyrannicae voluptatis existet. *Glau.* Valde. *So.* Secundum vero potentiam et tertium augmentum, manifestum est, quanto discre-

γνεται. Δῆλον, ἔφη· τῷ γε λογιστικῷ. Οὐκοῦν ἐάν τις μεταξρέψας ἀληθείᾳ ἡδονῆς τὸν βασιλέα τοῦ τυράννου ἀφεστηκότα λέγῃ, ὅσον ἀφεστηκεν, ἐννεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις ἥδιον αὐτὸν ζῶντα εὑρήσει τελεωθείαν τῇ πολλαπλασιώσει, τὸν δὲ τύραννον ἀνιαρότερον τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἀποξάσει. Ἀμήχανον, ἔφη, λογισμὸν καταπεφόρηκας τῆς διαφορότητος τοῖν ἀνδροῖν, τοῦ τε δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου, πρὸς ἡδονήν τε καὶ λύπην. 588
Καὶ μέντοι καὶ ἀληθῆ καὶ προσήκοντά γε, ἦν δ' ἐγώ, βίοις ἀριθμὸν, εἴ περ αὐτοῖς προσήκουσιν ἡμέραι καὶ νύκτες καὶ μῆνες καὶ ἐνιαυτοί. Ἀλλὰ μήν, ἔφη, προσήκουσιν. Οὐκοῦν εἰ τοσοῦτον ἡδονῇ νικᾷ ὁ ἀγαθός τε καὶ δίκαιος τοῦ κακόν τε καὶ ἄδικον, ἀμηχάνῳ δὴ ὅσῳ πλέονι νικήσει εὐσχημοσύνῃ τε βίου καὶ κάλλει καὶ ἀρετῇ; Ἀμηχάνῳ μέντοι νὴ Δία, ἔφη.

Εἶεν δή, εἶπον· ἐπειδὴ ἐνταῦθα λόγου γεγόναμεν, ἀναλάβωμεν τὰ πρῶτα λεχθέντα, δι' ἃ δεῦρ' ἤκομεν. ἦν δέ που λεγόμενον λυσιτελεῖν ἀδικεῖν τῷ τελέως μὲν ἀδίκῳ, δοξαζομένῳ δὲ δικαίῳ. ἦ οὐχ οὕτως ἐλέχθη; Οὕτω μὲν οὖν. Νῦν δή, ἔφην, αὐτῷ διαλεγώμεθα, ἐπειδὴ διωμολογησάμεθα, τό τε ἀδικεῖν καὶ τὸ δίκαια

pat intervallo. *Glau.* Manifestum quidem computatori. *So.* Si quis converso ordine, quantum voluptatis veritate superat rex tyrannum, quaesiverit, peracta multiplicatione inveniet regem vitae dulcedine superare tyrannum et tyrannum vitae amaritudine regem, gradibus viginti novem et septingentis. *Glau.* Mirabile nimium intervallum hoc inter iusti et iniusti viri vitam quoad voluptatem atque dolorem cumulavisti. *So.* Verus hic certe et conveniens vitis hominum numerus: si quidem ipsis conveniunt dies, noctes mensesque et anni. *Glau.* Conveniunt quidem. *So.* Atqui si tantum voluptate bonus iustusque vir malum et iniustum exsuperat, mirum certe est, quanto etiam magis ornamento, decore virtuteque exsuperabit. *Glau.* Mirum certe. *So.* At enim postquam huc disputando devenimus, repetamus, quae a principio dicta sunt, ex quibus ad ista delati sumus. Dictum quandoque fuit, iniuste agere illi prodesse, qui, cum omnino iniustus sit, iustus tamen existimatur. an non ita dictum? *Glau.* Ita. *So.* Ad haec igitur ita in praesentia disseramus. postquam una convenimus, quam vim et iusta et iniusta habeat operatio.

πράττειν, ἣν ἑκάτερον ἔχει δύναμιν. Πῶς; ἔφη. Εἰκόνα πλάσαντες τῆς ψυχῆς λόγῳ, ἵνα εἰδῇ ὁ ἐκεῖνα λέγων οἷα ἔλεγεν. Ποίαν τινά; ἦ δ' ὅς. Τῶν τοιούτων τινά, ἦν δ' ἐγώ, οἷαι μυθολογοῦνται παλαιαὶ γενέσθαι φύσεις, ἥ τε Χιμαίρας καὶ ἡ Σκύλλης καὶ Κερβέρου, καὶ ἄλλαι τινὲς συχναὶ λέγονται ξυμπεφυκυῖαι ἰδέαι πολλαὶ εἰς ἓν γενέσθαι. Λέγονται γάρ, ἔφη. Πλάττε τοίνυν μίαν μὲν ἰδέαν θηρίου ποικίλου καὶ πολυκεφάλου, ἡμέρων δὲ θηρίων ἔχοντος κεφαλὰς κύκλῳ καὶ ἀγρίων, καὶ δυνατοῦ μεταβάλλειν καὶ φύειν ἐξ αὐτοῦ πάντα ταῦτα. Δεινοῦ πλάσου, ἔφη, τὸ ἔργον· ὅμως δέ, ἐπειδὴ εὐπλαστότερον κηροῦ καὶ τῶν τοιούτων λόγος, πεπλάσθω. Μίαν δὴ τοίνυν ἄλλην ἰδέαν λέοντος, μίαν δὲ ἀνθρώπου· πολὺ δὲ μέγιστον ἔστω τὸ πρῶτον, καὶ δεύτερον τὸ δεύτερον. Ταῦτα, ἔφη, ῥᾴω· καὶ πέπλασαι. Σύναπτε τοίνυν αὐτὰ εἰς ἓν τρία ὄντα, ὥς τέ πῃ ξυμπεφυκέναι ἀλλήλοις. Συνῆπται, ἔφη. Περίπλασον δὴ αὐτοῖς ἔξωθεν ἑνὸς εἰκόνα, τὴν τοῦ ἀνθρώπου, ὡς τε τῷ μὴ δυναμένῳ τὰ ἐντὸς ὁρᾶν, ἀλλὰ τὸ ἔξω μόνον ἔλυτρον ὁρῶντι ἓν ζῷον φαίνεσθαι, ἄνθρωπον. Περιπέπλασαι, ἔφη. Λέγωμεν δὴ τῷ λέ-

Glau. Quo pacto? *So.* Imaginem animae figuremus, ut, qui illa dixit, qualia dixerit, recognoscat. *Glau.* Qualem? *So.* Talem aliquam, quales quondam memorantur fuisse naturae Chimaerae ipsius, Scyllae et Cerberi et aliae multae, in quibus feruntur variae in eodem formae congenitae. *Glau.* Feruntur quidem. *So.* Finge itaque figuram unam bestiae variae admodum, et capita circum multa habentis, capita inquam partim bestiarum domesticarum, partim agrestium, quae et permutare et producere ex se haec omnia possit. *Glau.* Novi fictoris artificium narras: tamen cum ad fingendum sermo quam cera facilior sit, fingatur. *So.* Unam praeterea his adiunge superne leonis formam. huic unam insuper hominis. et amplissimum quidem primum sit, angustius vero secundum atque tertium. *Glau.* Facilia quidem ista, quare et formata sunt. *So.* Coniunge igitur haec tria, ut ad unum conficiendum invicem cohaerescant. *Glau.* Iuncta sunt. *So.* Circumpone extrinsecus ipsis hominis unius imaginem, ut illi, qui nequeat interiora inspicere, sed exterius duntaxat cernat operimentum, unum animal, homo scilicet, videatur. *Glau.* Cir-

γοντι ὡς λυσιτελεῖ τοῦτῳ ἀδικεῖν τῷ ἀνθρώπῳ, δίκαια δὲ πράττειν οὐ ξυμφέρει, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φησὶν ἢ λυσιτελεῖν αὐτῷ τὸ παντοδαπὸν θηρίον εὐωχοῦντι ποιεῖν ἰσχυρὸν καὶ τὸν λέοντα καὶ τὰ περὶ τὸν λέοντα, τὸν δὲ ἄνθρωπον λιμοκτονεῖν καὶ ποιεῖν ἀσθενῆ, ὡς τε ἕλκεσθαι ὅπῃ ἂν ἐκείνων ὁπότερον ἄγῃ, καὶ μηδὲν ἕτερον ἑτέρῳ ξυνεθίζειν μηδὲ φίλον ποιεῖν, ἀλλ' ἐᾶν αὐτὰ ἐν αὐτοῖς δάκνεσθαί τε καὶ μαχόμενα ἐσθίειν ἄλληλα. Παντάπασι γάρ, ἔφη, ταῦτ' ἂν λέγοι ὁ τὸ ἀδικεῖν ἐπαινῶν. Οὐκοῦν αὖ ὁ τὰ δίκαια λέγων λυσιτελεῖν φαίη ἂν δεῖν ταῦτα πράττειν καὶ ταῦτα λέγειν, ὅθεν τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος ἔξαι ἐγκρατέστατος, καὶ τοῦ πολυκεφάλου θρέμματος ἐπιμελήσεται ὥς περ γεωργός, τὰ μὲν ἥμερα τρέφων καὶ τιθασεύων, τὰ δὲ ἄγρια ἀποκωλύων φύεσθαι, ξύμμαχον ποιησάμενος τὴν τοῦ λέοντος φύσιν, καὶ κοινῇ πάντων κηδόμενος, φίλα ποιησάμενος ἀλλήλοις τε καὶ αὑτῷ, οὕτω θρέψει; Κομιδῇ γὰρ αὖ λέγει ταῦτα ὁ τὸ δίκαιον ἐπαινῶν. Κατὰ πάντα τρόπον δὴ ὁ μὲν τὰ δίκαια ἐγκωμιάζων ἀληθῆ ἂν λέγοι, ὁ δὲ τὰ ἄδικα ψεύδοιτο. πρός τε γὰρ ἡδονὴν καὶ πρὸς εὐδοξίαν καὶ ὠφέλειαν

589

cundedi. *So.* Dicamus itaque illi, qui asserit prodesse homini huic iniuste agere, iuste vero vivere nequaquam prodesse, eum nihil aliud asserere, nisi prodesse illi, ut bestiam illam multiplicem pascat et leonem, et fortiorem illam leonemque efficiat; hominem vero perire fame permittat atque enervet, usque adeo ut propter imbecillitatem trahatur, quocunque cetera illa rapiunt; neque alterum cum altero mansuefaciat invicemve conciliet, immo sinat singula se invicem morsibus lacerare, ac pugnantia se mutuo devorare. *Glau.* Omnino haec diceret, quisquis laudaret iniuriam. *So.* Ergo si quis dicat officia iusta prodesse, haec agenda dicendaque monebit, ex quibus homo ille huiusmodi animalis interior summam potentiam consequatur, feraeque illius pluribus capitibus redimitae tanquam colonus curam habeat, domestica quidem capita fovens, irrigans ac nutriens, agrestia protinus amputans, dum leonis naturam ad hoc adiutricem accipit, communiterque curat omnia, et invicem mutua benevolentia sibique conciliat. *Glau.* Profecto haec ait, qui iustum laudat. *So.* Omni itaque ratione, qui iusta laudat, vera loquitur: qui vero iniusta, mentitur. nam et quoad voluptatem, et quoad decus, et

σκοπουμένῳ ὁ μὲν ἐπαινέτης τοῦ δικαίου ἀληθεύει, ὁ δὲ ψέκτης οὐδὲν ὑγιὲς οὐδ' εἰδὼς ψέγει ὅ τι ψέγει. Οὔ μοι δοκεῖ, ἦ δ' ὅς, οὐδαμῇ γε. Πείθωμεν τοίνυν αὐτὸν πράως, οὐ γὰρ ἑκὼν ἁμαρτάνει, ἐρωτῶντες Ὦ μακάριε, οὐ καὶ τὰ καλὰ καὶ αἰσχρὰ νόμιμα διὰ τὰ τοιαῦτ' ἂν φαῖμεν γεγονέναι; τὰ μὲν καλὰ τὰ ὑπὸ τῷ ἀνθρώπῳ, μᾶλλον δὲ ἴσως τὰ ὑπὸ τῷ θείῳ τὰ θηριώδη ποιοῦντα τῆς φύσεως, αἰσχρὰ δὲ τὰ ὑπὸ τῷ ἀγρίῳ τὸ ἥμερον δουλούμενα; ξυμφήσει, ἢ πῶς; Ἐάν μοι, ἔφη, πείθηται. Ἔξιν οὖν, εἶπον, ὅτῳ λυσιτελεῖ ἐκ τούτου τοῦ λόγου χρυσίον λαμβάνειν ἀδίκως, εἴ περ τοιόνδε τι γίγνεται, λαμβάνων τὸ χρυσίον ἅμα καταδουλοῦται τὸ βέλτιστον ἑαυτοῦ τῷ μοχθηροτάτῳ; ἢ εἰ μὲν λαβὼν χρυσίον υἱὸν ἢ θυγατέρα ἐδουλοῦτο, καὶ ταῦτ' εἰς ἀγρίων τε καὶ κακῶν ἀνδρῶν, οὐκ ἂν αὐτῷ ἐλυσιτέλει οὐδ' ἂν πάμπολυ ἐπὶ τούτῳ λαμβάνειν. εἰ δὲ τὸ ἑαυτοῦ θειότατον ὑπὸ τῷ ἀθεωτάτῳ τε καὶ μιαρωτάτῳ δουλοῦται καὶ μηδὲν ἐλεεῖ, οὐκ ἄρα ἄθλιός ἐστι καὶ πολὺ ἐπὶ δεινοτέρῳ ὀλέθρῳ χρυσὸν δωροδοκεῖ ἢ Ἐριφύλη ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ψυχῇ τὸν ὅρμον δεξαμέ-

quoad emolumentum, iusti laudator vera pronuntiat: vituperator autem neque veri quicquam affert, neque novit, quod improbat. *Glau.* Nullo modo, ut mihi quidem videtur. *So.* Mitibus itaque verbis illi persuadeamus: neque enim sponte delinquit. sic iam interrogemus: O beate vir, nonne et honesta vitae instituta et turpia ob talia quaedam esse dicimus? honesta quidem, quae partem naturae ferinam homini, immo forte divino subiiciunt? turpia vero, quae agresti domino subigunt mansueta? consentiet, necne? *Glau.* Consentiet, si mihi crediderit. *So.* Estne aliquis, cui prosit ex hac ratione iniuste aurum usurpare: si quidem accidit, ut, dum accipit aurum, praestantissimam sui partem ignobilissimae servire compellat? Etenim si accipiens aurum filium suum vel filiam mancipium efficeret agrestium et improborum hominum, haud quaquam acceptio ista prodesset, neque etiamsi multum caperet. sin autem partem sui divinissimam parti profanissimae scelestissimaeque servire cogit, neque misericordia tangitur, nonne erit miser, ac multo cum graviori sui pernicie auri muneribus est corruptus, quam Eryphile, quae contra viri sui vitam monile illud accepit? *Glau.* Valde quidem,

νη; Πολὺ μέντοι, ἦ δ' ὅς ὁ Γλαύκων· ἐγὼ γάρ σοι ὑπὲρ ἐκείνου ἀποκρινοῦμαι. Οὐκοῦν καὶ τὸ ἀκολασταίνειν οἴει διὰ ταυτὰ πάλαι ψέγεσθαι, ὅτι ἀνίεται ἐν τῷ τοιούτῳ τὸ δεινόν, τὸ μέγα ἐκεῖνο καὶ πολυειδὲς θρέμμα, πίρα τοῦ δέοντος; Δῆλον, ἔφη. Ἡ δ' αὐθάδεια καὶ δυσκολία ψέγεται οὐχ ὅταν τὸ λεοντῶδές τε καὶ ὀφεῶδες αὔξηται καὶ συντείνηται ἀναρμόστως; Πάνυ μὲν οὖν. Τρυφὴ δὲ καὶ μαλθακία οὐκ ἐπὶ τῇ αὐτοῦ τούτου χαλάσει τε καὶ ἀνέσει ψέγεται, ὅταν ἐν αὐτῷ δειλίαν ἐμποιῇ; Τί μήν; Κολακεία δὲ καὶ ἀνελευθερία οὐχ ὅταν τις τὸ αὐτὸ τοῦτο, τὸ θυμοειδές, ὑπὸ τῷ ὀχλώδει θηρίῳ ποιῇ, καὶ ἕνεκα χρημάτων καὶ τῆς ἐκείνου ἀπληξίας προπηλακιζόμενον ἐθίζῃ ἐκ νέου ἀντὶ λέοντος πίθηκον γίγνεσθαι; Καὶ μάλα, ἔφη. Βαναυσία δὲ καὶ χειροτεχνία διὰ τί, οἴει, ὄνειδος φέρει; ἢ δι' ἄλλο τι φήσομεν ἢ ὅταν τις ἀσθενὲς φύσει ἔχῃ τὸ τοῦ βελτίσου εἶδος, ὥστε μὴ ἂν δύνασθαι ἄρχειν τῶν ἐν αὑτῷ θρεμμάτων ἀλλὰ θεραπεύειν ἐκεῖνα, καὶ τὰ θωπεύματα αὐτῶν μόνον δύνηται μανθάνειν; Ἔοικεν, ἔφη. Οὐκοῦν ἵνα καὶ ὁ τοιοῦτος ὑφ' ὁμοίου ἄρ-

ut ego tibi pro illo respondeam. *So.* Nonne et intemperantiam olim appellatam tali quadam de causa putas, quoniam in ea dira illa ingensque et multiplex fera ultra, quam deceat, relaxatur? *Glau.* Patet. *So.* Contumacia vero et insolentia improbatur, quando leoninum et serpentinum illud genus augetur adeo, ut praeter omnem modestiam invalescat? *Glau.* Prorsus. *So.* Delicata vero mollities in huius ipsius resoluta nimium remissione, quando in ipso timiditatem et ignaviam procreat? *Glau.* Quidni? *So.* Assentatio insuper illiberalitasque, cum aliquis hunc ipsum animositatis vigorem turbulentae multiplicique bestiae subigit, ac propter quaestum eiusque inexplebilem cupiditatem deiicit illum, atque ita a primis annis assuefacit, ut ex leone vertatur in simiam? *Glau.* Magnopere. *So.* Mechanicus vero mercenariusque affectus cur infamis habetur? tunc certe haec in nobis infamia, quando quis partis optimae speciem natura sortitus est imbecillam, adeo ut bestiis, quae in eo sunt, dominari non possit: immo colere illas queat studeatque duntaxat, et earum solum nosse blanditias. *Glau.* Videtur. *So.* Nonne ut huiusmodi vir a tali quodam duce regatur, a quali et optimus quis-

ῆται οἷον περ ὁ βέλτιστος, δοῦλον αὐτὸν φαμὲν δεῖν εἶναι ἐκείνου τοῦ βελτίστου καὶ ἔχοντος ἐν αὑτῷ τὸ θεῖον ἄρχον, οὐκ ἐπὶ βλάβῃ τῇ τοῦ δούλου οἰόμενοι δεῖν ἄρχεσθαι αὐτόν, ὥς περ Θρασύμαχος ᾤετο τοὺς ἀρχομένους, ἀλλ' ὡς ἄμεινον ὂν παντὶ ὑπὸ θείου καὶ φρονίμου ἄρχεσθαι, μάλιστα μὲν οἰκεῖον ἔχοντος ἐν αὑτῷ, εἰ δὲ μή, ἔξωθεν ἐφεστῶτος, ἵνα εἰς δύναμιν πάντες ὅμοιοι ὦμεν καὶ φίλοι τῷ αὐτῷ κυβερνώμενοι; Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη. Δηλοῖ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ὁ νόμος ὅτι τοιοῦτον βουλεύεται, πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει ξύμμαχος ὤν· καὶ ἡ τῶν παίδων ἀρχή, τὸ μὴ ἐᾶν ἐλευθέρους εἶναι, ἕως ἂν ἐν αὐτοῖς ὥς περ ἐν πόλει πολιτείαν καταξήσωμεν, καὶ τὸ βέλτιστον θεραπεύσαν- 591 τες τῷ παρ' ἡμῖν τοιούτῳ ἀντικαταξήσωμεν φύλακά ὅμοιον καὶ ἄρχοντα ἐν αὐτῷ· καὶ τότε δὴ ἐλεύθερον ἀφίεμεν. Δηλοῖ γάρ, ἦ δ' ὅς. Πῇ δὴ οὖν φήσομεν, ὦ Γλαύκων, καὶ κατὰ τίνα λόγον λυσιτελεῖν ἀδικεῖν, ἢ ἀκολασταίνειν ἤ τι αἰσχρὸν ποιεῖν, ἐξ ὧν πονηρότερος μὲν ἔσαι, πλείω δὲ χρήματα ἢ ἄλλην τινὰ δύναμιν κεκτήσεται; Οὐδαμῇ, ἦ δ' ὅς. Πῇ δ' ἀδικοῦν-

que regitur, servum ipsum esse debere dicimus optimi viri, divinumque in se ipso habentis imperatorem? neque ad subiecti iacturam parere illum debere superiori censemus, quemadmodum de subditis omnibus existimabat Thrasymachus: sed quia praestat cuique divino sapientique principi subiici: maxime quidem si talem in se ipso principem habeat: si non habeat, principi huic saltem exteriori: ut omnes simus, quoad fieri potest, consimiles et amici, eodem principe gubernati. *Glau.* Recte nimium. *So.* Perspicuum quidem ex lege fit, quod tale quiddam ipsius est consilium, cum omnibus civibus aeque prospiciat. et imperium illud in pueros idem ostendit, quo prohibentur sui iuris esse priusquam in ipsis, quemadmodum in civitate, rem publicam constituerimus, optimamque ipsorum partem colentes ex optima nostri parte exterioris huius principis loco similem quendam in ipsis custodem in se ipso ac principem creaverimus: atque eos tunc demum liberos esse permittimus. *Glau.* Constat plane. *So.* Qua igitur ratione, o Glauco, prodesse alicui asseremus iniuste vel intemperate vel turpiter aliquid facere? ex quibus operibus deterior erit, dum pecunias ampliores aut aliam quamvis potentiam consequetur? *Glau.* Nulla. *So.* Quo

τῷ λανθάνειν καὶ μὴ διδόναι δίκην λυσιτελεῖν; ἢ οὐχὶ ὁ μὲν λανθάνων ἔτι πονηρότερος γίγνεται, τοῦ δὲ μὴ λανθάνοντος καὶ κολαζομένου τὸ μὲν θηριῶδες κομίζεται καὶ ἡμεροῦται, τὸ δὲ ἥμερον ἐλευθεροῦται, καὶ ὅλη ἡ ψυχὴ εἰς τὴν βελτίστην φύσιν καθισαμένη τετιμιωτέραν ἕξιν λαμβάνει, σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως κτωμένη, ἢ σῶμα ἰσχύν τε καὶ κάλλος μετὰ ὑγιείας λαμβάνον, τοσούτῳ ὅσῳ περ ψυχὴ σώματος τιμιωτέρα; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν ὅ γε νοῦν ἔχων πάντα τὰ αὑτοῦ εἰς τοῦτο ξυντείνας βιώσεται, πρῶτον μὲν τὰ μαθήματα τιμῶν ἃ τοιαύτην αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἀπεργάσεται, τὰ δὲ ἄλλα ἀτιμάζων; Δῆλον, ἔφη. Ἔπειτά γ', εἶπον, τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καὶ τροφὴν οὐχ ὅπως τῇ θηριώδει καὶ ἀλόγῳ ἡδονῇ ἐπιτρέψας ἐνταῦθα τετραμμένος ζήσει, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ὑγίειαν βλέπων οὐδὲ τοῦτο προσβεύων, ὅπως ἰσχυρὸς ἢ ὑγιὴς ἢ καλὸς ἔσαι, ἐὰν μὴ καὶ σωφρονήσειν μέλλῃ ἀπ' αὐτῶν· ἀλλ' ἀεὶ τὴν ἐν τῷ σώματι ἁρμονίαν τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἕνεκα ξυμφωνίας ἁρμοττόμενος φαίνηται. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη, ἐάν περ μέλλῃ τῇ ἀληθείᾳ μουσικὸς εἶναι. Οὐκοῦν, εἶπον, καὶ τὴν ἐν τῇ τῶν χρημάτων κτήσει ξύν-

pacto iniurianti prodesse dicemus, ut et lateat omnes et non det poenas? nonne qui latet, etiam fit deterior? hominis autem deprehensi castigatique pars illa ferina sedatur et mansuescit, domestica vero pars liberatur? et animus totus in naturam optimam restitutus eo pretiosiorem sumit habitum, temperantiam et iustitiam cum prudentia capiens, quam corpus, cum robur et formam cum sanitate consequitur, quo anima est corpore pretiosior? *Glau.* Sic est omnino. *So.* Quamobrem quicunque mentis est compos, ac hoc omnem suam instituet vitam. nempe in primis eas disciplinas plurimi faciet, quae talem animum ipsius efficiunt, alias autem spernet. *Glau.* Manifestum. *So.* Atque neque corpus colet et nutriet ut ferinae irrationalique voluptati indulgeat: neque ad sanitatem id referet: neque studiose id quaeret, ut robustus vel sanus sit vel formosus; nisi una cum his colat et temperantiam, ita ut corporis harmoniam propter animi temperet consonantiam. *Glau.* Ita prorsus, si quidem revera futurus sit musicus. *So.* Sed neque vulgi aestimatione commotus,

ταξίν τε καὶ ξυμφωνίαν; καὶ τὸν ὄγκον τοῦ πλήθους
οὐκ ἐκπληττόμενος ὑπὸ τοῦ τῶν πολλῶν μακαρι-
σμοῦ ἄπειρον αὐξήσει, ἀπέραντα κακὰ ἔχων; Οὐκ
ἔμαι, ἔφη. Ἀλλ' ἀποβλέπων γε, εἶπον, πρὸς τὴν
ἐν αὐτῷ πολιτείαν, καὶ φυλάττων μή τι παρακινῇ αὐ-
τοῦ τῶν ἐκεῖ διὰ πλῆθος οὐσίας ἢ δι' ὀλιγότητα, οὕ-
τω κυβερνῶν προσθήσει καὶ ἀναλώσει τῆς οὐσίας κα-
θ' ὅσον ἂν οἷός τ' ᾖ. Κομιδῇ μὲν οὖν, ἔφη. Ἀλλὰ
592 μὴν καὶ τιμιάς γε, εἰς ταὐτὸν ἀποβλέπων, τῶν μὲν
μεθέξει καὶ γεύσεται ἑκὼν ἃς ἂν ἡγῆται ἀμείνω αὐ- 10
τὸν ποιήσειν, ἃς δ' ἂν λύσειν τὴν ὑπάρχουσαν ἕξιν,
φεύξεται ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. Οὐκ ἄρα, ἔφη, τά γε πο-
λιτικὰ ἐθελήσει πράττειν, ἐάν περ τούτου κήδηται;
Νὴ τὸν κύνα, ἦν δ' ἐγώ, ἔν γε τῇ ἑαυτοῦ πόλει καὶ
μάλα, οὐ μέντοι ἴσως ἔν γε τῇ πατρίδι, ἐὰν μὴ
θεία τις ξυμβῇ τύχη. Μανθάνω, ἔφη· ἐν ᾗ νῦν δὴ
διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις, τῇ ἐν λόγοις κει-
μένῃ, ἐπεὶ γῆς γε οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι. Ἀλ-
λ', ἦν δ' ἐγώ, ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκει-
ται τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοι- 20

ordinem et concordiam in pecuniis possidendis earumque cumulum admirabitur, augebitve eas in infinitum, infinitis malis obnoxius. *Glau.* Non certe, ut arbitror. *So.* Verum ad interiorem sui rem publicam semper aspiciens cavebit, ne quid in ea e suo statu dimoveat propter indigentiam pecuniarum vel copiam. atque ita semper et in comparandis et in erogandis pecuniis pro viribus gubernabit. *Glau.* Summopere. *So.* Quin et honores ad idem referet. nam eos duntaxat gustabit, ex quibus meliorem evasurum se sperat: eos autem et privatim et publice fugiet, quibus deturbari posse quandoque praesentem animi sui statum veretur. *Glau.* Non ergo rem volet civilem administrare, si id curaverit. *So.* Immo per canem, sed in ipsa sui ipsius civitate. et maxime quidem: non tamen in patria forsitan, nisi sors quaedam divina contigerit. *Glau.* Intelligo equidem, quod ea in civitate dices, quam nos condidimus in praesentia: quae et in verbis est duntaxat, in terris vero nusquam, ut arbitror. *So.* At forte in coelo illius exstat exemplar, conspicuum illi, qui et intueri voluerit et se ipsum ad illud, cum intuitus est, instituere. nihil autem refert

κίζειν. διαφέρει δὲ οὐδὲν εἴτέ που ἔστιν εἴτε ἔσται· τὰ γὰρ ταύτης μόνης ἂν πράξειεν, ἄλλης δὲ οὐδεμιᾶς. Εἰκός γ', ἔφη.

sive uspiam sit sive erit. quae enim illius officia sunt, aget solum: quae alterius sunt, nequaquam. *Glau.* Consentaneum est.

Θ.

595 Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα περὶ αὐτῆς ἐννοῶ, ὡς παντὸς ἄρα μᾶλλον ὀρθῶς ᾠκίζομεν τὴν πόλιν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐνθυμηθεὶς περὶ ποιήσεως λέγω. Τὸ ποῖον; ἔφη. Τὸ μηδαμῇ παραδέχεσθαι αὐτῆς ὅση μιμητική· παντὸς γὰρ μᾶλλον οὐ παραδεκτέα νῦν καὶ ἐναργέστερον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, φαίνεται, ἐπειδὴ χωρὶς ἕκαστα διῄρηται τὰ τῆς ψυχῆς εἴδη. Πῶς λέγεις; Ὡς μὲν πρὸς ὑμᾶς εἰρῆσθαι — οὐ γάρ μου κατερεῖτε πρὸς τοὺς τῆς τραγῳδίας ποιητὰς καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς μιμητικούς — λώβη ἔοικεν εἶναι πάντα τὰ τοιαῦτα τῆς τῶν ἀκουόντων διανοίας, ὅσοι μὴ ἔχουσι φάρμακον τὸ εἰδέναι αὐτὰ οἷα τυγχάνει ὄντα.

Cogitanti mihi de hac, quam nuper verbis condidimus, civitate cum alia permulta recte admodum statuisse videmur, tum vel maxime, quae circa poësin praecepimus. *Glau.* Quaenam ista? *So.* Quod videlicet nulla poësis pars, quae in imitatione consistit, accipiatur. prae ceteris enim nunc est perspicuum, ut mihi videtur, nihil tale a nobis esse suscipiendum, postquam singulae seorsum animi distinctae sunt species. *Glau.* Quomodo istud ais? *So.* Ut vobiscum ista communicem, neque enim vos me coram tragicis imitatoribusque poëtis aliis accusabitis, quicquid tale est, corruptela quaedam mentis eorum esse videtur, qui, cum imitationes istas audiunt, medelam illam mentis non habent,

Πῇ δή, ἔφη, διανοούμενος λέγεις; Ῥητέον, ἦν δ' ἐγώ. καί τοι φιλία γέ τις με καὶ αἰδὼς ἐκ παιδὸς ἔχουσα περὶ Ὁμήρου ἀποκωλύει λέγειν. ἔοικε μὲν γὰρ τῶν καλῶν ἁπάντων τούτων τῶν τραγικῶν πρῶτος διδάσκαλός τε καὶ ἡγεμὼν γενέσθαι. ἀλλ' οὐ γὰρ πρό γε τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ, ἀλλ' ὃ λέγω, ῥητέον. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἄκουε δή, μᾶλλον δὲ ἀποκρίνου. Ἐρώτα. Μίμησιν ὅλως ἔχοις ἄν μοι εἰπεῖν ὅ τί ποτ' ἔστιν; οὐδὲ γάρ τοι αὐτὸς πάνυ τι ξυννοῶ τί βούλεται εἶναι. Ἦ που ἄρ', ἔφη, ἐγὼ ξυννοήσω. Οὐδέν γε, ἦν δ' ἐγώ, ἄτοπον, ἐπεὶ πολλά τοι ὀξύτερον βλεπόντων ἀμβλύτερον ὁρῶντες πρότεροι εἶδον. Ἔστιν, ἔφη, οὕτως· ἀλλὰ σοῦ παρόντος οὐδ' ἂν προθυμηθῆναι οἷός τε εἴην εἰπεῖν εἴ τί μοι καταφαίνεται, ἀλλ' αὐτὸς ὅρα. Βούλει οὖν ἐνθένδε ἀρξώμεθα ἐπισκοποῦντες, ἐκ τῆς εἰωθυίας μεθόδου; εἶδος γάρ που τι ἓν ἑκάστου εἰώθαμεν τίθεσθαι περὶ ἕκαστα τὰ πολλὰ οἷς ταὐτὸν ὄνομα ἐπιφέρομεν. ἢ οὐ μανθάνεις; Μανθάνω. Θῶμεν δὴ καὶ νῦν ὅ τι βούλει τῶν πολλῶν. οἷον, εἰ θέλεις, πολλαί που εἰσι κλῖναι καὶ τράπεζαι. Πῶς δ' οὔ; Ἀλλὰ ἰδέαι γέ που 596

qua potissimum, quales hae fabulae sint, discernant. *Glau.* Quorsum ista? *So.* Dicendum quidem: etsi amicitia quaedam et reverentia, a pueritia, mihi erga Homerum contracta, me detinet. etenim insignium istorum omnium tragicorum dux et magister primus exstitisse videtur. at veritati virum non censeo praeponendum. quare, quod institui, dicendum est. *Glau.* Omnino. *So.* Audi igitur: immo vero responde. *Glau.* Interroga. *So.* Nunquid explicare mihi potes omnino, quid imitatio sit? neque enim ego satis, quid sit, intelligo. *Glau.* An igitur ego intelligam? *So.* Nihil id mirum esset. nam saepe contingit, ut qui hebetiorem habent aciem, nonnulla prius intueantur quam qui cernunt acutius. *Glau.* Est, ut dicis. ceterum te praesente nunquam auderem, quod mihi videtur, exprimere. sed ipse videris. *So.* Vis hinc exordiamur, solita illa nostra ratione considerantes? speciem unamquamque ponere solemus de quibuslibet pluribus, de quibus idem nomen imponimus. an non intelligis? *Glau.* Intelligo equidem. *So.* Ponamus utique nunc quodvis e multis. ut ecce, plures lecti sunt atque mensae. *Glau.* Quidni? *So.* Ideae tamen harum rerum duae sunt, una lecti,

περὶ ταῦτα τὰ σκεύη δύο, μία μὲν κλίνης, μία δὲ τραπέζης. Ναί. Οὐκοῦν καὶ εἰώθαμεν λέγειν ὅτι ὁ δημιουργὸς ἑκατέρου τοῦ σκεύους πρὸς τὴν ἰδέαν βλέπων οὕτω ποιεῖ ὁ μὲν τὰς κλίνας, ὁ δὲ τὰς τραπέζας, αἷς ἡμεῖς χρώμεθα, καὶ τἆλλα κατὰ ταὐτά; οὐ γάρ που τήν γε ἰδέαν αὐτὴν δημιουργεῖ οὐδεὶς τῶν δημιουργῶν· πῶς γάρ; Οὐδαμῶς. Ἀλλ' ὅρα δὴ καὶ τόνδε τίνα καλεῖς τὸν δημιουργόν. Τὸν ποῖον; Ὃς πάντα ποιεῖ ὅσα περ εἷς ἕκαστος τῶν χειροτεχνῶν. Δεινόν τινα λέγεις καὶ θαυμαστὸν ἄνδρα. Οὔ πώ γε, ἀλλὰ τάχα μᾶλλον. φήσεις. ὁ αὐτὸς γὰρ οὗτος χειροτέχνης οὐ μόνον πάντα οἷός τε σκεύη ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα ἅπαντα ποιεῖ καὶ ζῷα πάντα ἐργάζεται, τά τε ἄλλα καὶ ἑαυτόν, καὶ πρὸς τούτοις γῆν καὶ οὐρανὸν καὶ θεοὺς καὶ πάντα τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν Ἅιδου ὑπὸ γῆς ἅπαντα ἐργάζεται. Πάνυ θαυμαστόν, ἔφη, λέγεις σοφιστήν. Ἀπιστεῖς; ἦν δ' ἐγώ. καί μοι εἰπέ, τὸ παράπαν οὐκ ἄν σοι δοκεῖ εἶναι τοιοῦτος δημιουργός, ἢ τινὶ μὲν τρόπῳ γενέσθαι ἂν τούτων ἁπάντων ποιητής, τινὶ δὲ οὐκ ἄν; ἢ οὐκ αἰσθάνει ὅτι καὶ αὐτὸς οἷός τε εἴης πάντα ταῦτα ποιῆσαι

mensae est altera. *Glau.* Ita est. *So.* Solemus autem dicere, supellectilis utriusque artificem ideam respicientem suum opus efficere: unum quidem lectos, mensas alterum, quibus ipsi utimur: ceteraque similiter. nullus enim artifex ideam ipsam fabricat. quo enim pacto? *Glau.* Nullo. *So.* Vide praeterea, nunquid talem aliquem voces artificem? *Glau.* Qualem? *So.* Qui facit omnia, quotcunque unusquisque artifex eorum, qui manibus operantur. *Glau.* Potentem narras virum atque mirabilem. *So.* Nondum integram eius vim expressi. forte vero multo magis miraberis, si expressero. nempe idem iste artifex non solum omnia potest supellectilia fabricare, sed etiam, quaecunque ex terra nascuntur, efficit, et animalia omnia atque seipsum. terram quoque, coelum ac Deos, et quaecunque in coelo sunt et sub terris apud inferos, peragit. *Glau.* Sophistam narras mirabilem. *So.* Diffidis? dic, obsecro, nunquid nullo modo huiusmodi artifex esse tibi videtur? vel quodam modo istorum omnium faber esse, quodammodo vero non esse? an non advertis haec omnia te quodam modo efficere pos-

τρόπῳ γέ τινι; Καὶ τίς, ἔφη, ὁ τρόπος οὗτος; Οὐ χαλεπός, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλὰ πολλαχῇ καὶ ταχὺ δημιουργούμενος· τάχιστα δέ που, εἰ θέλεις λαβὼν κάτοπτρον περιφέρειν παντα-χῇ, ταχὺ μὲν ἥλιον ποιήσεις καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ, ταχὺ δὲ γῆν, ταχὺ δὲ σαυτόν τε καὶ τἆλλα ζῶα καὶ σκεύη καὶ φυτὰ καὶ πάντα ὅσα νῦν δὴ ἐλέγετο. Ναί, ἔφη, φαινόμενα, οὐ μέντοι ὄντα γέ που τῇ ἀληθείᾳ. Καλῶς, ἦν δ' ἐγώ, καὶ εἰς δέον ἔρχει τῷ λόγῳ. τῶν τοιούτων γάρ, οἶμαι, δημιουργῶν καὶ ὁ ζωγράφος ἐστίν. ἦ γάρ; Πῶς γὰρ οὔ; Ἀλλὰ φήσεις οὐκ ἀληθῆ, οἶμαι, αὐτὸν ποιεῖν ἃ ποιεῖ. καί τοι τρόπῳ γέ τινι καὶ ὁ ζωγράφος κλίνην ποιεῖ. ἦ οὔ; Ναί, ἔφη, φαινομέ-νην γε καὶ οὗτος. Τί δὲ ὁ κλινοποιός; οὐκ ἄρτι μέν-τοι ἔλεγες ὅτι οὐ τὸ εἶδος ποιεῖ ὃ δή φαμεν εἶναι ὃ ἔστι κλίνη, ἀλλὰ κλίνην τινά; Ἔλεγον γάρ. Οὐκοῦν εἰ μὴ ὃ ἔστι ποιεῖ, οὐκ ἂν τὸ ὂν ποιοῖ, ἀλλά τι τοιοῦτον οἷον τὸ ὄν, ὂν δὲ οὔ; τελέως δὲ εἶναι ὂν τὸ τοῦ κλι-νουργοῦ ἔργον ἢ ἄλλου τινὸς χειροτέχνου εἴ τις φαίη, κινδυνεύει οὐκ ἂν ἀληθῆ λέγειν; Οὔκουν, ἔφη, ὡς γ' ἂν δόξειε τοῖς περὶ τοὺς τοιούσδε λόγους διατρίβου-σιν. Μηδὲν ἄρα θαυμάζωμεν εἰ καὶ τοῦτο ἀμυδρὸν

se? *Glau.* Quisnam hic modus? *So.* Haud difficile istud. potes enim passim et celeriter omnia facere. Speculum accipe, passim-que circumferas. solem protinus facies, et quae in coelo sunt, terram quamprimum, ocissime te ipsum, et cetera pariter ani-malia, supellectilia, plantas: et quaecunque nuper commemoravi-mus. *Glau.* Imagines istorum quidem, res ipsas minime. *So.* Opportune nimium respondisti. talis utique faber est et ipse pi-ctor. nonne? *Glau.* Est. *So.* At ipsum dices haudquaquam facere vera, quae facit, quanquam et aliquo pacto pictor quoque lectum facit. an non? *Glau.* Facit quidem et iste, sed appa-rentem. *So.* Nonne dicebas, quod lecti faber speciem quidem ipsam non facit, quam esse dicimus id, quod lectus est, sed le-ctum aliquem? *Glau.* Dicebam equidem. *So.* Si id, quod est, non facit, haud sane, quod vere est, facit, sed tale aliquid, quale quod vere est, non tamen ipsum, quod est re vera. perfecte au-tem esse fabri aut lectorum aut aliorum artificiorum opus si quis dixerit, aberrabit? *Glau.* Non, ut videtur his, qui in disputatio-nibus hisce versantur. *So.* Nihil mirum igitur, si et hoc ad ve-

τι τυγχάνει ὂν πρὸς ἀλήθειαν; Μὴ γάρ. Βούλει οὖν, ἔφην, ἐπ' αὐτῶν τούτων ζητήσωμεν τὸν μιμητὴν τούτου τίς ποτ' ἐστίν; Εἰ βούλει, ἔφη. Οὐκοῦν τρισταί τινες κλῖναι αὗται γίγνονται, μία μὲν ἡ ἐν τῇ φύσει οὖσα, ἣν φαῖμεν ἄν, ὡς ἐγῷμαι, θεὸν ἐργάσασθαι. ἢ τίνα ἄλλον; Οὐδένα, οἶμαι. Μία δέ γε ἦν ὁ τέκτων. Ναί, ἔφη. Μία δὲ ἦν ὁ ζωγράφος. ἦ γάρ; Ἔγωγε. Ζωγράφος δή, κλινοποιός, θεός, τρεῖς οὗτοι ἐπιστάται τρισὶν εἴδεσι κλινῶν. Ναὶ τρεῖς. Ὁ μὲν δὴ θεός, εἴτε οὐκ ἐβούλετο εἴ τέ τις ἀνάγκη ἐπῆν μὴ πλέον ἢ μίαν ἐν τῇ φύσει ἀπεργάσασθαι αὐτὸν κλίνην, οὕτως ἐποίησε μίαν μόνην αὐτὴν ἐκείνην ὃ ἔστι κλίνη. δύο δὲ τοιαῦται ἢ πλείους οὔτε ἐφυτεύθησαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ οὔτε μὴ φυῶσιν. Πῶς δή; ἔφη. Ὅτι, ἦν δ' ἐγώ, εἰ δύο μόνας ποιήσειε, πάλιν ἂν μία ἀναφανείη ἧς ἐκεῖναι ἂν αὖ ἀμφότεραι τὸ εἶδος ἔχοιεν, καὶ εἴη ἂν ὃ ἔστι κλίνη ἐκείνη, ἀλλ' οὐχ αἱ δύο. Ὀρθῶς, ἔφη. Ταῦτα δή, οἶμαι, εἰδὼς ὁ θεός, βουλόμενος εἶναι ὄντως κλίνης ποιητὴς ὄντως οὔσης, ἀλλὰ μὴ κλίνης τινὸς μηδὲ κλινοποιός τις, μίαν φύσει αὐτὴν ἔφυσεν. Ἔοικεν. Βούλει οὖν τοῦτον μὲν φυτουργὸν τούτου

ritatem est tenue ac frivolum. *Glau.* Non certe. *So.* Vis in istis quoque investigemus, quis imitator iste sit? *Glau.* Si placet. *So.* Nonne tres hi lecti sunt? unus quidem in natura ipsa exsistens, quem Deum dicemus, ut arbitror, effecisse. num alium quenquam? *Glau.* Nullum. *So.* Alter, quem faber conficit. *Glau.* Plane. *So.* Tertius vero, quem pictor. nonne? *Glau.* Est. *So.* Pictor itaque, lecti faber et Deus tres sunt, tribus lectorum speciebus praesidentes. *Glau.* Tres utique. *So.* Deus igitur, sive quia nolebat, sive quia aliqua necessitas inerat, non plures lectos, sed unum in natura ab eo lectum fieri. ita solum ipsum unum fecit lectum, qui sane est id, quod est lectus. duo autem tales aut plures a Deo nequedum geniti sunt neque gignentur. *Glau.* Qua ratione? *So.* Quia si duos faceret solos, unus iterum, cuius ambo haberent speciem, appareret: ipsequa esset id, quod lectus est, non autem duo illi id essent. *Glau.* Scite. *So.* Haec cum intelligeret Deus, velletque verus esse auctor veri lecti, non autem lecti cuiusdam auctor quidam, unum duntaxat natura progenuit. *Glau.* Videtur. *So.* Vis ergo hunc

προσαγορεύωμεν, ἤ τι τοιοῦτον; Δίκαιον γοῦν, ἔφη, ἐπειδή περ φύσει γε καὶ τοῦτο καὶ τἆλλα πάντα πεποίηκε. Τί δέ; τὸν τέκτονα ἆρ' οὐ δημιουργὸν κλίνης; Ναί. Ἦ καὶ τὸν ζωγράφον δημιουργὸν καὶ ποιητὴν τοῦ τοιούτου; Οὐδαμῶς. Ἀλλὰ τί αὐτὸν κλίνης φήσεις εἶναι; Τοῦτο, ἦ δ' ὅς, ἔμοιγε δοκεῖ μετριώτατ' ἂν προσαγορεύεσθαι, μιμητὴς οὐ ἐκεῖνοι δημιουργοί. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, τὸν τοῦ τρίτου ἄρα γεννήματος ἀπὸ τῆς φύσεως μιμητὴν καλεῖς; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τοῦτ' ἄρα ἔσαι καὶ ὁ τραγῳδοποιός, εἴ περ μιμητής ἐσι, τρίτος τις ἀπὸ βασιλέως καὶ τῆς ἀληθείας πεφυκώς, καὶ πάντες οἱ ἄλλοι μιμηταί. Κινδυνεύει. Τὸν μὲν δὴ μιμητὴν ὡμολογήκαμεν· εἰπὲ δέ μοι περὶ τοῦ ζωγράφου τόδε. πότερα ἐκεῖνο αὐτὸ τὸ ἐν τῇ φύσει 598
ἕκαστον δοκεῖ σοι ἐπιχειρεῖν μιμεῖσθαι ἢ τὰ τῶν δημιουργῶν ἔργα; Τὰ τῶν δημιουργῶν, ἔφη. Ἆρα οἷα ἔστιν ἢ οἷα φαίνεται; τοῦτο γὰρ ἔτι διόρισον. Πῶς λέγεις; ἔφη. Ὧδε. κλίνη, ἐάν τε ἐκ πλαγίου αὐτὴν θεᾷ ἐάν τε καταντικρὺ ἢ ὁπηοῦν, μή τι διαφέρει αὐτὴ ἑαυτῆς, ἢ διαφέρει μὲν οὐδέν, φαίνεται δὲ ἀλλοία; καὶ τἆλλα ὡσαύτως; Οὕτως, ἔφη· φαίνεται, διαφέρει δ' οὐ-

huius plantatorem vel tale aliquid appellemus? *Glau.* Par est: quandoquidem natura et hoc et alia omnia fecit. *So.* Fabrum vero nonne lecti opificem? *Glau.* Et hoc. *So.* Num et pictorem quoque factorem huius operis et opificem? *Glau.* Nullo modo. *So.* At quomodo ad lectum habere se dices? *Glau.* Aptissime dici mihi posse videtur imitator eius, cuius opifices illi dicuntur. *So.* Ergo imitatorem vocas eum, qui tertium a natura facit? *Glau.* Valde. *So.* Talis utique erit et tragicus: siquidem est imitator, tertius quidam a rege et veritate: similiterque alii omnes imitatores. *Glau.* Apparet. *So.* De imitatore quidem consensimus. sed de pictore mihi dicas velim, utrum ipsum unumquodque, quod est in natura, imitari contendas, vel artificum opera? *Glau.* Artificum opera. *So.* Utrum qualia sunt? vel qualia nobis apparent? hoc praeterea mihi distinguas. *Glau.* Quomodo istud ais? *So.* Sic. lectus quidem, sive ex obliquo seu e regione cernatur seu quovis alio modo, nunquid a se ipso differt? vel nihilo differt, aliter vero videtur dispositus aliter intuentibus? ceteraque similiter. *Glau.* Sic apparet quidem:

λέν. Τοῦτο δὴ αὐτὸ σκόπει. πρὸς πότερον ἡ γραφικὴ πεποίηται περὶ ἕκαστον; πότερα πρὸς τὸ ὄν, ὡς ἔχει, μιμήσασθαι, ἢ πρὸς τὸ φαινόμενον, ὡς φαίνεται, φαντάσματος ἢ ἀληθείας οὖσα μίμησις; Φαντάσματος, ἔφη. Πόῤῥω που ἄρα τοῦ ἀληθοῦς ἡ μιμητικὴ ἐστι· καὶ ὡς ἔοικε, διὰ τοῦτο πάντα ἀπεργάζεται, ὅτι σμικρόν τι ἑκάστου ἐφάπτεται, καὶ τοῦτο εἴδωλον. οἷον ὁ ζωγράφος, φαμέν, ζωγραφήσει ἡμῖν σκυτοτόμον, τέκτονα, τοὺς ἄλλους δημιουργούς, περὶ οὐδενὸς τούτων ἐπαΐων τῶν τεχνῶν· ἀλλ' ὅμως παῖδάς γε καὶ ἄφρονας ἀνθρώπους, εἰ ἀγαθὸς εἴη ζωγράφος, γράψας ἂν τέκτονα καὶ πόῤῥωθεν ἐπιδεικνὺς ἐξαπατῷ ἂν τῷ δοκεῖν ὡς ἀληθῶς τέκτονα εἶναι. Τί δ' οὔ; Ἀλλὰ γάρ, οἶμαι, ὦ φίλε, τόδε δεῖ περὶ πάντων τῶν τοιούτων διανοεῖσθαι, ἐπειδάν τις ἡμῖν ἀπαγγέλλῃ περί του, ὡς ἐνέτυχεν ἀνθρώπῳ πάσας ἐπισταμένῳ τὰς δημιουργίας καὶ τἆλλα πάντα, ὅσα εἷς ἕκαστος οἶδεν, οὐδὲν ὅ τι οὐχὶ ἀκριβέστερον ὁτουοῦν ἐπισταμένῳ· ὑπολαμβάνειν δεῖ τῷ τοιούτῳ ὅτι εὐήθης τις ἄνθρωπος, καὶ ὡς ἔοικεν, ἐντυχὼν γόητί τινι καὶ μιμητῇ ἐξηπατήθη, ὥστε ἔδοξεν αὐτῷ πάσσοφος εἶναι, διὰ τὸ αὐτὸς μὴ οἷός τ' εἶναι ἐπιστήμην καὶ

differt autem nihilo. *So.* Animadverte et istud: quid in singulis intendit pictoris industria? utrum, ut se habent, res singulas imitari? an quod apparet potius, ut apparet? imaginis apparentis vel veritatis potius imitatio? *Glau.* Apparentis imaginis. *So.* Procul igitur a vero est imitator: atque, ut videtur, propterea omnia potest facere, quia exiguum quiddam cuiusque attingit simulacrum. quemadmodum pictor pinget nobis coriarium, fabrum et opifices alios, cum nihil in artibus his intelligat: veruntamen, si peritus sit pictor, expresseritque fabri ipsius imaginem, quam procul ostendat, pueros dementesque homines ita decipiet, ut verus esse faber illis appareat. *Glau.* Quidni? *So.* Ceterum, o amice, hoc in huiuscemodi omnibus cogitandum. quotiens aliquis nobis de hoc ipso nuntiat, se videlicet homini occurrisse in omnibus artibus erudito, perfectissimeque prae ceteris intelligenti, quaecunque alius quivis intelligat: huic protinus respondendum, quod fatuus est, et in magnum quendam praestigiatorem incidit, cuius imitationibus est deceptus, ut sibi visus ille sit in omnibus sapientissimus: ex eo quod ipse neque scientiam ab inscitia et imitationem a re vera discernere. *Gla*

ἀνεπιστημοσύνην καὶ μίμησιν ἐξετάσαι. Ἀληθέστατα, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, μετὰ τοῦτο ἐπισκεπτέον τήν τε τραγῳδίαν καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτῆς Ὅμηρον, ἐπειδή τινων ἀκούομεν ὅτι οὗτοι πάσας μὲν τέχνας ἐπίστανται, πάντα δὲ τἀνθρώπεια τὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν, καὶ τά γε θεῖα· ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀγαθὸν ποιητήν, εἰ μέλλει, περὶ ὧν ἂν ποιῇ, καλῶς ποιήσειν, εἰδότα ἄρα ποιεῖν ἢ μὴ οἷόν τε εἶναι ποιεῖν. δεῖ δὴ ἐπισκέψασθαι πότερον μιμηταῖς τούτοις οὗτοι ἐντυχόντες ἐξηπάτηνται καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν ὁρῶντες οὐκ αἰσθάνονται τρίτα ἀπέχοντα τοῦ ὄντος καὶ ῥᾴδια ποιεῖν μὴ εἰδότι τὴν ἀλήθειαν, φαντάσματα γὰρ ἀλλ' οὐκ ὄντα ποιοῦσιν, ἤ τι καὶ λέγουσι καὶ τῷ ὄντι οἱ ἀγαθοὶ ποιηταὶ ἴασι περὶ ὧν δοκοῦσι τοῖς πολλοῖς εὖ λέγειν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, ἐξεταστέον. Οἴει οὖν, εἴ τις ἀμφότερα δύναιτο ποιεῖν, τό τε μιμηθησόμενον καὶ τὸ εἴδωλον, ἐπὶ τῇ τῶν εἰδώλων δημιουργίᾳ ἑαυτὸν ἀφεῖναι ἂν σπουδάζειν καὶ τοῦτο προστήσασθαι τοῦ ἑαυτοῦ βίου ὡς βέλτιστον ἔχοντα; Οὐκ ἔγωγε. Ἀλλ' εἴ πέρ γε, οἶμαι, ἐπιστήμων εἴη τῇ ἀληθείᾳ τούτων περὶ ἃ περ καὶ μιμεῖται, πολὺ πρότερον ἐν τοῖς ἔργοις ἂν σπουδάσειεν

Verissima loqueris. *So.* Nonne posthac tragoediam discutere decet, ducemque ipsius Homerum? postquam a nonnullis accepimus tragicos poëtas artes omnes intelligere, humanaque omnia, tam ad virtutem quam ad vitium pertinentia, nec non et divina: porro poëtam bonum oportere, si recte, quae componit, sit tractaturus, eorum habere scientiam, vel non posse componere. Quare discernere id debemus, utrum, qui eos laudant, imitatoria poëtarum industria decepti sint, eorumque opera dum aspiciunt, haud plane persentiant tertio gradu distare a veritate, faciliaque factu esse vel homini veritatis ignaro: umbras quippe, non res veras faciunt: an forte nonnihil dicant, ac revera poëtae boni intelligant ea, de quibus vulgo bene loqui videntur? *Glau.* Discernendum omnino. *So.* Si quis possit ambo perficere, et id quod in imitationem cadit, et eius simulacrum, nunquid eum putas in simulacris fingendis immoraturum? idque opus sibi in vita, tanquam optimum, propositurum? *Glau.* Minime. *So.* Nempe si veram eorum, quae imitatur, peritiam habeat multo magis operibus ipsis quam eorum imitationibus, ut reor, incum-

ἐπὶ τοῖς μιμήμασι, κἀὶ πειρῷτο ἂν πολλὰ καὶ καλὰ ργα ἑαυτοῦ καταλιπεῖν μνημεῖα, καὶ εἶναι προθυμοῖτ' ἂν μᾶλλον ὁ ἐγκωμιαζόμενος ἢ ὁ ἐγκωμιάζων. Οἶμαι, ἔφη· οὐ γὰρ ἐξ ἴσου ἥ τε τιμὴ καὶ ἡ ὠφέλεια. Τῶν μὲν τοίνυν ἄλλων πέρι μὴ ἀπαιτῶμεν λόγον Ὅμηρον ἢ ἄλλον ὁντινοῦν τῶν ποιητῶν, ἐρωτῶντες, εἰ ἰατρικὸς ἦν τις αὐτῶν ἀλλὰ μὴ μιμητὴς μόνον ἰατρικῶν λόγων, τίνας ὑγιεῖς ποιητής τις τῶν παλαιῶν ἢ τῶν νέων λέγεται πεποιηκέναι, ὥς περ Ἀσκληπιός, ἢ τίνας μαθητὰς ἰατρικῆς κατελίπετο, ὥσπερ ἐκεῖνος τοὺς ἐκγόνους; μηδ' αὖ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας αὐτοὺς ἐρωτῶμεν, ἀλλ' ἐῶμεν· περὶ δὲ ὧν μεγίστων τε καὶ καλλίστων ἐπιχειρεῖ λέγειν Ὅμηρος, πολέμων τε πέρι καὶ στρατηγιῶν καὶ διοικήσεων πόλεων, καὶ παιδείας πέρι ἀνθρώπου, δίκαιόν που ἐρωτᾶν αὐτὸν πυνθανομένους Ὦ φίλε Ὅμηρε, εἴ περ μὴ τρίτος ἀπὸ τῆς ἀληθείας εἶ ἀρετῆς πέρι εἰδώλου δημιουργός, ὃν δὴ μιμητὴν ὡρισάμεθα, ἀλλὰ καὶ δεύτερος, καὶ οἷός τε ἦσθα γιγνώσκειν ποῖα ἐπιτηδεύματα βελτίους ἢ χείρους ἀνθρώπους ποιεῖ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, λέγε ἡμῖν τίς τῶν πόλεων διὰ σὲ βέλτιον ᾤκησεν, ὥς περ διὰ Λυκοῦργον

bet: conabiturque multa et praeclara opera sui monimenta posteritati relinquere: satiusque censebit, ut ipse laudetur ab aliis, quam ut ipse semper alienorum operum sit laudator. *Glau.* Ita equidem arbitror. neque enim aequus honor aut aequum emolumentum. *So.* Ceterum de aliis quidem rationem minime exigamus, Homerum aut alium quemvis poëtarum interrogantes, si quis eorum medicus revera fuerit, non solum verborum ad medicum spectantium imitator: quosnam sanos poëta reddiderit vel veterum hominum vel recentium? quemadmodum Aesculapius; aut quos reliquerit artis medicinae discipulos? quemadmodum ille filios. Sed neque ab eis de aliis artibus sciscitemur: mittamus enim reliqua. at vero de maximis illis praeclarissimisque rebus, quas tentat Homerus, bellis, castris, rebus publicis et hominum disciplinis, par est ita eum interrogare: O dulcis Homere, si non es a veritate tertius, fingisve virtutis imaginem, quem imitatorem in superioribus definivimus, sed es secundus, potesque narrare, quae studia homines vel meliores vel deteriores privatim publiceque efficiant; dic, obsecro, quaenam civitas per te rectius disposita est? sicuti Lacedaemonia per Lycurgum, per

Λακεδαίμων καὶ δι' ἄλλους πολλοὺς πολλαὶ μεγάλαι τε καὶ σμικραί; σὲ δὲ τίς αἰτιᾶται πόλις νομοθέτην ἀγαθὸν γεγονέναι καὶ σφᾶς ὠφεληκέναι; Χαρῶνδαν μὲν γὰρ Ἰταλία καὶ Σικελία, καὶ ἡμεῖς Σόλωνα· σὲ δὲ τίς; ἔξει τινὰ εἰπεῖν; Οὐκ οἶμαι, ἔφη ὁ Γλαύκων· οὔκουν λέγεταί γε οὐδ' ὑπ' αὐτῶν Ὁμηριδῶν. Ἀλλὰ δή τις πόλεμος ἐπὶ Ὁμήρου ὑπ' ἐκείνου ἄρχοντος ἢ ξυμβουλεύοντος εὖ πολεμηθεὶς μνημονεύεται; Οὐδείς. Ἀλλ' οἷα δὴ τὰ ἔργα σοφοῦ ἀνδρὸς πολλαὶ ἐπίνοιαι καὶ εὐμήχανοι εἰς τέχνας ἤ τινας ἄλλας πράξεις λέγονται, ὥς περ αὖ Θάλεώ τε πέρι τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀναχάρσιος τοῦ Σκύθου; Οὐδαμῶς τοιοῦτον οὐδέν. Ἀλλὰ δὴ εἰ μὴ δημοσίᾳ, ἰδίᾳ τισὶν ἡγεμὼν παιδείας αὐτὸς ζῶν λέγεται Ὅμηρος γενέσθαι, οἳ ἐκεῖνον ἠγάπων ἐπὶ συνουσίᾳ καὶ τοῖς ὑστέροις ὁδόν τινα παρέδοσαν βίου Ὁμηρικήν, ὥς περ Πυθαγόρας αὐτός τε διαφερόντως ἐπὶ τούτῳ ἠγαπήθη, καὶ οἱ ὕστεροι ἔτι καὶ νῦν Πυθαγόρειον τρόπον ἐπονομάζοντες τοῦ βίου διαφανεῖς πῃ δοκοῦσιν εἶναι ἐν τοῖς ἄλλοις; Οὐδ' αὖ, ἔφη, τοιοῦτον οὐδὲν λέγεται. ὁ γὰρ Κρεώφυλος, ὦ Σώκρατες, ἴσως, ὁ τοῦ Ὁμήρου ἑταῖρος, τοῦ ὀνόματος ἂν γελοιότερος

que alios multos multae et angustae civitates et amplae. Cuius potissimum urbis homines legum te optimum praedicant conditorem, et beneficia in se tua commemorant? Charondam quidem Italia et Sicilia celebrant, nos Solonem: te vero quis praedicabit et qualem? *Glau.* Nullus, ut arbitror, beneficia eius commemorat. Quin neque ipsi Homeri assertores testari hoc audent. *So.* Quod praecipue bellum Homeri temporibus eo consultore vel duce feliciter expeditum commemoratur? *Glau.* Nullum. *So.* Praeterea quae viri huius, tanquam in his rebus sapientis, inventa ad officia vitae et artis aptissima referuntur, ut Thaletis Milesii et Anacharsis Scythae? *Glau.* Nihil tale. *So.* Si minus publice, at saltem privatim, quibusnam Homerus ipse, dum viveret, disciplinae dux dicitur exstitisse? qui et eius consuetudine delectati sint, et posteris Homericam aliquam rationem vitae tradiderint? quemadmodum et Pythagoras in hoc summa cum auctoritate vixit, et posteri etiam his temporibus vitam Pythagoream celebrantes inter ceteros illustres habentur. *Glau.* Neque tale quid rursus de Homero narratur. Creophylus enim, o Socrates, forsitan, Homeri familiaris, disciplina etiam magis quam nomine ridiculus appare-

ἔτι πρὸς παιδείαν φανείη, εἰ τὰ λεγόμενα περὶ Ὁμήρου ἀληθῆ. λέγεται γὰρ ὡς πολλή τις ἀμέλεια περὶ αὐτὸν ἦν ἐπ' αὐτοῦ ἐκείνου, ὅτε ἔζη. Λέγεται γὰρ οὖν, ἦν δ' ἐγώ. ἀλλ' οἶει, ὦ Γλαύκων, εἰ τῷ ὄντι οἷός τ' ἦν παιδεύειν ἀνθρώπους καὶ βελτίους ἀπεργάζεσθαι Ὅμηρος, ἅτε περὶ τούτων οὐ μιμεῖσθαι ἀλλὰ γιγνώσκειν δυνάμενος, οὐκ ἄρα ἂν πολλοὺς ἑταίρους ἐποιήσατο καὶ ἐτιμᾶτο καὶ ἠγαπᾶτο ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ Πρωταγόρας μὲν ἄρα ὁ Ἀβδηρίτης καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ ἄλλοι πάμπολλοι δύνανται τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν παρισάναι, ἰδίᾳ ξυγγιγνόμενοι, ὡς οὔτε οἰκίαν οὔτε πόλιν τὴν αὑτῶν διοικεῖν οἷοί τ' ἔσονται, ἐὰν μὴ σφεῖς αὐτῶν ἐπιστατήσωσι τῆς παιδείας, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται, ὥστε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι· Ὅμηρον δ' ἄρα οἱ ἐπ' ἐκείνου, εἰ περ οἷός τ' ἦν πρὸς ἀρετὴν ὀνῆναι ἀνθρώπους, ἢ Ἡσίοδον ῥαψῳδεῖν ἂν περιιόντας εἴων, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἂν αὐτῶν ἀντείχοντο, ἢ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἠνάγκαζον παρὰ σφίσιν οἴκοι εἶναι, ἢ εἰ μὴ ἔπειθον, αὐτοὶ ἂν ἐπαιδαγώγουν ὅπῃ ἦεσαν, ἕως ἱκανῶς παιδείας μεταλάβοιεν; Παντάπασιν, ἔφη, δοκεῖς μοι,

bit, si quidem vera sunt, quae de Homero narrantur. dicitur enim negligentior ad eius disciplinam fuisse, dum sub hoc ipso viveret. *So.* Dicitur sane. At enim, o Glaucon, si revera poterat Homerus instruere homines ac reddere meliores, utpote qui in his rebus non imitationis tantum esset, verum etiam intelligentiae compos: cur non multos sibi vendicavit amicos? cur non vivens honoratus est? cur non amatus? Profecto Abderites Protagoras et Prodicus Chius aliique permulti possunt hominibus sui temporis suadere, privatim singulos adeuntes, nunquam eos rem familiarem et publicam rectè gubernaturos, nisi ipsi eos erudiant: et ob hanc sapientiam tam ardenter amantur, ut vix sectatores eorum se contineant, quin capite eos circumferant. Homerum autem vel Hesiodum eorum temporum homines, si poëtae illi quicquam iuvare eos ad virtutem potuissent, nunquid permisissent oberrare tam diu passim carmina decantantes? quin potius eos magis quam aurum complexi fuissent, induxissentque eos secum domi familiariter vivere ac nisi persuasissent, eos ipsi secuti essent, quocunque pergerent, quoad satis essent eorum in studiis eruditi. *Glau.* Vera prorsus mihi loqui

ὦ Σώκρατες, ἀληθῆ λέγειν. Οὐκοῦν τιθῶμεν ἀπὸ Ὁμήρου ἀρξαμένους πάντας τοὺς ποιητικοὺς μιμητὰς εἰδώλων ἀρετῆς εἶναι καὶ τῶν ἄλλων περὶ ὧν ποιοῦσι, τῆς δὲ ἀληθείας οὐχ ἅπτεσθαι; ἀλλ' ὥς περ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ὁ ζωγράφος σκυτοτόμον ποιήσει δοκοῦντα εἶναι, αὐτός τε οὐκ ἐπαΐων περὶ τῆς σκυτοτομίας καὶ 601
τοῖς μὴ ἐπαΐουσιν, ἐκ τῶν χρωμάτων δὲ καὶ σχημάτων θεωροῦσιν; Πάνυ μὲν οὖν. Οὕτω δή, οἶμαι, καὶ τὸν ποιητικὸν φήσομεν χρώματ' ἄττα ἑκάςων τῶν τεχνῶν τοῖς ὀνόμασι καὶ ῥήμασιν ἐπιχρωματίζειν αὐτὸν οὐκ ἐπαΐοντα, ἀλλ' ἢ μιμεῖσθαι, ὥςτε ἑτέροις τοιούτοις ἐκ τῶν λόγων θεωροῦσι δοκεῖν, ἐάν τε περὶ σκυτοτομίας τις λέγῃ ἐν μέτρῳ καὶ ῥυθμῷ καὶ ἁρμονίᾳ, πάνυ εὖ δοκεῖν λέγεσθαι, ἐάν τε περὶ ςρατηγίας ἐάν τε περὶ ἄλλου ὁτουοῦν· οὕτω φύσει αὐτὰ ταῦτα μεγάλην τινὰ κήλησιν ἔχειν. ἐπεὶ γυμνωθέντα γε τῶν τῆς μουσικῆς χρωμάτων τὰ τῶν ποιητῶν, αὐτὰ ἐφ' αὑτῶν λεγόμενα, οἶμαί σε εἰδέναι οἷα φαίνεται. τεθέασαι γάρ που. Ἔγωγ' ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἔοικε τοῖς τῶν ὡραίων προςώπ[illegible]ς, καλῶν δὲ μή, οἷα γίγνεται ἰδεῖν, ὅταν αὐτὰ τὸ ἄνθος προλίπῃ; Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς. Ἴθι δὴ

videris, o Socrates. *So.* Ponamus igitur omnes, ab Homero incipientes, poëticos homines virtutis imaginum imitatores esse, ceterorumque similiter, quaecunque canunt: veritatem vero nequaquam attingere. Sed, ut paulo ante diximus, pictor verisimilem coriarii pinget imaginem, cum et ipse de coriaria nihil intelligat, et imago illa coriarius ipse appareat illis, qui rem ipsam nequaquam intelligunt, et ex coloribus figurisque prospiciunt. *Glau.* Prorsus. *So.* Haud secus poëtam dicemus colores quosdam artium singularum nominibus verbisque exprimere, cum ipse de his nihil intelligat, sed imitetur duntaxat, adeo ut his, qui haec verbis considerant, bene dicere videatur, sive de coriaria dicat in versu, rhythmo et harmonia, sive de re militari, seu de quibuslibet aliis. usque adeo natura quadam aures poëtica ista demulcent. Arbitror autem nosse te, qualia videantur haec opera poëtarum, cum musicae coloribus spoliata considerantur. animadvertistine unquam? *Glau.* Animadverti. *So.* Nonnne perinde se habent ac facies eorum qui propter adolescentiam formosi potius sunt quam pulchri: quales visu redduntur, quando ipsos flos ipse deseruit? *Glau.* Omnino. *So.* Age igi-

τόδε ἄθρει. ὁ τοῦ εἰδώλου ποιητής, ὁ μιμητής, φαμέν, τοῦ μὲν ὄντος οὐδὲν ἐπαΐει, τοῦ δὲ φαινομένου. οὐχ οὕτως; *Nαί.* Μὴ τοίνυν ἡμίσεως αὐτὸ καταλίπωμεν ῥηθέν, ἀλλ' ἱκανῶς ἴδωμεν. Λέγε, ἔφη. Ζωγράφος, φαμέν, ἡνίας τε γράψει καὶ χαλινόν; *Nαί.* Ποιήσει δέ γε σκυτοτόμος καὶ χαλκεύς; Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν ἐπαΐει οἵας δεῖ τὰς ἡνίας εἶναι καὶ τὸν χαλινὸν ὁ γραφεύς; ἢ οὐδ' ὁ ποιήσας ὅ τε χαλκεὺς καὶ ὁ σκυτεύς, ἀλλ' ἐκεῖνος ὃς περ τούτοις ἐπίσταται χρῆσθαι, μόνος ὁ ἱππικός; Ἀληθέστατα. Ἆρ' οὖν οὐ περὶ πάντα οὕτω φήσομεν ἔχειν; Πῶς; Περὶ ἕκαστον ταύτας τινὰς τρεῖς τέχνας εἶναι, χρησομένην, ποιήσουσαν, μιμησομένην; *Nαί.* Οὐκοῦν ἀρετὴ καὶ κάλλος καὶ ὀρθότης ἑκάστου σκεύους καὶ ζώου καὶ πράξεως οὐ πρὸς ἄλλο τι ἢ τὴν χρείαν ἐσί, πρὸς ἣν ἂν ἕκαστον ᾖ πεποιημένον ἢ πεφυκός; Οὕτως. Πολλὴ ἄρα ἀνάγκη τὸν χρώμενον ἑκάστῳ ἐμπειρότατόν τε εἶναι, καὶ ἄγγελον γίγνεσθαι τῷ ποιητῇ οἷα ἀγαθὰ ἢ κακὰ ποιεῖ ἐν τῇ χρείᾳ ᾧ χρῆται. οἷαν αὐλητής που αὐλοποιῷ ἐξαγγελεῖ περὶ τῶν αὐλῶν οἳ ἂν ὑπηρετῶσιν ἐν τῷ αὐλεῖν, καὶ ἐπιτάξει οἵους δεῖ ποιεῖν· ὁ δ' ὑπηρετήσει. Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν

tur et hoc animadverte. imitator, simulacri auctor, rem ipsam haudquaquam intelligit, sed apparentem rei ipsius imaginem. *Glau.* Ita est. *So.* Ne imperfectum id relinquamus: sed ad sufficientiam contemplemur. *Glau.* Dicas. *So.* Pictor habenas pinget ac frenum? *Glau.* Plane. *So.* Faciet autem coriarius aerariusque faber. *Glau.* Valde. *So.* Nunquid intelliget pictor, quales esse debent habenae, quale frenum? vel neque ipse quidem factor, sive aerarius faber sive coriarius, sed solus ille, qui his uti scit, eques? *Glau.* Vera loqueris. *So.* An non circa omnia sic esse dicemus? *Glau.* Quomodo? *So.* Circa quodcunque has esse tres artes: utentem, facientem et imitantem? *Glau.* Certe. *So.* Virtus igitur, pulchritudo, rectitudo cuiusque instrumenti, animalis et actionis non ad aliud refertur, quam ad usum, cuius gratia quodcunque est factum vel genitum. *Glau.* Ita est. *So.* Necesse igitur eum, qui utitur aliquo, peritissimum esse, et operis factori significare, qualia bona vel mala facit in usu eius, quo utitur: quemadmodum tibicen tibiarum effectori significat, quae tibiae ad usum aptissimae sint, ordinatque, quales oporteat facere: illo

ὁ μὲν εἰδὼς ἐξαγγελεῖ περὶ χρησῶν καὶ πονηρῶν αὐλῶν, ὁ δὲ πιζεύων ποιήσει; Ναί. Τοῦ αὐτοῦ ἄρα σκεύους ὁ μὲν ποιητὴς πίζιν ὀρθὴν ἕξει περὶ κάλλους τε καὶ πονηρίας, ξυνὼν τῷ εἰδότι καὶ ἀναγκαζόμενος ἀκούειν παρὰ τοῦ εἰδότος· ὁ δὲ χρώμενος ἐπιζήμην. 602
Πάνυ γε. Ὁ δὲ μιμητὴς πότερον ἐκ τοῦ χρῆσθαι ἐπιζήμην ἕξει ὧν ἂν γράφῃ, εἴτε καλὰ καὶ ὀρθὰ εἴτε μή, ἢ δόξαν ὀρθὴν διὰ τὸ ἐξ ἀνάγκης συνεῖναι τῷ εἰδότι καὶ ἐπιτάττεσθαι οἷα χρὴ γράφειν; Οὐδέτερα. Οὔτε ἄρα εἴσεται οὔτε ὀρθὰ δοξάσει ὁ μιμητὴς περὶ ὧν ἂν μιμῆται πρὸς κάλλος ἢ πονηρίαν. Οὐκ ἔοικεν. Χαρίεις ἂν εἴη ὁ ἐν τῇ μιμήσει μιμητικὸς πρὸς σοφίαν περὶ ὧν ἂν ποιῇ. Οὐ πάνυ. Ἀλλ' οὖν δὴ ὅμως γε μιμήσεται, οὐκ εἰδὼς περὶ ἑκάστου ὅπῃ πονηρὸν ἢ χρηστόν· ἀλλ', ὡς ἔοικεν, οἷον φαίνεται καλὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς τε καὶ μηδὲν εἰδόσι, τοῦτο μιμήσεται. Τί γὰρ ἄλλο; Ταῦτα μὲν δή, ὡς γε φαίνεται, ἐπιεικῶς ἡμῖν διωμολόγηται, τόν τε μιμητικὸν μηδὲν εἰδέναι ἄξιον λόγου περὶ ὧν μιμεῖται, ἀλλ' εἶναι παιδιάν τινα καὶ οὐ σπουδὴν τὴν μίμησιν, τούς τε τῆς τραγικῆς ποιήσεως ἅπτομένους ἐν ἰαμβείοις καὶ ἐν ἔπεσι πάν-

autem ministrat. *Glau.* Quidni? *So.* Nonne hic intelligens, de aptis et ineptis tibiis pronunciat alteri? ille vero credens efficit? *Glau.* Plane. *So.* Circa idem igitur instrumentum factor quidem rectam habet fidem de pulchritudine et pravitate, adhaerens intelligenti coactusque ab intelligente audire: utens autem scientiam. *Glau.* Prorsus. *So.* Imitator autem num habebit scientiam ex usu eorum, quae pingit, utrum pulchra sint et recta vel contra? vel opinionem rectam ex eo, quod necessario intelligenti adhaereat, instruaturque ab eo, qualia quaeque pingenda sint? *Glau.* Neutrum. *So.* Ergo neque intelliget neque recte opinabitur imitator circa eorum, quae imitatur, pulchritudinem vel contrarium? *Glau.* Non videtur. *So.* Gratiosus erit in effectione imitator, quoad sapientiam, in his, quae facit? *Glau.* Non multum. *So.* Veruntamen imitabitur, haud intelligens, quo pacto unumquodque bene se habeat an male: sed, ut videtur, quale videtur multis et ignaris esse pulchrum, hoc imitabitur. *Glau.* Quid enim aliud? *So.* Haec sufficienter nobis asserta videntur, imitatores scilicet nihil aestimatione dignum intelligere de his rebus, quas imitantur: sed esse iocum quendam imitationem potius quam rem seriam: omnesque eos, qui tragicam poësim in iambis heroicisque

τας εἶναι μιμητικοὺς ὡς οἷόν τε μάλιστα. Πάνυ μὲν οὖν.

Πρὸς Διὸς, ἦν δ' ἐγώ, τὸ δὲ δὴ μιμεῖσθαι τοῦτο οὐ περὶ τρίτον μέν τί ἐστιν ἀπὸ τῆς ἀληθείας; ἦ γάρ; Ναί. Πρὸς δὲ δὴ ποῖόν τί ἐστι τῶν τοῦ ἀνθρώπου ἔχον τὴν δύναμιν ἣν ἔχει; Τοῦ ποίου τινὸς πέρι λέγεις; Τοῦ τοιοῦδε. ταὐτόν που ἡμῖν μέγεθος ἐγγύθεν τε καὶ πόῤῥωθεν διὰ τῆς ὄψεως οὐκ ἴσον φαίνεται. Οὐ γάρ. Καὶ ταὐτὰ καμπύλα τε καὶ εὐθέα ἐν ὕδατί τε θεωμένοις καὶ ἔξω, καὶ κοῖλά τε δὴ καὶ ἐξέχοντα διὰ τὴν περὶ τὰ χρώματα αὖ πλάνην τῆς ὄψεως, καὶ πᾶσά τις ταραχὴ δήλη ἡμῖν ἐνοῦσα αὕτη ἐν τῇ ψυχῇ· ᾧ δὴ ἡμῶν τῷ παθήματι τῆς φύσεως ἡ σκιαγραφία ἐπιθεμένη γοητείας οὐδὲν ἀπολείπει, καὶ ἡ θαυματοποιΐα καὶ ἄλλαι πολλαὶ τοιαῦται μηχαναί. Ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν οὐ τὸ μετρεῖν καὶ ἀριθμεῖν καὶ ἱστάναι βοήθειαι χαριέσταται πρὸς αὐτὰ ἐφάνησαν, ὥστε μὴ ἄρχειν ἐν ἡμῖν τὸ φαινόμενον μεῖζον ἢ ἔλαττον ἢ πλέον ἢ βαρύτερον, ἀλλὰ τὸ λογισάμενον καὶ μετρῆσαν ἢ καὶ στῆσαν; Πῶς γὰρ οὔ; Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε τοῦ λογιστικοῦ ἂν εἴη τοῦ ἐν ψυχῇ ἔργον. Τούτου γὰρ οὖν. Τούτῳ δὲ πολλάκις μετρή-

carminibus tractant, imitatores prae ceteris esse. *Glau.* Et maxime quidem. *So.* Per Iovem: imitatio autem ista circa aliquod tertio gradu distans a veritate versatur. nonne? *Glau.* Est, ut dicis. *So.* Ad quale igitur eorum, quae in homine sunt, pertinet, quatenus vim habet eiusmodi? *Glau.* De quonam interrogas? *So.* De tali quodam. Magnitudo eadem eminus atque cominus per aspectum non aequa videtur. *Glau.* Non. *So.* Eadem quoque obliqua et recta in aqua nobis et extra aquam aspicientibus, cavaque iterum et prominentia propter visus circa colores errorem videntur: omnisque huiusmodi in anima nostra turbatio inesse comperta est. quam quidem naturae nostrae passionem aggressa adumbrationis ipsius facultas et praestigiorum ingeniositas, ceteraque machinamenta, nihil magicae seductionis intentatum relinquunt. *Glau.* Vera loqueris. *So.* An non metiendi, numerandi, librandi peritiae adversus haec opportuna sunt hominum adiumenta, ne in nobis id praevaleat, quod apparet, maius vel minus aut plus aut gravius; sed quod metitur, computat, ponderat. *Glau.* Quidni? *So.* Atqui hoc rationalis animi partis est officium? *Glau.* Huius ipsius. *So.* Hoc autem saepenumero metiente indicanteque maio-

σαντι, καὶ σημαίνοντι μείζω ἄττα εἶναι ἢ ἐλάττω ἕτερα ἑτέρων ἢ ἴσα, τἀναντία φαίνεται ἅμα περὶ ταὐτά. Ναί. Οὐκοῦν ἔφαμεν τῷ αὐτῷ ἅμα περὶ ταὐτὰ ἐναντία δοξάζειν ἀδύνατον εἶναι; Καὶ ὀρθῶς γ' ἔφαμεν. Τὸ παρὰ τὰ μέτρα ἄρα δοξάζον τῆς ψυχῆς τῷ 605
κατὰ τὰ μέτρα οὐκ ἂν εἴη ταὐτόν. Οὐ γὰρ οὖν. Ἀλλὰ μὴν τὸ μέτρῳ γε καὶ λογισμῷ πιστεῦον βέλτιστον ἂν εἴη τῆς ψυχῆς. Τί μήν; Τὸ ἄρα τούτῳ ἐναντιούμενον τῶν φαύλων ἄν τι εἴη ἐν ἡμῖν. Ἀνάγ-
ο κη. Τοῦτο τοίνυν διομολογήσασθαι βουλόμενος ἔλεγον ὅτι ἡ γραφικὴ καὶ ὅλως ἡ μιμητικὴ πόρρω μὲν τῆς ἀληθείας οὖσα τὸ αὑτῆς ἔργον ἀπεργάζεται, πόρρω δ' αὖ φρονήσεως ὄντι τῷ ἐν ἡμῖν προσομιλεῖ τε καὶ ἑταίρα καὶ φίλη ἐστὶν ἐπ' οὐδενὶ ὑγιεῖ οὐδ' ἀληθεῖ. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς. Φαύλη ἄρα φαύλῳ ξυγγιγνομένη φαῦλα γεννᾷ ἡ μιμητική. Ἔοικεν. Πότερον, ἦν δ' ἐγώ, ἡ κατὰ τὴν ὄψιν μόνον, ἢ καὶ ἡ κατὰ τὴν ἀκοήν, ἣν δὴ ποίησιν ὀνομάζομεν; Εἰκός γ', ἔφη, καὶ ταύτην. Μὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τῷ εἰκότι μόνον πιστεύσωμεν ἐκ τῆς
ο γραφικῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτὸ αὖ ἔλθωμεν τῆς διανοίας τοῦτο ᾧ προσομιλεῖ ἡ τῆς ποιήσεως μιμητική, καὶ ἴδω-

ra esse nonnulla vel minora aliis alia, vel aequalia, contraria simul circa eadem haec nobis apparent. *Glau.* Sic accidit. *So.* An non alias diximus fieri non posse, ut eadem vi animae simul et circa eadem contraria opinemur? *Glau.* Ac merito diximus. *So.* Vis igitur animae, quae praeter mensuram opinatur, haud eadem erit atque illa, quae cum mensura? *Glau.* Non certe. *So.* Sed enim quod mensurae ratiocinationisque credit computationi, animi pars optima est. *Glau.* Nihil obstat. *So.* Quod ergo repugnat isti, ignobilis aliqua nostri pars erit. *Glau.* Necesse. *So.* Ut hoc assereremus, supra dicebam, quod pictura et omnis imitandi facultas procul a veritate suum opus exercet: rursusque cum aliqua nostri parte, prudentiae prorsus experte congreditur, et amicitiam contrahit, ad sincerum verumque nihil. *Glau.* Maxime. *So.* Vilis ergo imitandi facultas, vili cuidam se commiscens vilia procreat. *Glau.* Apparet *So.* Utrum talis est ea duntaxat, quae ad visum spectat? an ea etiam, quae ad auditum, quam poësim vocamus? *Glau.* Probabile est hanc insuper esse talem. *So.* Ne igitur ei soli credamus, quod ex pictura verisimile nobis apparet: sed ad eam ipsam cogitationis naturam, cui sese accommodat poëtica imitatio, veniamus: videamus-

ιεν, φαῦλον ἢ σπουδαῖόν ἐξιν. Ἀλλὰ χρή. Ὧδε δὴ προθώμεθα. πράττοντας, φαμέν, ἀνθρώπους μιμεῖται ἡ μιμητικὴ βιαίους ἢ ἑκουσίας πράξεις, καὶ ἐκ τοῦ πράττειν ἢ εὖ οἰομένους ἢ κακῶς πεπραγέναι, καὶ ἐν τούτοις δὴ πᾶσιν ἢ λυπουμένους ἢ χαίροντας. μή τι ἄλλο ἢ παρὰ ταῦτα; Οὐδέν. Ἆρ' οὖν ἐν ἅπασι τούτοις ὁμονοητικῶς ἄνθρωπος διάκειται; ἢ ὥς περ κατὰ τὴν ὄψιν ἐξασίαζε καὶ ἐναντίας εἶχεν ἐν ἑαυτῷ δόξας ἅμα περὶ τῶν αὐτῶν, οὕτω καὶ ἐν ταῖς πράξεσι ξασιάζει τε καὶ μάχεται αὐτὸς αὑτῷ; ἀναμιμνήσκομαι δὲ 10
ὅτι τοῦτό γε νῦν οὐδὲν δεῖ ἡμᾶς διομολογεῖσθαι· ἐν γὰρ τοῖς ἄνω λόγοις ἱκανῶς πάντα ταῦτα διωμολογησάμεθα, ὅτι μυρίων τοιούτων ἐναντιωμάτων ἅμα γιγνομένων ἡ ψυχὴ γέμει ἡμῶν. Ὀρθῶς, ἔφη. Ὀρθῶς γάρ, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ' ὃ τότε ἀπελίπομεν, νῦν μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι διεξελθεῖν. Τὸ ποῖον; ἔφη. Ἀνήρ, ἦν δ' ἐγώ, ἐπιεικὴς τοιᾶσδε τύχης μετασχών, υἱὸν ἀπολέσας ἢ τι ἄλλο ὧν περὶ πλείστου ποιεῖται, ἐλέγομέν που καὶ τότε ὅτι ῥᾷξα οἴσει τῶν ἄλλων. Πάνυ γε. Νῦν 20
δέ γε τόδε ἐπισκεψώμεθα, πότερον οὐδὲν ἀχθέσεται ἢ τοῦτο μὲν ἀδύνατον, μετριάσει δέ πως πρὸς λύπην.

que, num vile quiddam sit, an pretiosum. *Glau.* Sic oportet. *So.* Hunc ergo in modum proponamus. Imitatur quidem poësis homines aut vi aliquid aut sponte agentes, existimantesque ex actionibus vel bonum sibi aliquod esse vel malum; ideoque vel dolore affectos vel voluptate. an aliud quicquam? *Glau.* Nihil aliud. *So.* Nunquid in his omnibus homo secum ipse consentit? vel potius, quemadmodum secundum visum dissidet, ut narravimus, deque eisdem contrarias in se ipso simul habet opiniones, ita et in agendo secum ipse dissidet atque pugnat? at nunc mihi venit in mentem, quod nihil est de hoc nobis in praesentia disceptandum. nam in superiori disputatione de his satis una convenimus, animum videlicet nostrum confessi multis et variis huiuscemodi contentionibus sibi eodem in tempore adversantibus agitari. *Glau.* Probe. *So.* Probe id quidem. verum quod tunc a nobis est praetermissum, nunc mihi videtur expediendum. *Glau.* Quale istud? *So.* Vir probus, cum talem habeat animam, si filium amiserit aut aliquid aliud sibi carissimum, facilius quam ceteri feret, ut diximus. *Glau.* Plane. *So.* Nunc autem et id consideremus, utrum omnino non dolebit. vel hoc quidem impossibile: dolorem vero quodam

Οὕτω μᾶλλον, ἔφη, τό γε ἀληθές. Τὸ δὲ νῦν μοι περὶ αὐτοῦ εἰπέ· πότερον μᾶλλον αὐτὸν οἴει τῇ λύπῃ 604
μαχεῖσθαί τε καὶ ἀντιτενεῖν, ὅταν ὁρᾶται ὑπὸ τῶν ὁμοίων, ἢ ὅταν ἐν ἐρημίᾳ μόνος αὐτὸς καθ' αὑτὸν γίγνηται; Πολύ που, ἔφη, διοίσει ὅταν ὁρᾶται. Μονωθεὶς δέ γε, οἶμαι, πολλὰ μὲν τολμήσει φθέγξασθαι, ἃ εἴ τις αὐτοῦ ἀκούοι αἰσχύνοιτ' ἄν, πολλὰ δὲ ποιήσει ἃ οὐκ ἂν δέξαιτό τινα ἰδεῖν δρῶντα. Οὕτως ἔχει, ἔφη. Οὐκοῦν τὸ μὲν ἀντιτείνειν διακελευόμενον λόγος καὶ νόμος ἐξί, τὸ δὲ ἕλκον ἐπὶ τὰς λύπας αὐτὸ τὸ πάθος; Ἀληθῆ. Ἐναντίας δὲ ἀγωγῆς γιγνομένης ἐν τῷ ἀνθρώπῳ περὶ τὸ αὐτὸ ἅμα δύο τινέ φαμεν ἐν αὐτῷ ἀναγκαῖον εἶναι. Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν τὸ μὲν ἕτερον τῷ νόμῳ ἕτοιμον πείθεσθαι, ἢ ὁ νόμος ἐξηγεῖται; Πῶς; Λέγει που ὁ νόμος ὅτι κάλλιστον ὅτι μάλιστα ἡσυχίαν ἄγειν ἐν ταῖς ξυμφοραῖς καὶ μὴ ἀγανακτεῖν, ὡς οὔτε δήλου ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ τῶν τοιούτων, οὔτε εἰς τὸ πρόσθεν οὐδὲν προβαῖνον τῷ χαλεπῶς φέροντι, οὔ τέ τι τῶν ἀνθρωπίνων ἄξιον ὂν μεγάλης σπουδῆς, ὅ τε δεῖ ἐν αὐτοῖς ὅτι τάχιστα παραγίγνεσθαι ἡμῖν, τούτῳ ἐμποδὼν γιγνόμενον

modo moderabitur. *Glau.* Hoc certe est verius. *So.* Hoc mihi de ipso in praesentia dicas, utrum hunc censeas dolori magis repugnaturum, quando a similibus spectatur hominibus, vel quando solus est, aliorum consortio destitutus. *Glau.* Permultum interest, si in aliorum conspectu sit. *So.* Porro cum solus erit, multa ex moerore pronunciabit, quae emittere coram aliis erubesceret: multa faciet, quae conspici ab aliis nunquam vellet. *Glau.* Est ita. *So.* Quod obstare iubet, ratio est et lex: quod autem ad dolores rapit, perturbatio. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Cum homo circa idem simul contrariis motibus agitetur, necessario duo quaedam illa esse dicimus. *Glau.* Procul dubio. *So.* Alterum quidem legi obtemperare paratum est, utcunque iniunxerit. *Glau.* Quo pacto? *So.* Lex utique dictat optimum esse in adversis, quam maxime fieri potest quietem agere neque conqueri: tanquam incertum sit, bonumne id sit an malum, quod accidit: neque propter dolorem quicquam proficiamus: neque ulla humanarum rerum magni pendenda sit: illudque, quod subito praesidio esse potest,

τὸ λυπεῖσθαι. Τίνι, ἦ δ' ὅς, λέγεις; Τῷ βουλεύεσθαι, ἦν δ' ἐγώ, περὶ τὸ γεγονὸς καὶ ὥς περ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὐτοῦ πράγματα, ὅπῃ ὁ λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἂν ἔχειν, ἀλλὰ μὴ προσπαίσαντας, καθάπερ παῖδας, ἐχομένους τοῦ πληγέντος ἐν τῷ βοᾶν διατρίβειν, ἀλλ' ἀεὶ ἐθίζειν τὴν ψυχὴν ὅτι τάχιστα γίγνεσθαι πρὸς τὸ ἰᾶσθαί τε καὶ ἐπανορθοῦν τὸ πεσόν τε καὶ νοσῆσαν, ἰατρικῇ τὴν θρηνῳδίαν ἀφανίζοντα. Ὀρθότατα γοῦν ἄν τις, ἔφη, πρὸς τὰς τύχας οὕτω προσφέροιτο. Οὐκοῦν, φαμέν, τὸ μὲν βέλτιστον τούτῳ τῷ λογιστικῷ ἐθέλει ἕπεσθαι. Δῆλον δή. Τὸ δὲ πρὸς τὰς ἀναμνήσεις τε τοῦ πάθους καὶ πρὸς τοὺς ὀδυρμοὺς ἄγον καὶ ἀπλήστως ἔχον αὐτῶν ἆρ' οὐκ ἀλόγιστόν τε φήσομεν εἶναι καὶ ἀργὸν καὶ δειλίας φίλον; Φήσομεν μὲν οὖν. Οὐκοῦν τὸ μὲν πολλὴν μίμησιν καὶ ποικίλην ἔχει, τὸ ἀγανακτητικὸν· τὸ δὲ φρόνιμόν τε καὶ ἡσύχιον ἦθος, παραπλήσιον ὂν ἀεὶ αὐτὸ αὑτῷ, οὔτε ῥᾴδιον μιμήσασθαι οὔτε μιμούμενον εὐπετὲς καταμαθεῖν, ἄλλως τε καὶ πανηγύρει καὶ παντοδαποῖς ἀνθρώποις εἰς θέατρα ξυλλεγομένοις. ἀλλοτρίου γάρ που πάθους ἡ μίμησις αὐτοῖς γίγνεται. Παντάπασι μὲν οὖν. Ὁ δὴ μιμητικὸς

dolor impediat. *Glau.* Quid hoc ais? *So.* Consultare, inquam, circa ea, quae acciderunt, in primis oportet, et tanquam in talorum iactu, secundum iacta, quomodocunque ratio melius rem habere se dixerit, negotia sua disponere. neque vero, si quid adversi inciderit, prosternere nos debemus, atque, ut pueri solent, cum offendunt in lapidem, procidentes circa id, quod laesit, eiulando moram trahere: sed animum assuefacere, ut ad sanandum praesto adsit, et, quicquid aegrotat, dimissis lamentationibus corrigat. *Glau.* Opportunum hoc quidem est adversus fortunae ictus remedium. *So.* Quod sane optimum est, rationi huic libenter obtemperat. *Glau.* Constat. *So.* Quod vero ad perturbationis recordationem luctumque rapit, in eisque diutius detinet, irrationale est, languidum, formidolosum. *Glau.* Ita dicendum. *So.* Quod querulum est, imitationem plurimam ac variam suscipit: prudentem vero pacatumque morem, semper sibi ipsi similem, neque facile possumus imitari; neque si imitemur, facile percipietur a turba in theatrum variis ex gentibus confluente. alieni namque affectus ipsis imitatio fit. *Glau.* Sic est omnino. *So.* Imitatio vero poëtae haud ad hoc intendit, ut huic animi

ποιητὴς δῆλον ὅτι οὐ πρὸς τοιοῦτον τῆς ψυχῆς πέφυκέ γε, καὶ ἡ σοφία αὐτοῦ οὐτῳ ἀρέσκειν πέπηγεν, εἰ μέλλει εὐδοκιμήσειν ἐν τοῖς πολλοῖς· ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀγανακτητικόν τε καὶ ποικίλον ἦθος διὰ τὸ εὐμίμητον εἶναι. *Δῆλον.* Οὐκοῦν δικαίως ἂν αὐτοῦ ἤδη ἐπιλαμβανοίμεθα, καὶ τιθεῖμεν ἀντίστροφον αὐτὸν τῷ ζωγράφῳ; καὶ γὰρ τῷ φαῦλα ποιεῖν πρὸς ἀλήθειαν ἔοικεν αὐτῷ, καὶ τῷ πρὸς ἕτερον τοιοῦτον ὁμιλεῖν τῆς ψυχῆς ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ βέλτιστον, καὶ ταύτῃ ὡμοίωται. καὶ οὕτως ἤδη ἂν ἐν δίκῃ οὐ παραδεχοίμεθα εἰς μέλλουσαν εὐνομεῖσθαι πόλιν, ὅτι τοῦτ' ἐγείρει τῆς ψυχῆς καὶ τρέφει καὶ ἰσχυρὸν ποιῶν ἀπόλλυσι τὸ λογιστικόν, ὥς περ ἐν πόλει ὅταν τις μοχθηροὺς ἐγκρατεῖς ποιῶν παραδιδῷ τὴν πόλιν, τοὺς δὲ χαριεστέρους φθείρῃ· ταὐτὸν καί τὸν μιμητικὸν ποιητὴν φήσομεν κακὴν πολιτείαν ἰδίᾳ ἑκάστου τῇ ψυχῇ ἐμποιεῖν, τῷ ἀνοήτῳ αὐτῆς χαριζόμενον καὶ οὔτε τὰ μείζω οὔτε τὰ ἐλάττω διαγιγνώσκοντι, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ τοτὲ μὲν μεγάλα ἡγουμένῳ, τοτὲ δὲ σμικρά, εἰδώλα εἰδωλοποιοῦντι, τοῦ δὲ ἀληθοῦς πόρρω πάνυ ἀφεστῶτι. *Πάνυ μὲν οὖν.*

Οὐ μέντοι πω τό γε μέγιστον κατηγορήκαμεν αὖ-

---

maturae sua sapientia placeat, si vulgo sit placitūra: sed querulum animi morem variumque observat, qui imitatione facile possit effingi. *Glau.* Patet. *So.* Merito igitur imitationem poëticam reprehendemus, pictorisque imitationi alterne respondere dicemus: primo quidem in eo similes sunt, quod utraeque quoad veritatem vilia operantur: deinde etiam, quod parti animae rationis experti similiter suffragantur, et optimam deserunt. Atque iccirco iure eam in civitate legitime gubernanda nequaquam accipiemus, quoniam hanc animi partem suscitat atque alit: dumque hanc roborat, rationis compotem vim disperdit. atque ut ille, qui in civitate potentes faciens improbos, proderet civitatem, probosque destrueret: ita et imitator poëta perversam in animum cuiusque inducit rempublicam, dum illi animi parti blanditur, quae sine mente est, neque maiora minorave discernit, sed eadem tum parva tum magna existimat, atque huic simulacra fingit, longe a veritate remotus. *Glau.* Longe quidem. *So.* Nondum, quod maximum ex ea malum provenit, enarravimus. vehementissimum

τῆς. τὸ γὰρ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ἱκανὴν εἶναι λωβᾶσθαι, ἐκτὸς πίνυ τινῶν ὀλίγων, πάνδεινόν που. Τί δ' οὔ μέλλει, εἴ πέρ γε δρᾷ αὐτό. Ἀκούων σκόπει. οἱ γάρ που βέλτιστοι ἡμῶν ἀκροώμενοι Ὁμήρου ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τῶν τραγῳδοποιῶν μιμουμένου τινὰ τῶν ἡρώων ἐν πένθει ὄντα καὶ μακρὰν ῥῆσιν ἀποτείνοντα ἐν τοῖς ὀδυρμοῖς ἢ καὶ ᾄδοντάς τε καὶ κοπτομένους, οἶσθ' ὅτι χαίρομέν τε καὶ ἐνδόντες ἡμᾶς αὐτοὺς ἑπόμεθα, συμπάσχοντές τε καὶ σπουδάζοντες ἐπαινοῦμεν ὡς ἀγαθὸν ποιητὴν ὃς ἂν ἡμᾶς ὅτι μάλιστα οὕτω διαθῇ; Οἶδα· 10 πῶς δ' οὔ; Ὅταν δὲ οἰκεῖόν τινι ἡμῶν κῆδος γένηται, ἐννοεῖς αὖ ὅτι ἐπὶ τῷ ἐναντίῳ καλλωπιζόμεθα, ἂν δυνώμεθα ἡσυχίαν ἄγειν καὶ καρτερεῖν, ὡς τοῦτο μὲν ἀνδρὸς ὄν, ἐκεῖνο δὲ γυναικός, ὃ τότε ἐπῃνοῦμεν; Ἔννοῶ, ἔφη. Ἡ καλῶς οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οὗτος ὁ ἔπαινος ἔχει, τὸ ὁρῶντα τοιοῦτον ἄνδρα, οἷον ἑαυτόν τις μὴ ἀξιοῖ εἶναι ἀλλ' αἰσχύνοιτο ἄν, μὴ βδελύττεσθαι ἀλλὰ χαίρειν τε καὶ ἐπαινεῖν; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐκ εὐλόγῳ ἔοικεν. Ναὶ, ἦν δ' ἐγώ, εἰ ἐκείνῃ γ' αὐτὸ σκοποίης. Πῇ; Εἰ ἐνθυμοῖο ὅτι τὸ βίᾳ κατεχόμενον 20
606 τότε ἐν ταῖς οἰκείαις ξυμφοραῖς, καὶ πεπεινηκὸς τοῦ

quidem hoc existimandum est detrimentum, quod probos quoque viros, paucis admodum exceptis, corrumpere possit. *Glau.* Cur non possit, si quidem id ipsum efficit? *So.* Auscultans considera. nonne et optimi quique nostrum, cum audimus Homerum aut alium quemvis tragicum imitantem heroum aliquem dolore afflictum, vociferantem, et deflentem querulis fortunam suam modulis, et pectora pugnis percutientem, delectamur quodammodo, inhiantesque ad illa sequimur ea, unaque afficimur, ac serio studioseque illum, ut poëtam bonum, laudamus, qui sic nos maxime moveat? *Glau.* Animadverti. *So.* Quotiens autem aliquem nostrum proprius quidam invadit moeror, ex contrario nos honestare contendimus, si quo pacto quietem agere et tolerare dolorem valeamus: quasi hoc quidem viri sit, mulieris illud, quod antea laudabamus. *Glau.* Plane. *So.* Quam praeclara haec laus! quin absurdum est, ut qui talem spectat virum, qualem esse se minime vellet puderetque maxime, non tamen abominetur, sed delectetur et laudet. *Glau.* Praeter rationem id prorsus. *So.* Certe, si et hoc modo istud animadverteris. *Glau.* Quo modo? *So.* Quod videlicet id, quod in propriis calamitatibus vi cohibe-

δακρῦσαί τε καὶ ἀποδύρασθαι ἱκανῶς καὶ ἀποπλησθῆναι, φύσει ὂν τοιοῦτον οἷον τούτων ἐπιθυμεῖν, τότ' ἐξὶ τοῦτο τὸ ὑπὸ τῶν ποιητῶν πιμπλάμενον καὶ χαῖρον· τὸ δὲ φύσει βέλτιστον ἡμῶν, ἅτε οὐχ ἱκανῶς πεπαιδευμένον λόγῳ οὐδὲ ἔθει, ἀνίησι τὴν φυλακὴν τοῦ θρηνώδους τούτου ἅτε ἀλλότρια πάθη θεωροῦν καὶ ἑαυτῷ οὐδὲν αἰσχρὸν ὄν, εἰ ἄλλος ἀνὴρ ἀγαθὸς φάσκων εἶναι ἀκαίρως πενθεῖ, τοῦτον ἐπαινεῖν καὶ ἐλεεῖν· ἀλλ' ἐκεῖνο κερδαίνειν ἡγεῖται, τὴν ἡδονήν, καὶ οὐκ ἂν δέξαιτο αὐτῆς στερηθῆναι καταφρονήσας ὅλου τοῦ ποιήματος. λογίζεσθαι γάρ, οἶμαι, ὀλίγοις τισὶ μέτεστιν ὅτι ἀπολαύειν ἀνάγκη ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων εἰς τὰ οἰκεῖα· θρέψαντα γὰρ ἐν ἐκείνοις ἰσχυρὸν τὸ ἐλεεινὸν οὐ ῥᾴδιον ἐν τοῖς αὑτοῦ πάθεσι κατέχειν. Ἀληθέστατα, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐχ ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ γελοίου; ὅ τι ἂν αὐτὸς αἰσχύνοιο γελωτοποιῶν, ἐν μιμήσει δὲ κωμῳδικῇ ἢ καὶ ἰδίᾳ ἀκούων, σφόδρα χαρῇς καὶ μὴ μισῇς, ταὐτὸν ποιεῖς ὅ περ ἐν τοῖς ἐλέοις. ὃ γὰρ τῷ λόγῳ αὖ κατεῖχες ἐν σαυτῷ βουλόμενον γελωτοποιεῖν, φοβούμενος δόξαν βωμολοχίας, τότ' αὖ ἀνίης, καὶ ἐκεῖ νεανικὸν ποιήσας ἔλαθες πολλά-

tur, prohibeturque in lacrimas fletusque erumpere et naturae suae lacrimarum avidae indulgere, illud ipsum est, quod poëtae explent, cui penitus blandiuntur. Tunc certe et quod natura in nobis est optimum, utpote nec ratione nec usu sufficienter instructum, querulum istud desinit custodire, quasi alienas spectet perturbationes, nihilque sibi dedecori sit, si, dum vir alius, qui virtute praestare se praedicat, immoderatius defleat, ipse laudet eum et misereatur. quin oblectationem illam lucrari se putat, neque ulla ratione ex contemptu poësis illa carere se vellet. pauci sane animadvertunt, ut arbitror, quod ex alienis in propria traiicere aliquid necesse est. nempe cum in alienis aerumnis flebile ingenium illud nutriveris vehementiusque reddideris, haud facile illud in propriis coercebis. *Glau.* Vera nimium loqueris. *So.* Nonne eadem de risu est ratio? quod enim ipse effusiori risu imitari erubesceres, cum in comoedica vel privata imitatione audis, tanquam ridiculum libentissime auscultas et imitaris, idemque hic facis, quod in imitatione flebili fieri diximus. nam ingenium illud tuum ad risum pronius, quod ipse in te a risu continueris, veritus scurrilitatis crimen, hic iam resolvis in iocos, vehementioremque sensim reddis risus ipsius affectum, ut

μς ἐν τοῖς οἰκείοις ἐξενεχθεὶς ὥστε κωμῳδοποιὸς γενέσθαι. Καὶ μάλα, ἔφη. Καὶ περὶ ἀφροδισίων δὴ καὶ θυμοῦ καὶ περὶ πάντων τῶν ἐπιθυμητικῶν τε καὶ λυπηρῶν καὶ ἡδέων ἐν τῇ ψυχῇ, ἃ δή φαμεν πάσῃ πράξει ἡμῖν ἕπεσθαι, ὅτι τοιαῦτα ἡμᾶς ἡ ποιητικὴ μίμησις ἐργάζεται. τρέφει γὰρ ταῦτα ἄρδουσα δέον αὐχμεῖν, καὶ ἄρχοντα ἡμῖν καθίστησι δέον ἄρχεσθαι αὐτά, ἵνα βελτίους τε καὶ εὐδαιμονέστεροι ἀντὶ χειρόνων καὶ ἀθλιωτέρων γιγνώμεθα. Οὐκ ἔχω ἄλλως φάναι, ἢ ὅ ὅς. Οὐκοῦν, εἶπον, ὦ Γλαύκων, ὅταν Ὁμήρου ἐπαινέταις ἐντύχῃς, λέγουσιν ὡς τὴν Ἑλλάδα πεπαίδευκεν οὗτος ὁ ποιητὴς καὶ πρὸς διοίκησίν τε καὶ παιδείαν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἄξιον ἀναλαβόντι μανθάνειν τε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν ποιητὴν πάντα τὸν αὑτοῦ βίον κατασκευασάμενον ζῆν, φιλεῖν μὲν χρὴ καὶ ἀσπάζεσθαι ὡς ὄντας βελτίσους εἰς ὅσον δύνανται, καὶ ξυγχωρεῖν Ὅμηρον ποιητικώτατον εἶναι καὶ πρῶτον τῶν τραγῳδοποιῶν, εἰδέναι δὲ ὅτι ὅσον μόνον ὕμνους θεοῖς καὶ ἐγκώμια τοῖς ἀγαθοῖς ποιήσεως παραδεκτέον εἰς πόλιν· εἰ δὲ τὴν ἡδυσμένην μοῦσαν παραδέξει ἐν μέλεσιν ἢ

et propriis in gestibus in risus, ultra quam deceat, ipsius deferri incipias, et scurra ridiculus comoediae iocis imbutus evadas. *Glau.* Vehementer quidem. *So.* Idem quoque de venereis et iracundia dicimus, deque omnibus animi cupiditatibus ac affectibus, de tristibus et iucundis, quas omnes actiones nos sequi in superioribus diximus, et talia quaedam poëticam imitationem in nobis effingere. nutrit enim ista, dum fovet atque irrigat, quae potius ariditate extenuanda sint: efficitque, ut haec dominentur in nobis, cum subesse potius deceat, ut meliores beatioresque ex deterioribus et miserioribus evadamus. *Glau.* Haud aliter dicere possum. *So.* Si quando itaque, Glaucon, Homeri laudatores offenderis, audierisque dicentes Homerum omnem Graeciam erudisse, proque rerum humanarum gubernatione et disciplina poëtam hunc observari monentes, et ad eius instituta omnem vitam instruere: memento, his esse congratulandum, tanquam pro facultate sua optimis viris; concedendumque Homerum apprime poëticum esse tragicorumque praecipuum. scito autem hymnos in Deos et in optimos viros laudationes duntaxat ex poësi in civitate admittere oportere. si autem voluptuosam Musam in canticis e

ἔπεσιν, ἡδονή σοι καὶ λύπη ἐν τῇ πόλει βασιλεύσετον ἀντὶ νόμου τε καὶ τοῦ κοινῇ ἀεὶ δόξαντος εἶναι βελτίστου λόγου. Ἀληθέστατα, ἔφη.

Ταῦτα δή, ἔφην, ἀπολελογήσθω ἡμῖν ἀναμνησθεῖσι περὶ ποιήσεως, ὅτι εἰκότως ἄρα τότε αὐτὴν ἐκ τῆς πόλεως ἀπεξέλλομεν τοιαύτην οὖσαν· ὁ γὰρ λόγος ἡμᾶς ἦρει. προσείπωμεν δὲ αὐτῇ μὴ καί τινα σκληρότητα ἡμῶν καὶ ἀγροικίαν καταγνῷ, ὅτι παλαιὰ μέν τις διαφορὰ φιλοσοφίᾳ τε καὶ ποιητικῇ· καὶ γὰρ ἡ λακέ-
10 ρυζα πρὸς δεσπότην κύων ἐκείνη κραυγάζουσα καὶ μέγας ἐν ἀφρόνων κενηγορίαισι καὶ ὁ τῶν Λία σοφῶν ὄχλος κρατῶν καὶ οἱ λεπτῶς μεριμνῶντες, ὅτι ἄρα πένονται καὶ ἄλλα μυρία σημεῖα παλαιᾶς ἐναντιώσεως τούτων. ὅμως δὲ εἰρήσθω ὅτι ἡμεῖς γε, εἴ τινα ἔχοι λόγον εἰπεῖν ἡ πρὸς ἡδονὴν ποιητικὴ καὶ ἡ μίμησις, ὡς χρὴ αὐτὴν εἶναι ἐν πόλει εὐνομουμένῃ, ἄσμενοι ἂν καταδεχοίμεθα, ὡς ξύνισμέν γε ἡμῖν αὐτοῖς κηλουμένοις ὑπ' αὐτῆς. ἀλλὰ γὰρ τὸ δοκοῦν ἀληθὲς οὐχ ὅσιον προδιδόναι.
20 ἦ γάρ, ὦ φίλε, οὐ κηλεῖ ὑπ' αὐτῆς καὶ σύ, καὶ μάλιστα ὅταν δι' Ὁμήρου θεωρῇς αὐτήν; Πολύ γε. Οὐκ-

carminibus acceptaveris, voluptas in civitate ac dolor pro lege et pro illo, quod semper optimum visum est, ratione scilicet, dominabuntur. *Glau.* Vera loqueris. *So.* Haec itaque in eam sententiam dicta sint nobis, quod merito e civitate poësim, quae talis sit, expulimus. *Glau.* Sic enim ratio cogebat. *So.* Id quoque adiiciamus, ne rigiditatis nos rusticitatisque accuset, quia vetus quaedam exstat inter poësim philosophiamque dissensio. cuius certe contentionis argumentum nobis dicta haec esse possunt, quae subiiciam, aliaque permulta. nempe, canis illa garrula ad aures dominae latrans id significat: et, magnus ille inter dementium vaniloquiis: et, turba superstitiosorum sapientum exsuperans: item, quod dictum est, qui minuta et tenuia meditantur, paupertate premuntur: atque alia innumerabilia signa harum contrarietatis apparent. veruntamen id quoque dicatur, quod si voluptatis ministra poësis imitatioque quicquam ad eam rationem afferre possit, ut in civitate recte instituta accipi debeat, libenter accipiemus, ut eius fruamur oblectamentis: ita enim nobis ipsi conscii sumus. enimvero, quod verum videtur, prodere nefas est. Nam et tu, o amice, nonne ab ea mulceris, praesertim Homerica? *Glau.* Valde. *So.* An non aequum est eam prodire in me-

νῦν δικαία ἐστὶν οὕτω κατιέναι ἀπολογησομένην ἢ ἐν μέλει ἢ τινι ἄλλῳ μέτρῳ; Πάνυ μὲν οὖν. Δοῖμεν δέ γέ που ἂν καὶ τοῖς προστάταις αὐτῆς, ὅσοι μὴ ποιητικοὶ φιλοποιηταὶ δέ, ἄνευ μέτρου λόγον ὑπὲρ αὐτῆς εἰπεῖν, ὡς οὐ μόνον ἡδεῖα ἀλλὰ καὶ ὠφελίμη πρὸς τὰς πολιτείας καὶ τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον ἐστί· καὶ εὐμενῶς ἀκουσόμεθα. κερδανοῦμεν γάρ που, ἐὰν μὴ μόνον ἡδεῖα φανῇ ἀλλὰ καὶ ὠφελίμη. Πῶς δ' οὐ μέλλομεν, ἔφη, κερδαίνειν; Εἰ δέ γε μή, ὦ φίλε ἑταῖρε, ὥς περ οἱ ποτέ που ἐρασθέντες, ἐὰν ἡγήσωνται μὴ ὠφέλιμον εἶναι τὸν ἔρωτα, βίᾳ μέν, ὅμως δὲ ἀπέχονται, καὶ ἡμεῖς οὕτω, διὰ τὸν ἐγγεγονότα μὲν ἔρωτα τῆς τοιαύτης ποιήσεως ὑπὸ τῆς τῶν καλῶν πολιτειῶν 608 τροφῆς, εὖνοι μὲν ἐσόμεθα φανῆναι αὐτὴν ὡς βελτίστην καὶ ἀληθεστάτην, ἕως δ' ἂν μὴ οἵα τ' ᾖ ἀπολογήσασθαι, ἀκουσόμεθ' αὐτῆς ἐπᾴδοντες ἡμῖν αὐτοῖς τοῦτον τὸν λόγον ὃν λέγομεν καὶ ταύτην τὴν ἐπῳδήν, εὐλαβούμενοι πάλιν ἐμπεσεῖν εἰς τὸν παιδικόν τε καὶ τὸν τῶν πολλῶν ἔρωτα. αἰσθόμεθα δ' οὖν ὡς οὐ σπουδαξέον ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ποιήσει ὡς ἀληθείας τε ἅπ-

dium sese defendentem, vel cantilena vel metro quovis alio? *Glau.* Omnino. *So.* Concedamus utique ipsius defensoribus, quicunque poetae quidem non sunt, sed poëtarum amici, ut absque carmine eam defendant, asserentes eam non modo iucundam, sed et utilem esse ad rempublicam et hominum vitam instituendam. quam quidem defensionem aequo animo auscultabimus. lucro enim id nobis fore existimamus, si non suavis tantum, verum etiam utilis nobis appareat. *Glau.* Quid obstat, quin lucro id futurum sit? *So.* Alioquin, o dulcis amice, quemadmodum qui quandoque aliquid amaverunt, si deinde censeant amorem sibi illum inutilem fore, licet aegre amare desistant, desinunt tamen: ita et nos, propter ingenitum nobis talis poësis amorem ex pulchrarum rerum publicarum educatione, benigne quidem exspectabimus, ut optima verissimaque appareat. quousque tamen rationem pro se ipsa afferre non poterit, ita eam audiemus, ut oratione supra a nobis exposita nosmetipsos, veluti quadam incantatione adversus pericula imminentia muniamus, caventes ne deliciis amatoriis vulgique amatoribus rursus irretiamur. Illud quoque sentiemus, non ita esse huiusmodi poësi studendum, qua-

τομένη καὶ σπουδαίᾳ, ἀλλ' εὐλαβητέον αὐτὴν ὂν τῷ ἀπροωμένῳ, περὶ τῆς ἐν αὐτῷ πολιτείας δεδιότι, καὶ νομιξέα ἃ περ εἰρήκαμεν περὶ ποιήσεως. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς, ξύμφημί. Μέγας γάρ, ἔφην, ὁ ἀγών, ὦ φίλε Γλαύκων, μέγας, οὐχ ὅσος δοκεῖ, τὸ χρηστὸν ἢ πονηρὸν γενέσθαι, ὥστε οὔτε τιμῇ ἐπαρθέντα οὔτε χρήμασιν οὔτε ἀρχῇ οὐδεμιᾷ οὐδέ γε ποιητικῇ ἄξιον ἀμελῆσαι δικαιοσύνης τε καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς. Ξύμφημί σοι, ἔφη, ἐξ ὧν διεληλύθαμεν· οἶμαι δὲ καὶ ἄλλον ὀν-
10 τινοῦν.

Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, τά γε μέγιστα ἐπίχειρα ἀρετῆς καὶ προκείμενα ἆθλα οὐ διεληλύθαμεν. Ἀμήχανόν τι, ἔφη, λέγεις μέγεθος, εἰ τῶν εἰρημένων μείζω ἐστὶν ἄλλα. Τί δ' ἄν, ἦν δ' ἐγώ, ἔν γε ὀλίγῳ χρόνῳ μέγα γένοιτο; πᾶς γὰρ οὗτός γε ὁ ἐκ παιδὸς μέχρι πρεσβύτου χρόνος πρὸς τὸν πάντα ὀλίγος ποού τις ἂν εἴη. Οὐδὲν μὲν οὖν, ἔφη. Τί οὖν; οἴει ἀθανάτῳ πράγματι ὑπὲρ τοσούτου δεῖν χρόνου ἐσπουδακέναι, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τοῦ παντός; Οἶμαι ἔγωγ', ἔφη. ἀλλὰ τί
20 τοῦτο λέγεις; Οὐκ ἤσθησαι, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἀθάνατος ἡμῶν ἡ ψυχὴ καὶ οὐδέποτε ἀπόλλυται; Καὶ ὃς ἐμ-

si vera sit aut seria: verum cavendum ab ea audienti cuique est interiorique animi sui rei publicae metuenti: et quae de poësi narravimus, de hac prorsus existimanda. *Glau.* Consentio equidem. *So.* Ingens porro, o amice Glaucon, ingens, neque quantum videtur, est certamen, bonum effici aut malum. quamobrem neque pecuniarum gratia neque honoris neque potentiae neque poëtici ullius oblectamenti iustitiam ceterasque virtutes negligere decet. *Glau.* Assentior equidem ex his rationibus, quae narravimus: arbitror autem, et quemvis alium eadem confessurum. *So.* Atqui ingentia virtutis praemia mercedesque illi propositas nequaquam narravimus. *Glau.* Immensa dicis praemia, si qua maiora sunt his quae retulimus. *So.* Quid magnum brevi in tempore esse potest? nempe omne hoc tempus a pueritia ad senectutis extremum, exiguum quiddam est ad universum. *Glau.* Immo vero nihil *So.* Immortalem vero rem censes brevi hoc pro tempore quidem, pro universo vero nequaquam, debere esse sollicitam? *Glau.* Pro omni certe. sed quorsum haec? *So.* An ignoras immortalem esse hominis animam et ab interitu liberam?

βλέψας μοι καὶ θαυμάσας εἶπε Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε· σὺ δὲ τοῦτ' ἔχεις λέγειν; Εἰ μὴ ἀδικῶ γ', ἔφην. οἶμαι δὲ καὶ σύ· οὐδὲν γὰρ χαλεπόν. Ἐμοιγ', ἔφη· σοῦ δ' ἂν ἡδέως ἀκούσαιμι τὸ οὐ χαλεπὸν τοῦτο. Ἀκούοις ἄν, ἢν δ' ἐγώ. Λέγε μόνον, ἔφη.

Ἀγαθόν τι, εἶπον, καὶ κακὸν καλεῖς; Ἔγωγε. Ἆρ' οὖν ὥς περ ἐγὼ περὶ αὐτῶν διανοεῖ; Τὸ ποῖον; Τὸ μὲν ἀπολλύον καὶ διαφθεῖρον πᾶν τὸ κακὸν εἶναι, τὸ δὲ σῶζον καὶ ὠφελοῦν τὸ ἀγαθόν. Ἔγωγ', ἔφη. Τί δέ; κακὸν ἑκάστῳ τι καὶ ἀγαθὸν λέγεις; οἷον ὀφθαλ- 10
609 μοῖς ὀφθαλμίαν καὶ ξύμπαντι τῷ σώματι νόσον, σίτῳ τε ἐρυσίβην, σηπεδόνα τε ξύλοις, χαλκῷ δὲ καὶ σιδήρῳ ἰόν, καὶ ὅ περ λέγω, σχεδὸν πᾶσι ξύμφυτον ἑκάστῳ κακόν τε καὶ νόσημα; Ἔγωγ', ἔφη. Οὐκοῦν ὅταν τῷ τι τούτων προσγένηται, πονηρόν τε ποιεῖ ᾧ προσεγένετο καὶ τελευτῶν ὅλον διέλυσε καὶ ἀπώλεσεν; Πῶς γὰρ οὔ; Τὸ ξύμφυτον ἄρα κακὸν ἑκάστου καὶ ἡ πονηρία ἕκαστον ἀπόλλυσιν, ἢ εἰ μὴ τοῦτο ἀπολεῖ, οὐκ ἄν ἄλλο γε αὐτὸ ἔτι διαφθείρειεν. οὐ γὰρ τό γε ἀγαθὸν μή ποτέ τι ἀπολέσῃ, οὐδὲ αὖ τὸ μήτε κακὸν μήτε ἀγαθόν. 20

Tum repente conversus in me Glaucon admiratusque intulit, Per Iovem, ignoro equidem: tu vero nunquid ostendere potes? *So.* Certe, nisi iniurius esse velim. puto autem et te id posse: neque enim difficile. *Glau.* Mihi quidem difficile istud. te vero libenter audirem, id, quod negas esse difficile, declarantem. *So.* Audies iam. *Glau.* Dic. *So.* Bonum aliquid vocas, et malum aliquid? *Glau.* Voco. *So.* Nunquid de his idem tibi, quod et mihi, videtur? *Glau.* Quid? *So.* Malum puto omne, quod dissolvit atque corrumpit: quod vero servat et iuvat, bonum. *Glau.* Et ego. *So.* Bonumne cuique aliquod et aliquod malum esse dicis? veluti oculis lippitudinem: et toti corpori morbum: frugibus cibisque aeruginen: lignis cariem et putredinem: aeri ferroque rubiginem: atque, ut dico, ferme in omnibus secundum naturam proprium cuique malum ac morbum. *Glau.* Equidem? *So.* Quotiens huiusmodi quicquam alicui accidit, deterius illud efficit, ac denique totum dissolvit et perdit? *Glau.* Quidni? *So.* Proprium igitur cuiusque malum suaque pravitas quodlibet corrumpit: ac, ni id corruperit, nihil aliud unquam corrumpet. neque enim quod bonum est, aliquid destruit: neque rursus id, quod nec bonum

Πῶς γὰρ ἄν; ἔφη. Ἐὰν ἄρα τι εὑρίσκωμεν τῶν ὄντων ᾧ ἔξι μέν τι κακὸν ὃ ποιεῖ αὐτὸ μοχθηρόν, τοῦτο μέντοι οὐχ οἷόν τε αὐτὸ λύειν ἀπολλύον, οὐκ ἤδη εἰσόμεθα ὅτι τοῦ πεφυκότος οὕτως ὄλεθρος οὐκ ἦν; Οὕτως, ἔφη, εἰκός. Τί οὖν; ἦν δ' ἐγώ· ψυχῇ ἆρ' οὐκ ἔξιν ὃ ποιεῖ αὐτὴν κακήν; Καὶ μάλ', ἔφη, ἃ νῦν δὴ διῆμεν πάντα, ἀδικία τε καὶ ἀκολασία καὶ δειλία καὶ ἀμαθία. Ἧ οὖν τι τούτων αὐτὴν διαλύει τε καὶ ἀπόλλυσι; καὶ ἐννόει μὴ ἐξαπατηθῶμεν οἰηθέντες τὸν ἄδικον ἄνθρωπον καὶ ἀνόητον, ὅταν ληφθῇ ἀδικῶν, τότε ἀπολωλέναι ὑπὸ τῆς ἀδικίας, πονηρίας οὔσης ψυχῆς. ἀλλ' ὧδε ποίει· ὥς περ σῶμα ἡ σώματος πονηρία νόσος οὖσα τήκει καὶ διόλλυσι καὶ ἄγει εἰς τὸ μηδὲ σῶμα εἶναι, καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν ἅπαντα ὑπὸ τῆς οἰκείας κακίας, τῷ προσκαθῆσθαι καὶ ἐνεῖναι διαφθειρούσης, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἀφικνεῖται. οὐχ οὕτως; Ναί. Ἴθι δή, καὶ ψυχὴν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον σκόπει. ἆρα ἐνοῦσα ἐν αὐτῇ ἀδικία καὶ ἡ ἄλλη κακία τῷ ἐνεῖναι καὶ προσκαθῆσθαι φθείρει αὐτὴν καὶ μαραίνει, ἕως ἂν εἰς θάνατον ἀγαγοῦσα τοῦ σώματος χωρίσῃ; Οὐδαμῶς, ἔφη, τοῦτό γε. Ἀλλὰ μέντοι ἐκεῖνό γε ἄλογον,

nec malum. *Glau.* Quo enim pacto? *So.* Si quid igitur tale est, ut ei malum aliquod sit, quod ipsum deterius efficit, dissolvere tamen ipsum non valet, certe ita naturaliter affectae rei nullus esse potest interitus. *Glau.* Consentaneum est. *So.* Estne aliquid, quod animam pravam faciat? *Glau.* Et maxime quidem, quae commemoravimus, iniustitia, intemperantia, timiditas et inscitia. *So.* An quicquam ex his animam perdit? atqui animadverte, ne decipiamur, existimantes iniquum et insanum hominem, cum in flagitio deprehensus est, tunc ab iniustitia, quae animae vitium est, corrumpi. I[illegible] age. Nonne corpus proprium eius vitium morbus liquefacit, resolvit, atque eo deducit. ut non sit corpus? et quae paulo ante diximus omnia, ex proprio malo, quatenus adhaeret et inest, inquinante, esse desinunt? nonne? *Glau.* Ita prorsus. *So.* Numquid et animam eodem pacto iniustitia et reliqua pravitas, cum inest, sua ipsa praesentia disperdit et tabefacit, quousque in mortem trahens a corpore separet? *Glau.* Nullo modo istud. *So.* At vero absurdum illud est, ut alienum vitium interimat aliquid, cui proprium vitium

ἦν δ' ἐγώ, τὴν μὲν ἄλλου πονηρίαν ἀπολλύναι τι, τὴν δὲ αὑτοῦ μή. Ἄλογον. Ἐννόει γάρ, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, ὅτι οὐδ' ὑπὸ τῆς τῶν σιτίων πονηρίας, ἢ ἂν ἢ αὐτῶν ἐκείνων, εἴτε παλαιότης εἴτε σαπρότης εἴτε ἠτιοῦν οὖσα, οὐκ οἰόμεθα δεῖν σῶμα ἀπόλλυσθαι· ἀλλ' ἐὰν μὲν ἐμποιῇ ἡ αὐτῶν πονηρία τῶν σιτίων τῷ σώματι σώματος μοχθηρίαν, φήσομεν αὐτὸ δι' ἐκεῖνα ὑπὸ τῆς αὑτοῦ κακίας νόσου οὔσης ἀπολωλέναι· ὑπὸ δὲ σιτίων πονηρίας ἄλλων ὄντων ἄλλο ὂν τὸ σῶμα, ὑπ' ἀλλοτρίου κακοῦ μὴ ἐμποιήσαντος τὸ ἔμφυτον κακόν, οὐδέποτε ἀξιώσομεν διαφθείρεσθαι. Ὀρθότατα, ἔφη, λέγεις. Κατὰ τὸν αὐτὸν τοίνυν λόγον, ἦν δ' ἐγώ, ἐὰν μὴ σώματος πονηρία ψυχῇ ψυχῆς πονηρίαν ἐμποιῇ, μή ποτε ἀξιῶμεν ὑπ' ἀλλοτρίου κακοῦ ἄνευ τῆς ἰδίας πονηρίας ψυχὴν ἀπόλλυσθαι, τῷ ἑτέρου κακῷ ἕτερον. Ἔχει γάρ, ἔφη, λόγον. Ἢ τοίνυν ταῦτα ἐξελέγξωμεν ὅτι οὐ καλῶς λέγομεν, ἢ ἕως ἂν ᾖ ἀνέλεγκτα, μή ποτε φῶμεν ὑπὸ πυρετοῦ μηδ' αὖ ὑπ' ἄλλης νόσου μηδ' αὖ ὑπὸ σφαγῆς, μηδ' εἴ τις ὅτι σμικρότατα ὅλον τὸ σῶμα κατατέμοι, ἕνεκα τούτων μηδὲν μᾶλλόν ποτε ψυχὴν ἀπόλλυσθαι, πρὶν ἄν τις ἀποδείξῃ ὡς διὰ ταῦτα

non praebet interitum. *Glau.* Praeter rationem profecto. *So.* Attende, Glaucon. ex ipsa ciborum propria pravitate, qua vel vieta sint vel marcida vel quomodocunque aliter affecta dicantur, corpus perire posse non arbitramur: verum si ciborum defectus corpori proprium ipsius defectum intulerit, dicemus per illos corpus ab eius vitio, morbo scilicet, perdi: corpus vero ipsum, cum aliud sit, ex ciborum, quorum alia natura est, alieno defectu, nisi proprium defectum induxerit, dissipari posse nunquam existimabimus. *Glau.* Recte nimirum loqueris. *So.* Eadem ratione, nisi corporis detrimentum ipsi animae ipsius animae proprium intulerit detrimentum, handquaquam existimare debemus ex alieno malo, absque propria pravitate, animam interire, neque alterius malo alterum dissipatur. *Glau.* Ita ratio monet. *So.* Aut igitur haec redarguamus, quasi non recte dicantur: aut, quoad haec integra permanent, neque ex febre aut alio quovis morbo, neque iugulatione, neque etiam si quis corpus in minutissima quaeque discerpat, dissipari animam concedamus, priusquam ostenderit aliquis propter has corporis passiones animam

τὰ παθήματα τοῦ σώματος αὐτὴ ἐκείνη ἀδικωτέρα καὶ ἀνοσιωτέρα γίγνεται. ἀλλοτρίου δὲ κακοῦ ἐν ἄλλῳ γιγνομένου, τοῦ δὲ ἰδίου ἑκάςῳ μὴ ἐγγιγνομένου, μήτε ψυχὴν μήτε ἄλλο μηδὲν ἐῶμεν φάναι τινὰ ἀπόλλυσθαι. Ἀλλὰ μέντοι, ἔφη, τοῦτό γε οὐδείς ποτε ὄψεται, ὡς τῶν ἀποθνησκόντων ἀδικώτεραι αἱ ψυχαὶ διὰ τὸν θάνατον γίγνονται. Ἐὰν δέ γέ τις, ἔφην ἐγώ, ὁμόσε τῷ λόγῳ τόλμᾷ ἰέναι καὶ λέγειν ὡς πονηρότερος καὶ ἀδικώτερος γίγνεται ὁ ἀποθνήσκων, ἵνα δὴ μὴ ἀναγκάζηται ἀθανάτους τὰς ψυχὰς ὁμολογεῖν, ἀξιώσομέν που, εἰ ἀληθῆ λέγει ὁ ταῦτα λέγων, τὴν ἀδικίαν εἶναι θανάσιμον τῷ ἔχοντι ὥς περ νόσον, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τούτου ἀποκτιννύντος τῇ ἑαυτοῦ φύσει ἀποθνήσκειν τοὺς λαμβάνοντας αὐτό, τοὺς μὲν μάλιςα θᾶττον, τοὺς δὲ ἧττον σχολαίτερον, ἀλλὰ μή, ὥς περ νῦν διὰ τούτου ὑπ' ἄλλων δίκην ἐπιτιθέντων ἀποθνήσκουσιν οἱ ἄδικοι. Μὰ Δία, ἦ δ' ὅς, οὐκ ἄρα πάνδεινον φανεῖται ἡ ἀδικία, εἰ θανάσιμον ἔξαι τῷ λαμβάνοντι· ἀπαλλαγὴ γὰρ ἂν εἴη κακῶν. ἀλλὰ μᾶλλον οἶμαι αὐτὴν φανήσεσθαι πᾶν τοὐναντίον· τοὺς ἄλλους ἀποκτιννῦσαν, εἴ περ οἷόν τε· τὸν δ' ἔχοντα καὶ μάλα ζωτικὸν παρέχουσαν, καὶ πρός γ' ἔτι τῷ ζωτικῷ ἄγρυπνον· οὕτω πόῤῥω που, ὡς

ipsam iniquiorem profanioremque fieri. quatenus autem alienum malum adest alteri, nec proprium cuiquam malum adhaeret, corrumpi aliquid minime concedamus. *Glau.* At enim nemo id unquam ostendet, morientium animas propter mortem iniustiores effici. *So.* Si quis autem obiicere nobis audeat, quod deterior et iniustior sit, qui moritur, ne cogatur immortales esse animas confiteri, oportere dicemus, si vera is dixerit, viro iniusto letiferam iniustitiam esse, sicuti morbum: et ab hoc ipso perimente, sua quadam natura, eos, qui suscipiant, perimi: ocius quidem illos, qui maxime, serius contra, qui minus; neque fieri duntaxat, quod nunc fit, ut iniusti propter iniustitiam tunc demum morian'ur, cum eos alii poenis afficiunt. *Glau.* Per Iovem, haud gravissimum quiddam malum iniustitia esse videbitur, si erit viro iniquo letifera; malorum siquidem liberatio erit. arbitror autem contra esse omnino, ut et alios pro viribus interficiat, et hominem sui participem vivacem maxime faciat et apprime privigilem;

ἔοικεν, ἐσκήνηται τοῦ θανάσιμος εἶναι. Καλῶς, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. ὁπότε γὰρ δὴ μὴ ἱκανὴ ἦ γε οἰκεία πονηρία καὶ τὸ οἰκεῖον κακὸν ἀποκτεῖναι καὶ ἀπολέσαι ψυχήν, σχολῇ τό γε ἐπ' ἄλλου ὀλέθρῳ τεταγμένον κακὸν ψυχὴν ἢ τι ἄλλο ἀπολεῖ, πλὴν ἐφ' ᾧ τέτακται. Σχολῇ γ', ἔφη, ὡς γε τὸ εἰκός. Οὐκοῦν ὁπότε μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἀπόλλυται κακοῦ, μήτε οἰκείου μήτε ἀλλο-
611 τρίου, δῆλον ὅτι ἀνάγκη αὐτὸ ἀεὶ ὂν εἶναι· εἰ δ' ἀεὶ ὄν, ἀθάνατον. Ἀνάγκη, ἔφη.

Τοῦτο μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, οὕτως ἐχέτω. εἰ δ' ἔχει, ἐννοεῖς ὅτι ἀεὶ ἂν εἶεν αἱ αὐταί. οὔτε γὰρ ἄν που ἐλάττους γένοιντο μηδεμιᾶς ἀπολλυμένης, οὔτε αὖ πλείους· εἰ γὰρ ὁτιοῦν τῶν ἀθανάτων πλέον γίγνοιτο, οἶσθ' ὅτι ἐκ τοῦ θνητοῦ ἂν γίγνοιτο καὶ πάντα ἂν εἴη τελευτῶντα ἀθάνατα; Ἀληθῆ λέγεις. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, μήτε τοῦτο οἰώμεθα, ὁ γὰρ λόγος οὐκ ἐάσει, μή τέ γε αὖ τῇ ἀληθεστάτῃ φύσει τοιοῦτον εἶναι ψυχὴν ὥστε πολλῆς ποικιλίας καὶ ἀνομοιότητός τε καὶ διαφορᾶς γέμειν αὐτὸ πρὸς αὑτό. Πῶς λέγεις, ἔφη. Οὐ ῥᾴδιον, ἦν δ' ἐγώ, ἀΐδιον εἶναι σύνθετόν τε ἐκ πολλῶν καὶ μὴ τῇ καλλίστῃ κεχρημένον συνθέσει, ὡς νῦν ἡμῖν ἐφάνη ἡ ψυχή. Οὔκουν εἰκός

usque adeo longe abest ab ea, ut sit letifera. *So.* Scite loqueris: quando enim propria pravitas suumque malum animam perdere nequit; nunquam malum ex alterius pernicie atque ad aliud institutum ultra id, cui proprie accidit, vel animam vel aliud quicquam dissolvet. *Glau.* Nunquam, ut probabile est. *So.* Cum a nullo prorsus malo, sive proprio, sive alieno, interimatur, patet eam semper esse necessarium esse: si semper esse, et immortalem exsistere. *Glau.* Necesse. *So.* Hoc igitur ita se habet: ac si ita se habet, animadvertas easdem semper animas fore. neque enim pauciores unquam erunt, cum nulla prorsus intereat, neque rursus plures. Si enim immortalium quicquam plus efficiatur, ex mortali efficietur, eruntque demum immortalia omnia. *Glau.* Vera loqueris. *So.* At vero id nequaquam existimamus: ratio namque prohibet, neque iterum arbitramur animam verissima sui natura talem esse, ut varia, dissimilis atque differens in se ipsa sit. *Glau.* Quomodo istud ais? *So.* Haud facile est sempiternum esse, quod ex pluribus constitutum est, neque optimam compositionem est sortitum: ut nobis de anima nunc apparuit. *Glau.* Consenta-

γε. Ὅτι μὲν τοίνυν ἀθάνατον ψυχή, καὶ ὃ ἄρτι λόγος καὶ οἱ ἄλλοι ἀναγκάσειαν ἄν· οἷον δ' ἐστὶ τῇ ἀληθείᾳ, οὐ λελωβημένον δεῖ αὐτὸ θεάσασθαι ὑπό τε τῆς τοῦ σώματος κοινωνίας καὶ ἄλλων κακῶν, ὡς περ νῦν ἡμεῖς θεώμεθα, ἀλλ' οἷόν ἐστι καθαρὸν γιγνόμενον, τοιοῦτον ἱκανῶς λογισμῷ διαθεατέον, καὶ πολύ γε κάλλιον αὐτὸ εὑρήσει καὶ ἐναργέστερον δικαιοσύνας τε καὶ ἀδικίας διόψεται καὶ πάντα ἃ νῦν διήλθομεν. Νῦν δὲ εἴπομεν μὲν ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ, οἷον ἐν τῷ παρόντι φαίνεται· τεθεάμεθα μέντοι διακείμενον αὐτὸ ὡς περ οἱ τὸν θαλάττιον Γλαῦκον ὁρῶντες οὐκ ἂν ἔτι ῥᾳδίως αὐτοῦ ἴδοιεν τὴν ἀρχαίαν φύσιν, ὑπὸ τοῦ τά τε παλαιὰ τοῦ σώματος μέρη τὰ μὲν ἐκκεκλάσθαι, τὰ δὲ συντετρίφθαι καὶ πάντως λελωβῆσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων, ἄλλα δὲ προσπεφυκέναι, ὄγρεά τε καὶ φύκια καὶ πέτρας, ὥστε παντὶ μᾶλλον θηρίῳ ἐοικέναι ἢ οἷος ἦν φύσει. οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν ἡμεῖς θεώμεθα διακειμένην ὑπὸ μυρίων κακῶν. ἀλλὰ δεῖ, ὦ Γλαύκων, ἐκεῖσε βλέπειν. Ποῖ; ἦ δ' ὅς. Εἰς τὴν φιλοσοφίαν αὐτῆς, καὶ ἐννοεῖν ὧν ἅπτεται καὶ οἵων ἐφίεται ὁμιλιῶν, ὡς ξυγγενὴς οὖσα τῷ τε θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ τῷ ἀεὶ

neum est. *So.* Animam igitur immortalem esse et ratio praesens et aliae cogere possunt. Si quis vero, qualis ipsa revera sit, inspicere cupit, haudquaquam intueri eam debet communione corporis malisque aliis inquinatam: quemadmodum ipsi nunc intuemur: sed qualis, cum pura fuerit, diligenter ratione discernere. ubi certe et multo pulchrior apparebit: et clarius, cum talis erit, quid iustum sit, quid non, et reliqua quae supra diximus iudicabit. Nunc quidem vera de ipsa, qualis videtur in praesentia, diximus. non aliter vero eam spectavimus, quam multi marinum inspiciant Glauconem. illi siquidem non facile possunt Glauconis antiquam considerare naturam, eo quod antiquae corporis partes partim fractae, partim contritae sint, et ab undis penitus dissipatae, aliaque illi rursus inhaereant conchylia, alga, lapides, ex quibus multo magis ferae prae se fert imaginem quam naturae prioris aspectum. ita et animam nos semper aspicimus malis innumeris inquinatam. Sed enim illuc oculos convertere decet, o Glaucon. *Glau.* Quonam? *So.* Ad eius, inquam, philosophiam: et circa illam oportet animadvertere, quae attingit animus, et quibuscum consuetudinem inire affectat et nititur: utpote

ὄντι, καὶ οἷα ἂν γένοιτο τῷ τοιούτῳ πᾶσα ἐπισπομένη καὶ ὑπὸ ταύτης τῆς ὁρμῆς ἐκκομισθεῖσα ἐκ τοῦ πόντου ἐν ᾧ νῦν ἐσί, καὶ περικρουσθεῖσα πέτρας τε καὶ ὄρεα, ἃ νῦν αὐτῇ, ἅτε γῆν ἐσιωμένῃ, γεηρὰ καὶ πετρώδη
612 πολλὰ καὶ ἄγρια περιπέφυκεν ὑπὸ τῶν εὐδαιμόνων λεγομένων ἑσιάσεων. καὶ τότ' ἄν τις ἴδοι αὐτῆς τὴν ἀληθῆ φύσιν, εἴτε πολυειδὴς εἴτε μονοειδής, εἴτε ὅπῃ ἔχει καὶ ὅπως. νῦν δὲ τὰ ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ πάθη τε καὶ εἴδη, ὡς ἐγῷμαι, ἐπιεικῶς αὐτῆς διεληλύθαμεν. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη.

Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, τά τε ἄλλα ἀπεδυσάμεθα ἐν τῷ λόγῳ, καὶ οὐ τοὺς μισθοὺς οὐδὲ τὰς δόξας δι-
δικαιοσύνης ἐπηνέγκαμεν, ὥς περ Ἡσίοδόν τε καὶ Ὅμηρον ὑμεῖς ἔφατε, ἀλλ' αὐτὸ δικαιοσύνην αὐτῇ ψυχῇ ἄριζον εὕρομεν, καὶ ποιητέον εἶναι αὐτῇ τὰ δίκαια, ἐάν τ' ἔχῃ τὸν Γύγου δακτύλιον ἐάν τε μή, καὶ πρὸς τοιούτῳ δακτυλίῳ τὴν Ἀΐδος κυνῆν; Ἀληθέσατα, ἔφη, λέγεις. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, νῦν ἤδη ἀνεπίφθονόν ἐσι πρὸς ἐκείνοις καὶ τοὺς μισθοὺς τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ἀποδοῦναι, ὅσους τε

qui cognatus sit divino, immortali et sempiterno: qualisque praeterea futurus est, si quando eiusmodi totus sequatur naturam, per hunc affectum nixumque eductus ex pelago, quo ad praesens submergitur, nudusque emergens, excussis petris et ostreis, quae sibi nunc, tanquam ex terra nutrito, terrena, lapidosa et agrestia plurima inhaerescunt, propter eam utique alimoniam, quam plerique beatam existimant. Tunc demum veram naturam ipsius animi contemplabimur, agnoscemusque, utrum varia sit an simplex, qualisque sit omnis eius conditio. Nunc autem animi humana in vita affectus ac species satis, ut arbitror, declaravimus. *Glau.* Prorsus quidem. *So.* Nonne cetera quidem in hac disputatione exposuimus? praemia vero ipsius et honores nequaquam attulimus, quemadmodum Homerum vos et Hesiodum adduxisse dicebatis: sed iustitiam ipsam ipsi animae optimum praemium esse comperimus: iusteque agendum esse monstravimus, sive Gigis habeat anulum sive etiam Plutonis galeam? *Glau.* Vera loqueris. *So.* Ceterum nunc quoque praeter haec nulla invidia prohibet, quo minus iustitiae et universae virtuti ea praemia tribuamus, quae

καὶ οἵους τῇ ψυχῇ παρέχει παρ' ἀνθρώπων τε καὶ θεῶν, ζῶντός τε ἔτι τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἐπειδὰν τελευτήσῃ; Παντάπασι μὲν οὖν, ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν ἀποδώσετέ μοι ἃ ἐδανείσασθε ἐν τῷ λόγῳ; Τί μάλιστα; Ἔδωκα ὑμῖν τὸν δίκαιον δοκεῖν ἄδικον εἶναι καὶ τὸν ἄδικον δίκαιον. ὑμεῖς γὰρ ἡγεῖσθε, κἂν εἰ μὴ δυνατὸν εἴη ταῦτα λανθάνειν καί θεοὺς καὶ ἀνθρώπους, ὅμως δοτέον εἶναι τοῦ λόγου ἕνεκα, ἵνα αὐτὴ δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν αὐτὴν κριθείη. ἦ οὐ μνημονεύεις; Ἀδικοίην μέντ' ἄν, ἔφη, εἰ μή. Ἐπειδὴ τοίνυν κεκριμέναι εἰσίν, ἐγὼ πάλιν ἀπαιτῶ ὑπὲρ δικαιοσύνης, ὡς περ ἔχει δόξης καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρὰ ἀνθρώπων, καὶ ὑμᾶς ὁμολογεῖν περὶ αὐτῆς δοκεῖσθαι οὕτως, ἵνα καὶ τὰ νικητήρια κομίσηται ἃ ἀπὸ τοῦ δοκεῖν κτωμένη δίδωσι τοῖς ἔχουσιν αὐτήν, ἐπειδὴ καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ εἶναι ἀγαθὰ διδοῦσα ἐφάνη καὶ οὐκ ἐξαπατῶσα τοὺς τῷ ὄντι λαμβάνοντας αὐτήν. Δίκαια, ἔφη, αἰτεῖ. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, πρῶτον μὲν τοῦτο ἀποδώσετε, ὅτι θεούς γε οὐ λανθάνει ἑκάτερος αὐτῶν οἷός ἐστιν; Ἀποδώσομεν, ἔφη. Εἰ δὲ μὴ λανθάνετον, ὁ μὲν θεοφιλὴς ἂν εἴη, ὁ δὲ θεομισής, ὡς περ καὶ κατ' ἀρχὰς ὡμολογοῦμεν.

ipsa animae comparat et ab hominibus et a diis tam ad vivente homine, quam defuncto. *Glau.* Magnopere. *So.* Nunquid ergo restitutis mihi, quae in sermone mutuati estis? *Glau.* Quid maxime? *So.* Dedi equidem vobis: iustum virum videri iniustum iniustumque iustum. vos enim petieratis. licet enim fieri non posset, ut ista homines deosque laterent: tamen concedi hoc disputationis gratia placuit, ut iniusta ipsa ad iniustitiam ipsam comparata iudicaretur. non recordaris? *Glau.* Quidni recorder? *So.* Postquam igitur iudicatae sunt, ego iterum postulo a vobis exponi, quam iustitia mercedem a diis et hominibus referat, ut et palmam ab opinione et manifesta existimatione reportet, qua iustitia sui participes decorat, postquam aperte visa est etiam ipsa sui praesentia beneficia nobis conferre, neque eos decipere, qui vere eam possident. *Glau.* Debita postulas. *So.* Primum quidem hoc mihi reddetis, quod qualis eorum uterque sit, et iustus scilicet et iniustus, deos non latet. *Glau.* Reddemus. *So.* Si deos id non latet, unusquidem a Deo amabitur, alter odio habebitur, quemadmodum in principio confessi sumus. *Glau.* Est ita. *So.*

Ἔξι ταῦτα. Τῷ δὲ θεοφιλεῖ οὐχ ὁμολογήσομεν, ὅσα γε ἀπὸ θεῶν γίγνεται, πάντα γίγνεσθαι ὡς οἷόν τε ἄριστα, εἰ μή τι ἀναγκαῖον αὐτῷ κακὸν ἐκ προτέρας
613 ἁμαρτίας ὑπῆρχεν; Πάνυ μὲν οὖν. Οὕτως ἄρα ὑπολητέον περὶ τοῦ δικαίου ἀνδρός, ἐάν τ' ἐν πενίᾳ γίγνηται ἐάν τε ἐν νόσοις ἤ τινι ἄλλῳ τῶν δοκούντων κακῶν, ὡς τούτῳ ταῦτα εἰς ἀγαθόν τι τελευτήσει ζῶντι ἢ καὶ ἀποθανόντι. οὐ γὰρ δὴ ὑπό γε θεῶν ποτὲ ἀμελεῖται ὃς ἂν προθυμεῖσθαι ἐθέλῃ δίκαιος γίγνεσθαι καὶ ἐπιτηδεύων ἀρετὴν εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ 10
ὁμοιοῦσθαι θεῷ. Εἰκός γ', ἔφη, τὸν τοιοῦτον μὴ ἀμελεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. Οὐκοῦν περὶ τοῦ ἀδίκου τἀναντία τούτων δεῖ διανοεῖσθαι; Σφόδρα γε. Τὰ μὲν δὴ παρὰ θεῶν τοιαῦτ' ἄττ' ἂν εἴη νικητήρια τῷ δικαίῳ. Κατὰ γοῦν ἐμὴν δόξαν, ἔφη. Τί δέ, ἦν δ' ἐγώ, παρ' ἀνθρώπων; ἆρ' οὐκ ὧδε ἔχει, εἰ δεῖ τὸ ὂν τιθέναι; οὐχ οἱ μὲν δεινοί τε καὶ ἄδικοι δρῶσιν ὅ περ οἱ δρομῆς, ὅσοι ἂν θέωσιν εὖ ἀπὸ τῶν κάτω, ἀπὸ δὲ τῶν ἄνω μή; τὸ μὲν πρῶτον ὀξέως ἀποπηδῶσι, τελευτῶντες δὲ καταγέλαστοι γίγνονται, τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν 20
ὤμων ἔχοντες καὶ ἀζεφάνωτοι ἀποτρέχοντες. οἱ δὲ τῇ ἀληθείᾳ δρομικοὶ εἰς τέλος ἐλθόντες τά τε ἆθλα λαμ-

Deorum autem amico omnia, quoad fieri potest, a diis optima tribuuntur: nisi quid mali ex priori delicto ei necessitate quadam immineat. *Glau.* Omnino. *So.* Sic itaque de iusto viro existimandum, sive in pauperie seu morbis sive quibusvis aliis ex iis, quae mala videntur, fuerit constitutus, huic demum vel viventi vel mortuo ad bonum aliquod ista conducere. neque enim a diis unquam negligitur, quicunque conari voluerit iustus evadere virtutisque officiis, quoad homini licet, Deo similis fieri. *Glau.* Decens est talem virum a simili non contemni. *So.* De iniusto autem contra omnino est sentiendum. *Glau.* Vehementer. *So.* Apud deos igitur iusto viro haec dahitur palma. *Glau.* Sic arbitror. *So.* Apud homines autem nonne sic evenit, si vera fateri debemus? Callidi quidem homines et iniqui perinde faciunt ac cursores illi, qui ab inferioribus currunt bene, a superioribus minime. nam primo celeriter exsiliunt: tandem vero rimum reportant, auribus demissis et sine corona discedentes. veri autem cursores ad finem perveniunt, adeptique praemium co-

βάνουσι καὶ ξεφανοῦνται. οὐχ οὕτω καὶ περὶ τῶν δικαίων τὸ πολὺ ξυμβαίνει; πρὸς τέλος ἑκάστης πράξεως καὶ ὁμιλίας καὶ τοῦ βίου εὐδοκιμοῦσί τε καὶ τὰ ἆθλα παρὰ τῶν ἀνθρώπων φέρονται; Καὶ μάλα. Ἀνέξει ἄρα λέγοντος ἐμοῦ περὶ τούτων ἃ περ αὐτὸς ἔλεγες περὶ τῶν ἀδίκων. ἐρῶ γὰρ δή ὅτι οἱ μὲν δίκαιοι, ἐπειδὰν πρεσβύτεροι γένωνται, ἐν τῇ αὑτῶν πόλει ἄρχουσί τε ἂν βούλωνται τὰς ἀρχάς, γαμοῦσί τε ὁπόθεν ἂν βούλωνται, ἐκδιδόασί τε εἰς οὓς ἂν ἐθέλωσι· καὶ πάντα ἃ σὺ περὶ ἐκείνων, ἐγὼ νῦν λέγω περὶ τῶνδε. καὶ αὖ καὶ περὶ τῶν ἀδίκων, ὅτι οἱ πολλοὶ αὐτῶν, καὶ ἐὰν νέοι ὄντες λάθωσιν, ἐπὶ τέλους τοῦ δρόμου αἱρεθέντες καταγέλαστοι εἰσι καὶ γέροντες γιγνόμενοι ἆθλιοι προπηλακίζονται ὑπὸ ξένων τε καὶ ἀστῶν, μαστιγούμενοι καὶ ἃ ἄγροικα ἔφησθα σὺ εἶναι ἀληθῆ λέγων, εἶτα στρεβλώσονται καὶ ἐκκαυθήσονται· πάντα ἐκεῖνα οἶου καὶ ἐμοῦ ἀκηκοέναι ὡς πάσχουσιν. ἀλλ' ὃ λέγω, ὅρα εἰ ἀνέξει. Καὶ πάνυ, ἔφη· δίκαια γὰρ λέγεις.

Ἃ μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ζῶντι τῷ δικαίῳ παρὰ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων ἆθλά τε καὶ μισθοὶ καὶ δῶρα γίγνεται πρὸς ἐκείνοις τοῖς ἀγαθοῖς οἷς αὐτὴ παρεί- 614

ronantur. viris iustis similiter idem ut plurimum accidit. nempe in fine cuiusque actionis consuetudinisque et vitae probantur, muneraque ab hominibus referunt. *Glau.* Magnopere. *So.* Sustinebisne, ut ego de his, quae tu de iniustis, adducam? dicam equidem. iusti enim, cum ad maturam aetatem pervenerint, civitatis muneribus pro arbitrio funguntur, matrimonia quibuscum voluerint et dando et accipiendo vicissim ineunt: ac summatim, quaecunque de illis tu, ego nunc de his affirmo: rursusque de iniustis hominibus assero, plerique enim ipsorum, quamvis ad tempus sua vitia celent, tandem in curriculi calce, quales sint deprehenduntur. ridiculi prorsus evadunt, et in senio miseri a peregrinis et civibus obiurgantur, verberanturque eaque omnia patiuntur, quae tu aspera esse revera dicebas. torquebuntur enim et inurentur. Porro quaecunque ipse commemorabas, audire iterum ex me putato. sed, ut dicebam, vide, an sis ista toleraturus. *Glau.* Perferam equidem. nam decentia loqueris. *So.* Haec itaque sunt praemia, mercedes et munera, quae iusto viro praeter ea bona, quae ipsa in se iustitia continet, a diis

χετο ἡ δικαιοσύνη, τοιαῦτ' ἂν εἴη. Καὶ μάλ', ἔφη, καλά τε καὶ βέβαια. Ταῦτα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδέν ἐστι πλήθει οὐδὲ μεγέθει πρὸς ἐκεῖνα ἃ τελευτήσαντα ἑκάτερον περιμένει. χρὴ δ' αὐτὰ ἀκοῦσαι, ἵνα τελέως ἑκάτερος αὐτῶν ἀπειλήφῃ τὰ ὑπὸ τοῦ λόγου ὀφειλόμενα ἀκοῦσαι. Λέγοις ἄν, ἔφη, ὡς οὐ πολλὰ ἄλλ' ἥδιον ἀκούοντι. Ἀλλ' οὐ μέντοι σοι, ἦν δ' ἐγώ, Ἀλκίνου γε ἀπόλογον ἐρῶ, ἀλλ' ἀλκίμου μὲν ἀνδρός, Ἠρὸς τοῦ Ἀρμενίου, τὸ γένος Παμφύλου· ὃς ποτε ἐν πολέμῳ τελευτήσας, ἀναιρεθέντων δεκαταίων τῶν νεκρῶν ἤδη διεφθαρμένων, ὑγιὴς μὲν ἀνηρέθη, κομισθεὶς δὲ οἴκαδε, μέλλων θάπτεσθαι, δωδεκαταῖος ἐπὶ τῇ πυρᾷ κείμενος ἀνεβίω, ἀναβιοὺς δ' ἔλεγεν ἃ ἐκεῖ ἴδοι. ἔφη δέ, ἐπειδὴ οὗ ἐκβῆναι τὴν ψυχήν, πορεύεσθαι μετὰ πολλῶν, καὶ ἀφικνεῖσθαι σφᾶς εἰς τόπον τινὰ δαιμόνιον, ἐν ᾧ τῆς τε γῆς δύ' εἶναι χάσματα ἐχομένω ἀλλήλοιν καὶ τοῦ οὐρανοῦ αὖ ἐν τῷ ἄνω ἄλλα καταντικρύ. δικασὰς δὲ μεταξὺ τούτων καθῆσθαι, οὕς, ἐπειδὴ διαδικάσειαν, τοὺς μὲν δικαίους κελεύειν πορεύεσθαι τὴν εἰς δεξιάν τε καὶ ἄνω διὰ τοῦ οὐρανοῦ, σημεῖα περιάψαντας τῶν δεδικασμένων ἐν τῷ πρόσθεν, τοὺς

et hominibus tribuuntur. *Glau.* Egregia valde haec sunt et stabilia. *So.* At enim haec et numero et magnitudine nihil sunt, si ad ea comparentur, quae utrumque defunctum exspectant. Audienda vero et ista sunt, ut omnia sufficienter, quae utrique conveniunt, comprehendantur. *Glau.* Dicas vero, non quidem ut iam nimis multa, sed tanquam libentissime audituro. *So.* Equidem tibi non Alcini apologum, sed praestantissimi viri, Eri Harmenii, genere Pamphilii, reserabo. qui cum occubuisset in proelio, subiatis decimo die cadaveribus iam corruptis, integer quidem incorrupto corpore repertus fuit domumque delatus pro officio sepulturae. ubi duodecima a morte die, dum pyrae esset impositus resurrexit, et, quae interim viderat, retulit. Inquit ergo, postquam eius anima fuisset a corpore separata, una cum pluribus quendam in locum daemonium pervenisse. in quo terrae duos proximos vidit hiatus, duosque alios e conspectu superne in caeli regione conspexit. inter hiatus vero huiusmodi sedentes iudices, qui postquam animos iudicaverunt, iustos quidem ad dexteram superne per caelum ascendere iubent, in anteriori eorum parte signa eorum, quae iudicaverint, suspenden-

δὲ ἀδίκους τὴν εἰς ἀριστερὰν τε καὶ κάτω, ἔχοντας καὶ τούτους ἐν τῷ ὄπισθεν σημείῳ πάντων ὧν ἔπραξαν. ἑαυτοῦ δὲ προσελθόντος εἰπεῖν ὅτι δέοι αὐτὸν ἄγγελον ἀνθρώποις γενέσθαι τῶν ἐκεῖ, καὶ διακελεύοιντό οἱ ἀκούειν τε καὶ θεᾶσθαι πάντα τὰ ἐν τῷ τόπῳ. ὁρᾶν δὴ ταύτῃ μὲν καθ' ἑκάτερον τὸ χάσμα τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ τῆς γῆς ἀπιούσας τὰς ψυχάς, ἐπειδὴ αὐταῖς δικασθείη, κατὰ δὲ τὠ ἑτέρω ἐκ μὲν τοῦ ἀνιέναι ἐκ τῆς γῆς μεστὰς αὐχμοῦ τε καὶ πόνεως, ἐκ δὲ τοῦ ἑτέ-
10 ρου καταβαίνειν ἑτέρας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καθαράς. καὶ τὰς ἀεὶ ἀφικνουμένας ὡς περ ἐκ πολλῆς πορείας φαίνεσθαι ἥκειν, καὶ ἀσμένας εἰς τὸν λειμῶνα ἀπιούσας οἷον ἐν πανηγύρει κατασκηνᾶσθαι, καὶ ἀσπάζεσθαί τε ἀλλήλας ὅσαι γνώριμαι, καὶ πυνθάνεσθαι τάς τε ἐκ τῆς γῆς ἡκούσας παρὰ τῶν ἑτέρων τὰ ἐκεῖ καὶ τὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὰ παρ' ἐκείναις. διηγεῖσθαι δὲ ἀλλήλαις τὰς μὲν ὀδυρομένας τε καὶ κλαούσας, ἀναμιμνησκομέ-
νας ὅσα τε καὶ οἷα πάθοιεν καὶ ἴδοιεν ἐν τῇ ὑπὸ γῆς 615
πορείᾳ — εἶναι δὲ τὴν πορείαν χιλιετῆ — τὰς δ' αὖ
20 ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εὐπαθείας διηγεῖσθαι καὶ θέας ἀμηγάνους τὸ κάλλος. τὰ μὲν οὖν πολλά, ὦ Γλαύκων,

tes: iniustos contra ad sinistram infernis omnium, quae fecerant in vita, post tergum signa ferentes. Cum vero ad iudices ipse quoque accessisset, illos asseruit respondisse, fore eum hominibus nuntium de his, quae illic videat, oportere: iussisseque illum audire et intueri, quaecunque eis in locis fierent, diligenter. Viderat igitur illic per utramque caeli terraeque portam animas lata sententia abeuntes: per alias item duas ex terra quidem ascendentes animas, pulvere, squalore macieque confectas: e caelo autem alias nitidas descendentes. viderique inquit animas undique venientes, tanquam longa itineratione fatigatas, libenter in prato, quod ibi est, tanquam celebri in conventu, recumbere: ac se invicem, quaecunque mutuam notitiam habuerint, salutare: easque omnes, tam quae ex terra quam quae e caelo convenerint, sese ultro citroque de his, quae suis in locis viderint, percontari, sibique vicissim ad singula respondere: has quidem dolentes ac flentes memoria malorum, quae in praeterito sub terris itinere et perpessae sunt et viderunt. esse autem illud mille iter annorum. illas vero, quae de caelo descenderant, narrare delicias pulchritudinisque ingentis spectacula. Multa qui-

πολλοῦ χρόνου διηγήσασθαι· τὸ δ' οὖν κεφάλαιον ἔφη τόδε εἶναι, ὅσα πώποτέ τινα ἠδίκησαν καὶ ὅσους ἕκαστοι, ὑπὲρ ἁπάντων δίκην δεδωκέναι ἐν μέρει, ὑπὲρ ἑκάστου δεκάκις. τοῦτο δ' εἶναι κατὰ ἑκατονταετηρίδα ἑκάστην, ὡς βίου ὄντος τοσούτου τοῦ ἀνθρωπίνου, ἵνα δεκαπλάσιον τὸ ἔκτισμα τοῦ ἀδικήματος ἐκτίνοιεν· καὶ οἷον εἴ τινες πολλῶν θανάτων ἦσαν αἴτιοι, ἢ πόλεις προδόντες ἢ στρατόπεδα καὶ εἰς δουλείας ἐμβεβληκότες, ἤ τινος ἄλλης κακουχίας μεταίτιοι, πάντων τούτων δεκαπλασίας ἀλγηδόνας ὑπὲρ ἑκάστου κομίσαιντο, καὶ αὖ εἴ τινας εὐεργεσίας εὐεργετηκότες καὶ δίκαιοι καὶ ὅσιοι γεγονότες εἶεν, κατὰ ταὐτὰ τὴν ἀξίαν κομίζοιντο. τῶν δὲ εὐθὺς γενομένων καὶ ὀλίγον χρόνον βιούντων πέρι ἄλλα ἔλεγεν οὐκ ἄξια μνήμης. εἰς δὲ θεοὺς ἀσεβείας τε καὶ εὐσεβείας καὶ γονέας καὶ αὐτόχειρας φόνου μείζους ἔτι τοὺς μισθοὺς διηγεῖτο. ἔφη γὰρ δὴ παραγενέσθαι ἐρωτωμένῳ ἑτέρῳ ὑπὸ ἑτέρου ὅπου εἴη Ἀρδιαῖος ὁ μέγας. ὁ δὲ Ἀρδιαῖος οὗτος τῆς Παμφυλίας ἔν τινι πόλει τύραννος ἐγεγόνει, ἤδη χιλιοστὸν ἔτος εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον, γεροντά τε πατέρα ἀποκτείνας καὶ

dem illa referre, quae longo ordine recitabat prolixae nimium narrationis, o Glauco. summam vero hanc esse dixit: Quoscunque aliis iniurias intulisse constaret, poenas sigillatim pro quolibet decies reddidisse: hoc vero per quodlibet annorum centenarium esse, quasi haec vitae humanae sit meta, ut animae decuplam iniuriae redderent pensionem. Itaque si qui caedis multorum causa fuerit, civitatesque et exercitus prodiderint, vel homines in servitutem impegerint, vel alicuius alterius flagitii et sceleris conscii fuerint, in his omnibus pro quolibet facinore poenas decuplas penderent. Atque iterum si qui beneficia fuerint aliqua elargiti, iustitiamque et pietatem coluerint, eadem pensione praemia reportarent. De his vero qui statim ac nati sunt decessere, aut breve tempus vixerunt, quaedam parum digna memoria recensebat. Erga deos autem et parentes pios vel impios, et homicidas, qui caede manus proprias polluerunt, maioribus et praemiis et poenis affectos esse narrabant. Inquit enim se interfuisse, ubi alium interrogavit quispiam, ubinam Ardiaeus magnus esset. hic autem in quadam Pamphiliae civitate tyrannus fuerat, annis iam mille tempore ex illo peractis: qui senem

πρεσβύτερον ἀδελφόν, καὶ ἄλλα δὴ πολλά τε καὶ ἀνόσια εἰργασμένος, ὡς ἐλέγετο. ἔφη οὖν τὸν ἐρωτώμενον εἰπεῖν, Οὐχ ἥκει, φάναι, οὐδ' ἂν ἥξοι δεῦρο. ἐθεασάμεθα γὰρ οὖν δὴ καὶ τοῦτο τῶν δεινῶν θεαμάτων. ἐπειδὴ ἐγγὺς τοῦ στομίου ἤμεν μέλλοντες ἀνιέναι καὶ τἆλλα πάντα πεπονθότες, ἐκεῖνόν τε κατείδομεν ἐξαίφνης καὶ ἄλλους σχεδόν τι αὐτῶν τοὺς πλείστους τυράννους· ἦσαν δὲ καὶ ἰδιῶταί τινες τῶν μεγάλα ἡμαρτηκότων. οὓς οἰομένους ἤδη ἀναβήσεσθαι οὐκ ἐδέχετο τὸ στόμιον, ἀλλ' ἐμυκᾶτο, ὁπότε τις τῶν οὕτως ἀνιάτως ἐχόντων εἰς πονηρίαν ἢ μὴ ἱκανῶς δεδωκὼς δίκην ἐπιχειροῖ ἀνιέναι. ἐνταῦθα δὴ ἄνδρες, ἔφη, ἄγριοι, διάπυροι ἰδεῖν, παρεστῶτες καὶ καταμανθάνοντες τὸ φθέγμα, τοὺς μὲν ἀναλαβόντες ἦγον, τὸν δὲ Ἀρδιαῖον καὶ ἄλλους συμποδίσαντες χεῖράς τε καὶ πόδας καὶ κε- 616
φαλήν, καταβαλόντες καὶ ἐκδείραντες, εἷλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκτὸς ἐπ' ἀσπαλάθων κνάπτοντες, καὶ τοῖς ἀεὶ παριοῦσι σημαίνοντες ὧν ἕνεκά τε ταῦτα ὑπομένοιεν καὶ ὅτι εἰς τὸν τάρταρον ἐμπεσούμενοι ἄγοιντο, ἔνθα δὴ φόβων, ἔφη, πολλῶν καὶ παντοδαπῶν σφίσι γεγονότων τοῦτον ὑπερβάλλειν τὸν φόβον, μὴ γένοιτο ἑκάστῳ τὸ φθέγμα, ὅτε ἀναβαίνοι, καὶ ἀσμενέστατα ἕκαστον σι-

patrem et maiorem natu fratrem occiderat, aliaque plura impia scelera perpetraverat. Interrogatumque illum asseruit respondisse: Non venit Ardiaeus, neque veniet. o dirum spectaculum. dum enim egressuri hiatum peteremus, cetera omnia perpessi, illum protinus vidimus aliosque cum eo, omnes ferme tyrannos, inter quos et privatos nonnullos, qui magna scelera perpetraverant: quos ascensuros se prope modum confidentes hiatus ille minime permittebat; sed horride mugiebat, quotiens aliquis eorum, qui vel insanabiles essent vel nondum purgati, egredi miteretur. Aderant igitur illic feroces quidam viri, aspectu ignei: qui cum mugitum subito perpendissent, hos seorsum rapiebant, Ardiaeum scilicet eiusque persimiles: manibusque et pedibus et cervice devinctis, prosternebant eos excarnificabantque, et secus viam quandam ad exteriorem partem raptatos tribulis lacerabant: praetereuntibus indicantes, quam illi ob causam talia paterentur, quodve proiiciendi in Tartarum deferrentur. Ubi cum multa variaque eos terrerent, hic pavor vehementissime vexabat, cum in ascensu mugitus excitabatur: quo silente quis-

γήσαντος ἀναβῆναι. καὶ τὰς μὲν δὴ δίκας τε καὶ τιμωρίας τοιαύτας τινὰς εἶναι, καὶ αὖ τὰς εὐεργεσίας ταύταις ἀντιστρόφους· ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἐν τῷ λειμῶνι ἑκάστοις ἑπτὰ ἡμέραι γένοιντο, ἀναστάντας ἐντεῦθεν δεῖν τῇ ὁδῷ πορεύεσθαι, καὶ ἀφικνεῖσθαι τεταρταίους ὅθεν καθορᾶν ἄνωθεν διὰ παντὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς τεταμένον φῶς εὐθύ, οἷον κίονα, μάλιστα τῇ Ἶριδι προσφερῆ, λαμπρότερον δὲ καὶ καθαρώτερον. εἰς ὃ ἀφικέσθαι προελθόντας ἡμερησίαν ὁδόν, καὶ ἰδεῖν αὐτόθι κατὰ μέσον τὸ φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὰ ἄκρα αὐτοῦ τῶν δεσμῶν τεταμένα· εἶναι γὰρ τοῦτο τὸ φῶς ξύνδεσμον τοῦ οὐρανοῦ, οἷον τὰ ὑποζώματα τῶν τριήρων, οὕτω πᾶσαν ξυνέχον τὴν περιφοράν· ἐκ δὲ τῶν ἄκρων τεταμένον Ἀνάγκης ἄτρακτον, δι' οὗ πάσας ἐπιστρέφεσθαι τὰς περιφοράς· οὗ τὴν μὲν ἡλακάτην τε καὶ τὸ ἄγκιστρον εἶναι ἐξ ἀδάμαντος, τὸν δὲ σφόνδυλον μικτὸν ἐκ τε τούτου καὶ ἄλλων γενῶν. τὴν δὲ τοῦ σφονδύλου φύσιν εἶναι τοιάνδε, τὸ μὲν σχῆμα, οἷα περ ἡ τοῦ ἐνθάδε· νοῆσαι δὲ δεῖ ἐξ ὧν ἔλεγε, τοιόνδε αὐτὸν εἶναι, ὡς ὅπερ ἂν εἰ ἐν ἑνὶ μεγάλῳ σφονδύλῳ κοίλῳ καὶ ἐξεγλυμμένῳ διαπτερὲς ἄλλος τοιοῦτος ἐλάτ-

que libentissime ascendere videbatur. Ac poenas quidem et supplicia huiusmodi recensebat: atque vice versa eiuscemodi beneficia. Cum vero animae illae in superioribus commemoratae in prato dies septem requieverint, oportere eas dicebat octavo surgentes die illinc recedere, et quarto demum die ad locum aliquem pervenire: unde superne per totum caelum atque terram extensum videatur lumen, tanquam columna erectum, Iris simillimum, clarius tamen ac purius. In id diurno itinere processisse: vidisseque ibi in medio lumine extrema caelestium ligaminum ex caelo extensa. esse enim lumen istud caeli vinculum, quemadmodum triremium subcinturae, atque ita circumferentiam omnem esse contentam. Ex apicibus vero suspensum Necessitatis deae fusum, per quem omnes circuitus peragantur. cuius hasta quidem et cuspis ex adamante; vertigium vero ex hoc aliisque generibus mixtum: cuius natura huiusmodi sit secundum figuram quidem, qualis apud nos cernitur. Animadvertendum tamen ex illius sermone, perinde se habere, ac si in uno quodam amplo concavoque vertigio, et per totum sculpto, minus aliud simile-

των ἐγκειμένων ἁρμόττων, καθάπερ οἱ κάδοι οἱ εἰς ἀλλήλους ἁρμόττοντες· καὶ οὕτω δὴ τρίτον ἄλλον καὶ τέταρτον καὶ ἄλλους τέτταρας. ὀκτὼ γὰρ εἶναι τοὺς ξύμπαντας σφονδύλους, ἐν ἀλλήλοις ἐγκειμένους, κύκλους ἄνωθεν τὰ χείλη φαίνοντας, νῶτον συνεχὲς ἑνὸς σφονδύλου ἀπεργαζομένους περὶ τὴν ἠλακάτην· ἐκείνην δὲ διὰ μέσου τοῦ ὀγδόου διαμπερὲς ἐληλάσθαι. τὸν μὲν οὖν πρῶτόν τε καὶ ἐξωτάτω σφόνδυλον πλατύτατον τὸν τοῦ χείλους κύκλον ἔχειν, τὸν δὲ τοῦ ἕκτου δεύτερον, τρίτον δὲ τὸν τοῦ τετάρτου, τέταρτον δὲ τὸν τοῦ ὀγδόου, πέμπτον δὲ τὸν τοῦ ἑβδόμου, ἕκτον δὲ τὸν τοῦ πέμπτου, ἕβδομον δὲ τὸν τοῦ τρίτου, ὄγδοον δὲ τὸν τοῦ δευτέρου. καὶ τὸν μὲν τοῦ μεγίστου ποικίλον, τὸν δὲ τοῦ ἑβδόμου λαμπρότατον, τὸν δὲ τοῦ ὀγδόου τὸ χρῶμα ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου ἔχειν προσλάμποντος, τὸν δὲ τοῦ δευτέρου καὶ πέμπτου παραπλήσια 617
ἀλλήλοις, ξανθότερα ἐκείνων, τρίτον δὲ λευκότατον χρῶμα ἔχειν, τέταρτον δὲ ὑπέρυθρον, δεύτερον δὲ λευκότητι τὸν ἕκτον ὑπερβάλλειν. κυκλεῖσθαι δὲ δὴ συμφόμενον τὸν ἄτρακτον ὅλον μὲν τὴν αὐτὴν φοράν· ἐν δὲ τῷ ὅλῳ περιφερομένῳ τοὺς μὲν ἐντὸς ἑπτὰ κύκλους τὴν ἐναντίαν τῷ ὅλῳ ἠρέμα περιφέρεσθαι, αὐ-

que insertum iaceat, ita congruens, ut plerumque cadi, qui invicem inseruntur: atque ita tertium et quartum, et alia quatuor. octo enim illa vertigia esse, insertos invicem circulos, labia superne ostendentia, dorsum vero unius vertigii continuum circa hastam efficientia: hastam vero illam per medium octavum perque totum esse transiectam. Primum igitur extimumque vertigium labii circulum habere latissimum: sexti autem secundum: tertium quarti: quartum octavi: quintum septimi: quinti sextum: tertii septimum: octavum vero secundi: primi item atque maximi circulum varium esse: septimi lucidissimum: octavi autem vertigii circulum colorem a septimo irradiante suscipere: secundi vero ac quinti similes invicem, illis aliquantulo flaviores: tertium sane colorem candidissimum possidere: quartum subrubeum: secundum vero sextum albedine superare. Ac fusum quidem totum volutione simili circumferri: cum vero totum volvatur, septem interiores circulos motu totius contrario tardius circum-

τῶν δὲ τούτων τάχιστα μὲν ἰέναι τὸν ὄγδοον, δευτέρους δὲ καὶ ἅμα ἀλλήλοις τόν τε ἕβδομον καὶ ἕκτον καὶ πέμπτον· τὸν τρίτον δὲ φορᾷ ἰέναι, ὡς σφίσι φαίνεσθαι, ἐπανακυκλούμενον τὸν τέταρτον· τέταρτον δὲ τὸν τρίτον καὶ πέμπτον τὸν δεύτερον. στρέφεσθαι δὲ αὐτὸν ἐν τοῖς τῆς Ἀνάγκης γόνασιν. ἐπὶ δὲ τῶν κύκλων αὐτοῦ ἄνωθεν ἐφ' ἑκάστου βεβηκέναι Σειρῆνα συμπεριφερομένην, φωνὴν μίαν ἱεῖσαν, ἕνα τόνον· ἐκ πασῶν δὲ ὀκτὼ οὐσῶν μίαν ἁρμονίαν ξυμφωνεῖν. ἄλλας δὲ καθημένας περιξ δι' ἴσου τρεῖς, ἐν θρόνῳ ἑκάστην, θυγατέρας τῆς Ἀνάγκης, Μοίρας, λευχειμονούσας, στέμματα ἐπὶ τῶν κεφαλῶν ἐχούσας, Λάχεσίν τε καὶ Κλωθὼ καὶ Ἄτροπον, ὑμνεῖν πρὸς τὴν τῶν Σειρήνων ἁρμονίαν, Λάχεσιν μὲν τὰ γεγονότα, Κλωθὼ δὲ τὰ ὄντα, Ἄτροπον δὲ τὰ μέλλοντα. καὶ τὴν μὲν Κλωθὼ τῇ δεξιᾷ χειρὶ ἐφαπτομένην συνεπιστρέφειν τοῦ ἀτράκτου τὴν ἔξω περιφοράν, διαλείπουσαν χρόνον, τὴν δὲ Ἄτροπον τῇ ἀριστερᾷ τὰς ἐντὸς αὖ ὡσαύτως· τὴν δὲ Λάχεσιν ἐν μέρει ἑκατέρας ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ ἐφάπτεσθαι. σφᾶς οὖν, ἐπειδὴ ἀφικέσθαι, εὐθὺς δεῖν ἰέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν. προφήτην οὖν τινὰ σφᾶς πρῶτον μὲν ἐν τάξει διαξῆσαι, ἔπειτα λαβόντα ἐκ τῶν τῆς

verti. Ex his plane octavum motu rapidissimo agitari: secundos vero alterum alteri consequenter: septimum, sextum et quintum. Tali vero tertium motu ferri, ut quartum circumvolvere videatur: quartum autem tertium, et quintum secundum. fusum vero in Necessitatis genibus circumverti. Superne praeterea cuilicet circulo haerere Syrenem cum globo una delatam, vocem unam, tonum unum videlicet emittentem: unam tamen harmoniam ex omnibus octo concinere. Alias autem tres Necessitatis filias aequali invicem intervallo in throno sedere: Parcas vestibus albis, capite coronato, Lachesim, Clothon, Atropon: quae ad Syrenum harmoniam canant, Lachesis quidem praeterita, praesentia Clotho, Atropos vero futura. Et Clothon quidem cum matre simul, intermissione quadam temporis, dextra manu tangentem fusi extimam circumferentiam vertere: Atropon vero sinistra iterum interiores similiter: Lachesim denique vicissim utraque manu utrinque tangere. Illue animas ergo cum venerint, statim oportere ad Lachesim accedere. ubi ilico propheta aliquis primum singulas disponit in ordinem: postea, cum ex genibus Lachesis

Λαχέσεως γονάτων κλήρους τε καὶ βίων παραδείγματα, ἀναβάντα ἐπί τι βῆμα ὑψηλὸν εἰπεῖν Ἀνάγκης θυγατρὸς κόρης Λαχέσεως λόγος. Ψυχαὶ ἐφήμεροι, ἀρχὴ ἄλλης περιόδου θνητοῦ γένους θανατηφόρου, οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε. πρῶτος δ' ὁ λαχὼν πρῶτος αἱρείσθω βίον, ᾧ συνέσται ἐξ ἀνάγκης. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει. αἰτία ἑλομένου· θεὸς ἀναίτιος. Ταῦτα εἰπόντα ῥῖψαι ἐπὶ πάντας τοὺς κλήρους, τὸν δὲ παρ' αὐτὸν πεσόντα ἕκαστον ἀναιρεῖσθαι, πλὴν οὗ· ἃ δὲ οὐκ ἐᾷν. τῷ δὲ ἀνελομένῳ δῆλον εἶναι ὁπόσος εἱλήχειν. μετὰ δὲ τοῦτο αὖθις τὰ 618
τῶν βίων παραδείγματα εἰς τὸ πρόσθεν σφῶν θεῖναι ἐπὶ τὴν γῆν, πολὺ πλείω τῶν παρόντων. εἶναι δὲ παντοδαπά· ζώων τε γὰρ πάντων βίους καὶ δὴ καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους ἅπαντας. τυραννίδας τε γὰρ ἐν αὐτοῖς εἶναι, τὰς μὲν διατελεῖς, τὰς δὲ καὶ μεταξὺ διαφθειρομένας καὶ εἰς πενίας τε καὶ φυγὰς καὶ εἰς πτωχείας τελευτώσας· εἶναι δὲ καὶ δοκίμων ἀνδρῶν βίους, τοὺς μὲν ἐπὶ εἴδεσι καὶ κατὰ κάλλη καὶ τὴν ἄλλην ἰσχύν τε καὶ ἀγωνίαν, τοὺς δ' ἐπὶ γένεσι καὶ προγόνων ἀρεταῖς, καὶ

sortes et vitarum exempla susceperit, aliquod sublime tribunal ascendens sic fatur: Necessitatis filiae. ipsius virginis Lachesis praeconium hoc. O animae diurnae, circuitus alterius initium, mortalis ac mortiferi generis, non vos daemon sortietur, sed vos daemonem potius eligetis. qui vero prior sortem ceperit, prior eligat vitam, cui necessario inhaerebit. Virtus autem inviolabilis ac libera: quam prout honorabit quis aut negliget, ita plus aut minus ex ea denique possidebit. eligentis quidem culpa est omnis: Deus autem extra culpam. Haec fatus sortes super omnes fundit: ex quibus quilibet eam rapit, quae super ipsum ceciderit: neque licet cupiam, quotus ordine sit, agnoscere, nisi cum ceperit. tunc enim duntaxat, quotus sit sortitus, intelligit. Post haec item exempla vitarum coram ipsis in pavimento disponit, multo plura quam quae hic ad praesens apparent. Esse vero hominum atque omnium animalium vitas omniformes asseruit. Tyrannides enim in illis exstare, partim perpetuas partim ad tempus, quae medio in spatio corruant, in paupertatem delapsae, exsilium et inopiam. Exstare et praeclarorum virorum vitas, partim specie, decore, viribus certaminibusque praestantium, partim maiorum

ἀδοκίμων κατὰ ταὐτά· ὡσαύτως δὲ καὶ γυναικῶν. ψυχῆς δὲ τάξιν οὐκ ἐνεῖναι διὰ τὸ ἀναγκαίως ἔχειν ἄλλον ἑλομένην βίον ἀλλοίαν γίγνεσθαι· τὰ δ' ἄλλα ἀλλήλοις τε καὶ πλούτοις καὶ πενίαις, τὰ δὲ νόσοις, τὰ δὲ ὑγιείαις μεμίχθαι, τὰ δὲ καὶ μεσοῦν τούτων. ἔνθα δή, ὡς ἔοικεν, ὦ φίλε Γλαύκων, ὁ πᾶς κίνδυνος ἀνθρώπῳ, καὶ διὰ ταῦτα μάλιστα ἐπιμελητέον ὅπως ἕκαστος ἡμῶν τῶν ἄλλων μαθημάτων ἀμελήσας τούτου τοῦ μαθήματος καὶ ζητητὴς καὶ μαθητὴς ἔσται, ἐάν ποθεν οἷός τ' ᾖ μαθεῖν καὶ ἐξευρεῖν τίς αὐτὸν ποιήσει δυνατὸν καὶ ἐπιστήμονα, βίον καὶ χρηστὸν καὶ πονηρὸν διαγιγνώσκοντα, τὸν βελτίω ἐκ τῶν δυνατῶν ἀεὶ πανταχοῦ αἱρεῖσθαι, ἀναλογιζόμενον πάντα τὰ νῦν δὴ ῥηθέντα καὶ ξυντιθέμενα ἀλλήλοις καὶ διαιρούμενα πρὸς ἀρετὴν βίου πῶς ἔχει· καὶ εἰδέναι τί κάλλος πενίᾳ ἢ πλούτῳ κραθὲν καὶ μετὰ ποίας τινὸς ψυχῆς ἕξεως κακὸν ἢ ἀγαθὸν ἐργάζεται, καὶ τί εὐγένειαι καὶ δυσγένειαι καὶ ἰδιωτεῖαι καὶ ἀρχαὶ καὶ ἰσχύες καὶ ἀσθένειαι καὶ εὐμαθίαι καὶ δυσμαθίαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν φύσει περὶ ψυχὴν ὄντων καὶ τῶν ἐπικτήτων τί ξυγκεραννύμενα πρὸς ἄλληλα ἐργάζεται, ὥστε ἐξ ἁπάντων αὐτῶν

generositate nobilium, ignobiliumque rursus virorum vitas similiter, et mulierum eodem modo. Animae vero ordinem et conditionem non inesse, eo quod necesse sit, ut aliam vitam eligens conditionis alterius efficiatur. cetera vero invicem, partim divitiis et paupertatibus esse commixta, partim morbis vel sanitate: partim istorum medium obtinere. Ubi profecto, o Glauco, omne hominis consistit periculum. quamobrem omni studio danda opera est, ut quisque nostrum, omissis ceteris disciplinis, hanc quaerat assequaturque pro viribus disciplinam, per quam et possit et sciat vitam bonam a mala discernere, et quoad fieri potest, ex omnibus eligere meliorem: animadvertens, quae nunc diximus, omnia, quid coniuncta invicem vel disiuncta ad virtutem vitae conducant. nec non intelligat, quid pulchritudo cum paupertate vel divitiis iuncta, et quali cum habitu animae malum operatur vel bonum: quidve nobilitas vel ignobilitas, vita privata et imperium, robur et imbecillitas, velox ingenium et tardum, ceteraque huiusmodi, quae natura circa animam sunt et quae acquiruntur, invicem copulata faciunt: ut ex his omni-

δυνατὸν εἶναι συλλογισάμενον αἱρεῖσθαι, πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς φύσιν ἀποβλέποντα, τόν τε χείρω καὶ τὸν ἀμείνω βίον, χείρω μὲν καλοῦντα ὃς αὐτὴν ἐκεῖσε ἄξει εἰς τὸ ἀδικωτέραν γίγνεσθαι, ἀμείνω δὲ ὃς τις εἰς τὸ δικαιοτέραν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα χαίρειν ἐῶν· ἑωράκαμεν γὰρ ὅτι ζῶντί τε καὶ τελευτήσαντι αὕτη κρατίστη αἵρεσις. 619
ἀδαμαντίνως δὴ δεῖ ταύτην τὴν δόξαν ἔχοντα εἰς Ἅιδου ἰέναι, ὅπως ἂν ᾖ καὶ ἐκεῖ ἀνέκπληκτος ὑπὸ πλούτων τε καὶ τῶν τοιούτων κακῶν, καὶ μὴ ἐμπεσὼν εἰς τυραννίδας καὶ ἄλλας τοιαύτας πράξεις πολλὰ μὲν ἐργάσηται καὶ ἀνήκεστα κακά, ἔτι δὲ αὐτὸς μείζω πάθῃ, ἀλλὰ γνῷ τὸν μέσον ἀεὶ τῶν τοιούτων βίον αἱρεῖσθαι καὶ φεύγειν τὰ ὑπερβάλλοντα ἑκατέρωσε καὶ ἐν τῷδε τῷ βίῳ κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ ἐν παντὶ τῷ ἔπειτα· οὕτω γὰρ εὐδαιμονέστατος γίγνεται ἄνθρωπος. καὶ δὴ οὖν καὶ τότε ὁ ἐκεῖθεν ἄγγελος ἦγγελλε τὸν μὲν προφήτην οὕτως εἰπεῖν, Καὶ τελευταίῳ ἐπιόντι, ξὺν νῷ ἑλομένῳ, συντόνως ζῶντι, κεῖται βίος ἀγαπητός, οὐ κακός. μήτε ὁ ἄρχων αἱρέσεως ἀμελείτω μήτε ὁ τελευτῶν ἀθυμείτω. εἰπόντος δὲ ταῦτα τὸν πρῶτον λαχόντα ἆφη εὐθὺς ἐπιόντα τὴν μεγίστην τυραννίδα ἑλέσθαι, καὶ ὑπὸ ἀφροσύνης τε καὶ λαιμαργίας οὐ πάντα

nibus singulorum natura valeat considerare, ad animae naturam respiciens, meliorem vitam a deteriori discernere: deteriorem eam appellans, quae iniustiorem animam efficit; potiorem autem, quae iustiorem: reliqua vero contemnat. vidimus enim et viventi et mortuo electionem hanc optimam esse. Cum hac igitur opinione, instar adamantis firma atque rata, oportet ad inferos proficisci: ne quis illic divitias malaque huiusmodi admiretur; neve in tyrannides et alias huiusmodi actiones incidens, multa et insanabilia scelera perpetret, ipseque rursus deteriora perpetiatur. immo vero sciat mediam semper istorum omnium missis extremis vitam eligere: et in hac vita et in futura: ita enim quisque fit beatissimus. Enimvero, qui tunc rediit illinc nuntius, significavit dixisse prophetam: quod etiam ultimo cum prudentia eligenti vita occurrit expetenda, non mala studiose viventi, ne vel primus eligat negligenter, vel novissimus propter hoc doleat atque torpeat. Cum haec dixisset, illum, qui primo sortem acceperat, inquit illico properantem tyrannidem maximam elegisse: ac propter insciam aviditatemque haud sufficien-

ἱκανῶς ἀνασκεψάμενον ἑλέσθαι, ἀλλ' αὐτὸν λαθεῖν ἐνοῦσαν εἱμαρμένην, παίδων αὑτοῦ βρώσεις καὶ ἄλλα κακά· ἐπειδὴ δὲ κατὰ σχολὴν σκέψασθαι, κόπτεσθαί τε καὶ ὀδύρεσθαι τὴν αἵρεσιν, οὐκ ἐμμένοντα τοῖς προῤῥηθεῖσιν ὑπὸ τοῦ προφήτου· οὐ γὰρ ἑαυτὸν αἰτιᾶσθαι τῶν κακῶν, ἀλλὰ τύχην τε καὶ δαίμονας καὶ πάντα μᾶλλον ἀνθ' ἑαυτοῦ. εἶναι δὲ αὐτὸν τῶν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἡκόντων, ἐν τεταγμένῃ πολιτείᾳ ἐν τῷ προτέρῳ βίῳ βεβιωκότα, ἔθει ἄνευ φιλοσοφίας ἀρετῆς μετειληφότα. ὡς δὲ καὶ εἰπεῖν, οὐκ ἐλάττους εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις ἁλισκομένους τοὺς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἥκοντας, ἅτε πόνων ἀγυμνάστους· τῶν δ' ἐκ τῆς γῆς τοὺς πολλούς, ἅτε αὐτούς τε πεπονηκότας ἄλλους τε ἑωρακότας, οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς τὰς αἱρέσεις ποιεῖσθαι. διὸ δὴ καὶ μεταβολὴν τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν ταῖς πολλαῖς τῶν ψυχῶν γίγνεσθαι, καὶ διὰ τὴν τοῦ κλήρου τύχην. ἐπεὶ εἴ τις ἀεί, ὁπότε εἰς τὸν ἐνθάδε βίον ἀφικνοῖτο, ὑγιῶς φιλοσοφοῖ καὶ ὁ κλῆρος αὐτῷ τῆς αἱρέσεως μὴ ἐν τελευταίοις πίπτοι, κινδυνεύει ἐκ τῶν ἐκεῖθεν ἀπαγγελλομένων οὐ μόνον ἐνθάδε εὐδαιμονεῖν ἄν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνθένδε ἐκεῖσε καὶ δεῦρο πάλιν

ter singula prius examinasse: et iccirco latuisse illum, quod ea in vita fato decretum erat, ut filios suos ederet aliaque mala plurima sustineret. postquam vero per otium electam vitam considerasset, eiulasse illum, electionem noxiam deplorantem, neque servantem quae propheta praedixerat; neque se ipsum, tanquam malorum causam, criminantem, sed fortunam daemonesque et reliqua omnia potius quam se ipsum. Fuisse vero illum ex his, qui de caelo descenderant, qui sane in superiori vita in civitate aliqua moderata vixerat, virtutemque usu quodam absque philosophiae studiis exercuerat. Neque panciores ex his, qui ex alto cadunt, quam ex aliis, utpote malorum ignaros, decipi eligendo. Eorum vero, qui ex terra venerunt, plurimos, quia et ipsi calamitatibus laboraverint et laborantes alios viderint, haud temere vitam eligere. Quam ob causam, ac etiam propter sortis fortunam, bonorum malorumque multis animis mutationem contingere. Porro si quis semper, cum in hanc vitam venerit, sincere philosophetur, neque electionis sors ultima sibi contingat: ex his, quae illinc narrantur, apparet eum non hic solum felicem fore, sed et profectionem hinc illuc regressionemque huc

πορείαν οὐκ ἂν χθονίαν καὶ τραχεῖαν πορεύεσθαι, ἀλλὰ λείαν τε καὶ οὐρανίαν. ταύτην γὰρ δή, ἔφη, τὴν θέαν ἀξίαν εἶναι ἰδεῖν, ὡς ἕκαστοι αἱ ψυχαὶ ᾑροῦντο τοὺς βίους· ἐλεεινήν τε γὰρ ἰδεῖν εἶναι καὶ γελοίαν καὶ θαυμασίαν. κατὰ συνήθειαν γὰρ τοῦ προτέρου βίου τὰ πολλὰ αἱρεῖσθαι. ἰδεῖν μὲν γὰρ ψυχὴν ἔφη τὴν ποτε Ὀρφέως γενομένην κύκνου βίον αἱρουμένην, μίσει τοῦ γυναικείου γένους διὰ τὸν ὑπ' ἐκείνων θάνατον οὐκ ἐθέλουσαν ἐν γυναικὶ γεννηθεῖσαν γενέσθαι· ἰδεῖν δὲ τὴν Θαμύρου ἀηδόνος ἑλομένην· ἰδεῖν δὲ καὶ κύκνον μεταβάλλοντα εἰς ἀνθρωπίνου βίου αἵρεσιν, καὶ ἄλλα ζῶα μουσικὰ ὡσαύτως, ὡς τὸ εἰκός. τὴν δὲ λαχοῦσαν ψυχὴν ἑλέσθαι λέοντος βίον· εἶναι δὲ τὴν Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου, φεύγουσαν ἄνθρωπον γενέσθαι, μεμνημένην τῆς τῶν ὅπλων κρίσεως. τὴν δ' ἐπὶ τούτῳ Ἀγαμέμνονος· ἔχθρᾳ δὲ καὶ ταύτην τοῦ ἀνθρωπίνου γένους διὰ τὰ πάθη ἀετοῦ διαλλάξαι βίον. ἐν μέσοις δὲ λαχοῦσαν τὴν Ἀταλάντης ψυχήν, κατιδοῦσαν μεγάλας τιμὰς ἀθλητοῦ ἀνδρός, οὐ δύνασθαι παρελθεῖν ἀλλὰ λαβεῖν. μετὰ δὲ ταύτην ἰδεῖν τὴν Ἐπειοῦ τοῦ Πανοπέως εἰς τεχνικῆς γυναικὸς ἰοῦσαν

iterum haud sane terrenam et asperam agere, sed lenem atque caelestem. Hoc quoque consideratione dignum spectaculum esse dicebat, quomodo singulae animae vitas singulas eligebant, miserabile quippe istud, ridiculum, visuque mirabile, electionem vero secundum vitae prioris consuetudinem ut plurimum fieri. Animam enim, inquit, quae olim Orphei fuerat, vidisse cygni vitam odio muliebris generis eligentem: nolentem videlicet ex mulieribus, a quibus occisus fuerat, nasci: Thamyris vero philomelae. Cygnum etiam conspexisse ad humanae vitae electionem conversum, aliaque musica animalia, ut consentaneum est, similiter. Aliquam vero ex sortibus leonis elegisse vitam. hanc vero Aiacis Telemonii fuisse dicebat, fieri hominem fugientem, dum armorum iudicium olim datum mente revolveret. Post hunc Agamemnonis animam propter aerumnas, odio humani generis, vitam aquilae ascivisse. Atalantes autem animan, cui media quaedam sors contigerat, intuitam dixit, quam maximis honoribus vir certator afficiatur, continere se non potuisse, quin vitam certatoris eligeret. Animam deinde Epei panopeensis ad artificiosae

φύσιν· πόρρω δ' ἐν ὑσάτοις ἰδεῖν τὴν τοῦ γελωτοποιοῦ Θερσίτου πίθηκον ἐνδυομένην. κατὰ τύχην δὲ τὴν Ὀδυσσέως, λαχοῦσαν πασῶν ὑσάτην, αἱρησομένην ἰέναι· μνήμῃ δὲ τῶν προτέρων πόνων φιλοτιμίας λελωφηκυῖαν ζητεῖν περιοῦσαν χρόνον πολὺν βίον ἀνδρὸς ἰδιώτου ἀπράγμονος, καὶ μόγις εὑρεῖν κείμενόν που καὶ παρημελημένον ὑπὸ τῶν ἄλλων, καὶ εἰπεῖν ἰδοῦσαν ὅτι τὰ αὐτὰ ἂν ἔπραξε καὶ πρώτη λαχοῦσα, καὶ ἀσμένην ἑλέσθαι. καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὴ θηρίων ὡσαύτως εἰς ἀνθρώπους ἰέναι καὶ εἰς ἄλληλα, τὰ μὲν ἄδικα εἰς τὰ ἄγρια, τὰ δὲ δίκαια εἰς τὰ ἥμερα μεταβάλλοντα, καὶ πάσας μίξεις μίγνυσθαι. ἐπειδὴ δ' οὖν πάσας τὰς ψυχὰς τοὺς βίους ἡρῆσθαι, ὡς περ ἔλαχον, ἐν τάξει προσιέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν· ἐκείνην δ' ἑκάστῳ ὃν εἵλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα ξυμπέμπειν τοῦ βίου καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων. ὃν πρῶτον μὲν ἄγειν αὐτὴν πρὸς τὴν Κλωθὼ ὑπὸ τὴν ἐκείνης χεῖρά τε καὶ ἐπιστροφὴν τῆς τοῦ ἀτράκτου δίνης, κυροῦντα ἣν λαχὼν εἵλετο μοῖραν· ταύτης δ' ἁφαψάμενον αὖθις ἐπὶ τὴν τῆς Ἀτρόπου ἄγειν νῆσιν, ἀμετάστροφα τὰ ἐπι-

mulieris naturam protinus adventasse. Longe vero inter novissimas ridiculosi Thersitis animam simiam induisse. Casu vero Ulixis animae sortem ultimam contigisse: quocirca et ad eligendum ultimam advenisse dicebat. praeteritorum autem laborum memoria ab ambitione cessantem, diuque, priusquam eligeret, circumeuntem, quaesisse privati hominis minimeque curiosi vitam. eamque vix tandem alicubi iacentem et neglectam ab aliis reperisse: dixisseque non aliam se vitam electuram fuisse, etiamsi sortem primam nacta esset; quare vitam illam libenter fuisse complexam. Ex feris item aliis in homines transire animas asserebat et invicem commutari: iniustas quidem in feras agrestes, iustas autem mansuetorum animalium vitam capessere: atque omnes hunc in modum confici mixtiones. Cum vitas omnes animae gradatim, ut sors dederat, elegissent, longo illas ordine ad Lachesim vidit accedere. Lachesim vero cuique daemonem, quem ceperat quaeque, ipsius vitae custodem praescribere electorumque operum exsecutorem. Daemonem hunc in primis ad Clothon animam ducere, et sub illis manu revolutioneque et vertigine fusi approbare, quam sortita fortunam elegerat, cum vero ipsam tetigerit, statim ad Atropi filationem ducere, immutabilia stamina

πλωσθέντα ποιοῦντα· ἐντεῦθεν δὲ δὴ ἀμεταῤῥεπτὶ ὑπὸ
τὸν τῆς Ἀνάγκης ἰέναι θρόνον. καὶ δι' ἐκείνου διεξελ- 621
θόντα, ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄλλοι διῆλθον, πορεύεσθαι ἅπαν-
τας εἰς τὸ τῆς Λήθης πεδίον διὰ καύματός τε καὶ πνί-
γους δεινοῦ· καὶ γὰρ εἶναι αὐτὸ κενὸν δένδρων τε καὶ
ὅσα γῆ φύει. σκηνᾶσθαι οὖν σφᾶς ἤδη ἑσπέρας γιγνο-
μένης παρὰ τὸν Ἀμέλητα ποταμόν, οὗ τὸ ὕδωρ ἀγ-
γεῖον οὐδὲν ϛέγειν. μέτρον μὲν οὖν τι τοῦ ὕδατος πᾶ-
σιν ἀναγκαῖον εἶναι πιεῖν, τοὺς δὲ φρονήσει μὴ σωζο-
ο μένους πλέον πίνειν τοῦ μέτρου· τὸν δὲ ἀεὶ πιόντα
πάντων ἐπιλανθάνεσθαι. ἐπειδὴ δὲ κοιμηθῆναι καὶ
μέσας νύκτας γενέσθαι, βροντήν τε καὶ σεισμὸν γενέ-
σθαι, καὶ ἐντεῦθεν ἐξαπίνης ἄλλον ἄλλῃ φέρεσθαι ἄνω
εἰς τὴν γένεσιν, ἄττοντας ὥς περ ἀϛέρας. αὐτὸς δὲ τοῦ
μὲν ὕδατος κωλυθῆναι πιεῖν· ὅπῃ μέντοι καὶ ὅπως εἰς
τὸ σῶμα ἀφίκοιτο, οὐκ εἰδέναι, ἀλλ' ἐξαίφνης ἀναβλέ-
ψας ἰδεῖν ἕωθεν αὑτὸν ἤδη κείμενον ἐπὶ τῇ πυρᾷ.

Καὶ οὕτος, ὦ Γλαύκων, μῦθος ἐσώθη καὶ οὐκ
ἀπώλετο· καὶ ἡμᾶς ἂν σώσειεν, ἂν πειθώμεθα αὐτῷ,
ιο καὶ τὸν τῆς Λήθης ποταμὸν εὖ διαβησόμεθα, καὶ τὴν
ψυχὴν οὐ μιανθησόμεθα. ἀλλ' ἂν ἐμοὶ πειθώμεθα, νο-
μίζοντες ἀθάνατον τὴν ψυχὴν καὶ δυνατὴν πάντα μὲν

facientem. Illinc postea propere Necessitatis thronum adire, per quem cum transierint omnes, sub vehementi calore et aestu in campum Lethaeum proficisci, arboribus et omnibus, quaecunque terra nascuntur, penitus destitutum. Recumbere igitur ipsas adventante nocte iuxta Amelitam flumen asseruit, cuius aquam vas nullum contineat. Atque ipsius aquae bibere aliquantum cuique necessarium. eos autem, qui prudentiam ducem non habent, ultra quam deceat bibere. semper vero bibentem omnium oblivisci. Cum vero ad mediam noctem dormissent, subito tonitru et terrae motu excitos repente alium alio sursum ad generationem consurrexisse, stellarum instar prosilientes. Se vero flumine ex illo potare prohibitum fuisse narrabat: quomodo autem in corpus redierit, ignorare: sed subito in diluculo circumspicientem ait se ipsum pyra impositum conspexisse. Atque ita, o Glauco, servata est fabula neque periit: nosque servabit pariter, si ipsi parebimus, et Lethaeum, id est oblivionis fluvium, bene transibimus, nullaque macula animam inficiemus. Quamobrem si meis sermonibus obtemperabimus, immortalem fore animam arbitran-

κακὰ ἀνέχεσθαι, πάντα δὲ ἀγαθά, τῆς ἄνω ὁδοῦ ἀεὶ ἐξώμεθα καὶ δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσομεν, ἵνα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς φίλοι ὦμεν καὶ τοῖς θεοῖς, αὐτοῦ τε μένοντες ἐνθάδε, καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα αὐτῆς κομιζώμεθα, ὥς περ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι, καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τῇ χιλιετεῖ πορείᾳ, ἣν διεληλύθαμεν, εὖ πράττωμεν.

tes, talemque, ut et mala possit et bona omnia sustinere, viam semper ad superiora ducentem sequemur, iustitiamque cum prudentia omni ratione colemus; ut et nobis ipsi simus et diis amici, dum hanc ducimus vitam, et postquam virtutis praemia reportaverimus, tanquam potiti victoria et triumphis, et hic et in millenario annorum itinere, quod enarravimus, nos feliciter habeamus.





PA
4279
A2
1816
v.3:

Stanford University Libraries
Stanford, California

Return this book on or before date due.

JUN 1986

MAR 28 1990